

CORPUS
PHILOSOPHORUM DANICORUM
MEDII AEVI

CORPUS PHILOSOPHORUM DANICORUM MEDII AEVI

CONSILIO ET AUSPICIIS
SOCIETATIS LINGuae & LITTERARUM
DANICARUM
EDIDERUNT
ALFREDUS OTTO & HENRICUS ROOS

I



HAUNIAE MCMLV
TYPIS FR. BAGGE

JOHANNIS DACI OPERA

NUNC PRIMUM EDIDIT

ALFREDUS OTTO

VOLUMNIS I
PARS II

HAUNIAE MCMLV
APUD LIBRARII G. E. C. GAD

SUMPTUS FECERUNT

INSTITUTUM CARLSBERGICUM

INSTITUTUM RASK-ÆRSTEDIANUM

INSTITUTUM FUNDATIONIS SCIENTIIS DEDICATAE REGNI DANICI

EDITIONI CURANDAE

CONSULUERUNT

LOUIS L. HAMMERICH & POVL JOHS. JENSEN

COPYRIGHT 1955 BY

DET DANSKE SPROG- OG LITTERATURSELSKAB

b. *De partibus orationis.*

De partibus orationis in generali.

De partibus orationis quantum ad sua essentialia.

Expeditis dubitationibus, que specialiter spectabant ad dict⁵ ionem et in se et in comparatione ad modos significandi, accedendum est nunc ad partes orationis. Circa quas primo queremus de ipsis in generali, secundo in speciali, descendendo debito ^{37 v II} ordine ad quamlibet partem orationis. Adhuc || circa partes orationis primo queremus de eis quantum ad sua essentialia, secundo queremus de ipsis quantum ad earum numerum et sufficientiam; et quia partes orationis sunt partes per suos modos significandi, ideo ad maiorem evidentiam dicendorum queremus decem: Primum est, vtrum gramaticus considerat modos significandi. Secundum est, vtrum partes orationis distinguantur per sua significata vel per suos modos significandi. Tertium, vtrum modus significandi significet aliquod differens ab essentia rei. Quartum, vtrum modi significandi et modi intelligendi et modi essendi sint idem. Quintum, in quo sit modus significandi vt in subiecto, vtrum scilicet in re vel in voce vel in anima. Sextum, vtrum modi significandi habeant ortum seu causati sint a rebus. Septimum, vtrum vbi gramaticus dicit quia, ibi debeat aliis artifex dicere propter quid. Octauum, vtrum ex eisdem proprietatibus, ex quibus gramaticus accipit modos significandi, possit dyalecticus accipere habitudines locales, et econuerso. Nonum, vtrum gramaticus consideret proprietates rerum seu modos essendi. Decimum et vltimum, vtrum aliquis modus significandi possit esse alicuius rei, que non habet talem modum essendi.

5 comparatione] comparationem Wo. 14 distinguantur] distinguuntur Br.
15 suos] om. Wo. 17 et¹] om. Wo. et²] om. Wo. 19 vt] sicut Br. 25 Nonum]
Nono Br.

Circa primum sic proceditur et videtur, quod grammaticus non considerat modos significandi, quia grammaticus non considerat modos significandi nisi quia sunt principia constructionis. Sed modi significandi non sunt principia constructionis, ideo etc. Maior patet. Minor declaratur, quia significatum non est principium constructionis, ergo nec modus significandi. Antecedens patet, scilicet quod significatum non est principium constructionis, quia tunc, vbi esset idem significatum, ibi esset eadem constructio, quod falsum est. Probatio consequentie, quia quando due se habent secundum ordinem, ita quod sunt 10 principia in causando aliquem effectum, si illud, quod prius est, non est causa illius effectus, nec illud, quod posterius est; et hoc habetur per illam propositionem libri de causis, que dicit, quod omnis causa primaria plus influit supra suum effectum quam causa secundaria. Si ergo significatum, quod est causa modorum 15 significandi, non est principium constructionis, ergo modus significandi non est principium constructionis, quare etc.

Item cuius non est considerare subiectum, eius non est considerare passionem illius subiecti, quia passio et subiectum sunt eiusdem considerationis, vt patet primo posteriorum. Sed modus 20 significandi est passio rei significate specialis, et grammaticus rem specialem non considerat, vt dictum est superius. Ergo grammaticus modos significandi non considerat.

Oppositum arguitur, quia sicut distinguuntur artifices, ita et scibilia, que ipsi considerant, quia artifices distinguuntur 25 per distinctionem scibilium. Sed modus significandi quoddam 38 r. 1 scibile est, et nullus alias artifex a grammatico hoc considerat, quare cum quilibet artifex habet suum scibile, videtur, quod grammaticus modos significandi considerat.

Item illius est considerare modos significandi, cuius est referre constructibile vnum ad alterum sub forma constructibilis, nam hoc contingit per modos significandi proportionales. Sed grammaticus refert vnum constructibile ad alterum sub forma constructibilis, ideo etc.

5 ideo etc.] *om. Br.* 13 que dicit] *om. Br.* 14 supra] *in Br.* 27 artifex] *om. Wo.* 31 vnum] *om. Br.* 34 ideo etc.] *om. Br.*

13-15 Liber de causis § 1 (Bardenhewer p. 163, 3—4; Steele p. 161, 4—5).
20 Analytica posteriora I, 4—9.

Ad hanc questionem dicendum est, quod grammaticus considerat modos significandi. Nam illud considerat grammaticus, quo ablato grammaticus nichil considerat. Sed ablato modo significandi grammaticus nichil considerat, nam grammaticus per se habet 5 considerare constructibile sub forma constructibilis et quicquid etiam attribuitur constructibili. Sed modus significandi attribuitur constructibili tamquam id, quod sibi dat esse constructibile seu formam constructibilis. Ergo grammaticus considerat modos significandi.

10 Item grammaticus per se considerat modum construendi et principia eius tam materialia quam effectua etc. et vniuersaliter omnia illa, ad quorum diuersificationem sequitur diuersificatio modi construendi. Sed modi significandi sunt principia intrinseca modi construendi, ad quorum diuersificationem 15 diuersificatur modus construendi, vt de se patet. Ergo grammaticus modos significandi considerat. Juxta quod notandum, quod modi significandi possunt considerari vel secundum quod entia seu passiones entis, et sic philosophus considerat modos significandi, vel secundum quod sunt principia constructionis, et sic 20 grammaticus modos significandi considerat.

Ad rationes in oppositum. Cum dicitur primo, grammaticus non considerat modos significandi nisi in quantum sunt principia constructionis, concedatur. Ad minorem. Cum dicitur, modi significandi non sunt principia constructionis, dicendum per intermissionem. Et ad probationem dicendum, quod peccat duplamente. Primo enim est ibi defectus, cum dicitur, quod significatum non est principium constructionis, quia significatum est principium constructionis in aliquo genere cause. Nam quamvis non est principium constructionis in genere cause formalis vel efficientis, est tamen principium constructionis in genere cause materialis. Habet enim se significatum ad constructionem sicut mobile ad motum, quia sicut mobile sustinet motum tamquam subiectum eius, ita constructibile etiam sustinet constructionem sicut subiectum eius. Item est ibi alius defectus, scilicet in 35 propositione, quam assumis, cum dicitur, quando aliqua duo se habent secundum ordinem, ita quod sunt principia in causando

6 etiam] *om. Br.* 12-13 sequitur—modi] diuersificatur modus *Br.*

aliquem effectum, si illud, quod est prius, non est principium illius effectus, nec illud, quod posterius est, verum est, si in eodem genere cause sint principia illius effectus. Vnde et illa propositio, per quam confirmas aliam, scilicet quod causa primaria plus influit supra suum causatum quam causa secundaria, || in-^{38 r II} telligenda est in eodem genere cause. Sed significatum et modus significandi in eodem genere cause non principiant constructionem, quia significatum in genere cause materialis et modus significandi in genere cause efficientis intrinsece, ideo etc.

Ad aliud. Cum dicitur, cuius non est considerare subiectum,¹⁰ eius non est considerare passionem, dicendum quod, sicut supra dictum est, cuius non est considerare subiectum in quantum subiectum seu causa, eius non est considerare passionem secundum quod passio seu secundum quod effectus, quia causa et effectus correlativa sunt, et cuius est considerare vnum in quantum huiusmodi, et reliquum. Cuius tamen non est considerare subiectum, id quod est, eius bene est considerare passionem, id quod est, quia subiectum et passio distincta sunt per essentiam, propter quod possunt habere distinctas considerationes. Ad minorem. Cum dicitur, quod gramaticus non considerat subiectum modorum²⁰ significandi, quod est res specialis, dicendum, quod hic est duplex peccatum. Primum est in hoc, quod dicitur, quod subiectum modorum significandi est aliqua res specialis, quia subiectum modorum significandi potest esse omnis conceptus mentis, qui constructibilis est cum alio. Item fit peccatum, cum dicitur,²⁵ quod gramaticus non considerat subiectum modorum significandi, quia quamquam gramaticus non considerat subiectum modorum significandi quantum ad id quod est per essentiam, ipsum tamen bene considerat in quantum est aliquod principium constructionis, et sic etiam modos significandi bene considerat,³⁰ in quantum sunt principia constructionis, quamquam non considerat eos quantum ad eorum essentiam et prout omnimode causantur a rebus. Et est simile, sicut sartor accipit pannum et non considerat ipsum quantum ad sua principia essentialia, ex quibus

7 in—cause] om. Br. 8 modus] modi Br. 24 qui] cum Br. 28 per essentiam] om. Wo. 30 bene] om. Wo. 34 essentialia] om. Br.

5 Liber de causis § 1 (Bardenhewer p. 163, 3—4; Steele p. 161, 4—5).

componitur; non enim considerat ipsum in quantum est ex filo et lana, sed in quantum est principium cappe vel tunice.

Juxta hoc proceditur ad secundum, scilicet vtrum partes orationis distinguantur per significata aut per suos modos significandi, et videtur, quod per sua significata, quia ille partes orationis distinguuntur per sua significata, quarum vna vnde huiusmodi significat substantiam et alia accidens. Sed aliique partes orationis sunt huiusmodi, quod per Priscianum patet, qui dicit, quod proprium est nominis significare substantiam, propria¹⁰ autem est verbi significare actionem et passionem, que sunt accidentia. Non diceret autem significare sed consignificare, nisi distinguerentur per sua significata et non per suos modos significandi. Ergo partes orationis distinguuntur per sua significata.

15 Item omnis orationis pars est vox significativa et econuerso.
Ergo per illud idem, per quod vox significativa est significativa,
38 v i per illud idem est pars. || Sed vox significativa est significativa per significatum. Ergo et pars orationis est pars orationis per significatum. Sed per illud, per quod aliquid habet esse, per idem²⁰ habet distingui. Ergo pars orationis distinguitur ab alia parte per suum significatum.

Item sicut distinguitur species sub parte, similiter suo modo distingui habent partes. Sed species sub parte distinguuntur solum in significatis suis et non in suis modis significandi essentia²⁵ libus. Ergo a simili etiam partes orationis distinctionem habent in suis significatis et non in suis modis significandi.

Preterea distinctio in effectibus arguit distinctionem seu diuersitatem in causis. Sed modi significandi sunt effectus rerum significatarum. Ergo adhuc, dato quod partes orationis distingu³⁰erentur per modos significandi, adhuc habebunt distinctionem in suis significatis.

Oppositum arguitur, quia si significatum distingueret partem

2 et] vel *Br.*

13-14 per sua significata] etc. *Br.* 18-19 per significatum] *om. Br.* 25 etiam] *om. Wo.* 29 distinguerentur] distingantur *Wo.* 31 suis] *om. Wo.*

8 Prisc. II 18 (Keil II p. 55).

a parte, tunc partes, que haberent idem significatum, essent vna et eadem pars, quod falsum est. Ergo partes orationis non distinguuntur per sua significata, sed vel per sua significata vel per suos modos significandi. Sed non per significata. Ergo partes orationis distinguuntur per suos modos significandi.

5

Item partes orationis non oportet distingui per illud, quod nichil facit ad esse partis formaliter, quia distinctio per formam est. Sed significatum nichil facit ad esse partis formaliter. Tunc enim posito significato poneretur pars, et ablato significato formaliter auferretur pars, quod falsum est. Sed posito modo significandi essentiali generali ponitur pars, et ablato illo aufertur pars, quare etc.

Ad hanc questionem dicendum est, quod partes orationis per sua significata non distinguuntur formaliter et primo, sed distinguuntur per suos modos significandi. Alique tamen partes distinctionem habent in suis significatis ex consequenti, et hec tria declarabuntur secundum ordinem. Primo scilicet quod partes orationis formaliter non distinguuntur per sua significata, secundo quod formaliter distinguuntur per suos modos significandi, tertio quod ex consequenti aliue partes distinguuntur per sua significata.

Primum sic patet. Cuius vnitatis non sufficit ad vnitatem partis, eius diuersitas non sufficit ad distinctionem partium orationis formaliter. Sed vnitatis significati non sufficit ad vnitatem partis orationis. Ergo etiam diuersitas seu distinctio in significatis non sufficit ad distinctionem formalem partium. Maior patet. Minor declaratur, nam dolor, doleo et dolens vnam rem significant, nichilominus || tamen non sunt vnius partis orationis.

38 v II

Circa secundum est intelligendum, quod vox, signum, dictio, pars orationis, terminus, subiectum, predicatum, maior extremitas et minor extremitas et medium differunt, quia vox dicitur absolute, secundum quod mouet sensum, signum autem est illud, quod habet rationem signandi. Dictio est aggregatum ex voce et significato, ita quod formaliter dictio est relatio significantis ad rem significatam. Sed pars orationis dicit idem secun-

35

³ sua^{2]} om. Wo. ⁴ Sed—significata] om. Br. ^{18 . 19} distinguuntur] distingantur Wo. ²⁴ partis] partium Br. ²⁶ Maior patet] om. Br. ²⁷ dolens] etc. Br. ³² est] om. Wo.

dum quod sibi superadditur modus significandi, ita quod pars orationis est aggregatum ex voce, significato et modo significandi. Terminus autem dicitur a terminando, quia ad terminum terminatur tota resolutio logices. Resoluit enim logicus elencum 5 in sillogismum et sillogismum in propositiones et propositiones in terminos, et ibi terminatur resolutio eius. Subiectum vero et predicatum sunt termini sicut dicti a suo situ: subiectum, quia subicitur in propositione, et predicatum quasi precedenti iunctum, quia predicatum dicitur a pre, quod est precedens, et 10 dico, dicas, quod idem est quod iungo, iungis, vnde predicatum quasi precedenti subiecto scilicet iunctum. Maior extremitas, minor extremitas et medium sic dicuntur a tali situ et ordine. Maior enim extremitas dicta est extremitas per comparationem ad medium, et dicta est maior, quia naturali ordine est maioris 15 ambitus quam medium et minor extremitas, et propter hoc maior extremitas predicatur tam de medio quam de minori extremitate. Minor extremitas dicitur extremitas quantum ad medium. Dicitur autem minor, quia minoris ambitus est quam maior extremitas. Medium autem dicitur positione, quia ponitur inter extrema 20 naturali ordine, quia est minoris ambitus quam maior extremitas et maioris ambitus quam minor extremitas naturali ordine intelligenda.

Ex hiis ad propositum. Per illud distinguuntur partes orationis, per quod pars a dictione et a ceteris aliis, que nunc enumerata 25 sunt, differt formaliter. Sed hoc est modus significandi, vt patet ex iam dictis. Ergo partes orationis distinguuntur per suos modos significandi formaliter. Et confirmatur, quod dictum est, quia posito modo significandi ponitur pars et ablato ipso auferatur pars formaliter. Ergo modus significandi est forma partis. 30 Tertium sic patet, quia ille partes distinguuntur per sua significata, quarum vnam necesse est significare essentiam qualificatam et alteram necesse est significare essentiam non qualificatam, et alteram circumstantiam rei. Sed sic est de aliquibus partibus orationis, || vt prehabitum est. Nomen enim significare 35 debet essentiam qualificatam hoc exigente suo modo signifi-

4 logices] logicis Br. 8 in propositione] om. Br. 11 subiecto scilicet] om. Br.

13 enim] om. Br. 15 et¹] vel Br. 24 pars] partes Br. 25 differt] differunt Br.

32 alteram] aliam Br. 35 essentiam] substantiam Wo.

candi, quia nomen significat per modum essentie certe apprehensionis. Sed iste modus non est sine essentia qualificata.

Item pronomen debet significare essentiam non qualificatam exigente hoc suo modo significandi, qui est modus essentie mere, id est non qualificate; coniunctio autem prepositio et interiectio ⁵ significant quasdam circumstantias rerum. Et ideo quamquam partes orationis distinguuntur vniuersaliter per suos modos significandi primo et formaliter, ex consequenti tamen aliisque partes orationis distinguuntur per sua significata exigentibus hoc earum modis significandi. ¹⁰

Ad rationes vtriusque partis dicendum est. Cum dicitur primo, partes ille distinguuntur per sua significata, quarum vnam necesse est significare substantiam et aliam accidens, concedatur. Ad minorem. Cum dicitur, quod aliique partes sunt huiusmodi, dicendum per interemptionem. Ad probationem. Cum dicitur, ¹⁵ quod proprium est nominis significare substantiam etc. dicendum, quod si Priscianus intellexit, quod nomen significat substantiam de suo significato, falsum dixit, quia nomen bene significat accidens. Si autem intellexit, quod nomen significat substantiam, id est per modum substantie seu per modum essentie, concedi ²⁰ potest, et sic de verbo dicendum est, quia ita potest significare substantiam sicut et accidens. Priscianus tamen, cum dixit, quod verbum significat agere vel pati, circumloquebatur per hoc suum modum significandi. Et tu dicis, quod Priscianus dicit significare et non consignificare, dicendum, quod Priscianus non ²⁵ distinxit rationes a rebus, quod bene fecit philosophus, sicut narratur in vita sua. Legitur enim in vita Aristotelis, quod non est scientia, ad quam non addidit aliquid. Logice autem, sub qua comprehendit rationales scientias, tantum addidit, quod distinxit rationes a rebus. ³⁰

Ad aliud. Cum dicitur, omnis pars orationis est vox significativa et econuerso, dicendum, quod ibi est duplex defectus. Primus, cum dicitur, quod conuertitur pars orationis et vox significativa, quia hoc est falsum, quia vnum potest esse preter

14 quod] om. Wo. 27 narratur] enarratur Br. 29 qua] quas Wo.

17 Prisc. II 18 (Keil II p. 55).

alterum, quia se habent sicut prius et posterius. Prius autem potest absolu*i* a posteriori, ideo etc. Item facere vocem significativam et facere partem orationis opus intellectus est. Sed possibile est, quod intellectus faciat eam significativam prius quam faciat eam consignificativam, || et ideo omnis pars est dictio, non tamen econuerso. Item est ibi aliud defectus, dato quod conuertatur, cum dicitur, quod per idem est vox significativa et pars orationis, quia per aliud est vox significativa et per aliud est pars orationis. Est enim vox significativa per suam rationem significandi, est autem pars orationis per suum modum significandi. Vnde quamquam homo et risibile conuertuntur, tamen per aliud est homo homo et per aliud est risibilis, loquendo formaliter, quia per risibilitatem.

Ad aliud. Cum dicitur, sicut distinguuntur species sub parte, ita distinguuntur partes, concedatur. Ad minorem. Cum dicitur, quod species sub parte, vt nomen generale et speciale, non differunt per suos modos significandi, dicendum ad hoc per interemptionem, sed de hoc patebit inferius.

Ad aliud. Cum dicitur, quod distinctio in effectibus arguit distinctionem in causis, dici posset, quod illa maior falsa est, nam sol causat multos diuersos effectus sicut florationes herbe in horto meo et florationes herbe in horto tuo, et tales diuersi seu distincti effectus non arguunt diuersitatem in causa; vel dicatur, quod illa maior intelligenda est de causa agente per se et proxima. Sed sic non est de significato ad modos significandi partium orationis, ideo etc.

Ad primum, quod arguitur in oppositum. Cum dicitur, quod si partes orationis distinguerentur per sua significata, tunc partes, que haberent idem significatum, essent vna pars, hoc est verum, si primo et formaliter distinguerentur partes per sua significata. Sed non est ita, ideo etc.

Ad aliud. Cum dicitur, quod partes orationis non oportet distingui per illud, quod nichil facit ad esse partis etc., dicendum, quod hec ratio bene probat, quod partes orationis non distinguuntur formaliter per sua significata, quod tamen aliquae par-

1 alterum] et hoc est add. Br. 9 est¹] om. Wo. 11 conuertuntur] conuertantur Wo. 12 est²] om. Br. 18 sed] et Br. 22 horto¹⁻²] orto Wo. ortho Br. 29 vna pars] eiusdem partis Br. 33 etc.] om. Br.

tes ex consequenti distinctionem in significatis suis non habeant, ratio non probat.

Tunc proceditur ad tertium, vtrum scilicet modus significandi significet aliquid differens ab essentia rei significata, et videtur, quod sic, quia modus essendi est aliquid diuersum ab 5 essentia rei. Sed modus significandi est signum modi essendi. Ergo modus significandi significat aliquid differens ab essentia rei.

Item dicendo homo est albus et homo est albedo, per hos ser- 39 v mones aliud et aliud significo. Sed non virtute rei aliud et aliud 10 significo, quia ibi significatur vtrobique res eadem, nec est virtute vocis, quod aliud et aliud significo, vt de se patet. Ergo virtute modi significandi significo aliud et aliud. Ergo modus significandi significat aliquid differens ab essentia rei.

Item modus significandi aut significat rem ipsam aut nichil 15 aut aliquid diuersum ab essentia rei. Sed non significat rem ipsam, quia vox est signum rei, nec nichil significat. Ergo significat aliquid differens ab essentia rei. — Oppositum arguitur, quod illud, quod nichil significat, non significat aliquid differens ab essentia rei. Sed modus significandi nichil significat, sed significatur seu 20 consignificatur per vocem. Ergo modus significandi nichil significat differens ab essentia rei.

Ad istam questionem. Cum queritur, vtrum modus significandi significet aliquid differens ab essentia rei, dicendum, quod que- 25 stio falsum supponit, quia supponit, quod modus significandi ali- quid significet. Quod autem modus significandi nichil significet, hoc sic patet. Nam omnia illa, per que aliquid representatur intellectui, se offerunt sensui, vt patet per signum. Sed modus significandi nullius sensui se offert, sed cognoscitur a virtute intellectiva. Ergo modus significandi significat nichil, sed magis 30 consignificatur per vocem.

Item sicut se habet res extra et res intellecta et res significata, ita se habet modus essendi, modus intelligendi, modus significandi. Sed sic se habent res extra, res intellecta, res significata,

1 habeant] hoc add. Br.

12 vt] quod Wo. 20 seu] vel Br. 34 res—intellecta] res intellecta,
res extra Wo.

quod nulla earum aliquid significet, sed magis significatur. Ergo et sic se habebunt modus essendi, modus intelligendi et modus significandi, quod nichil significant, sed magis consignificantur. Vnde sicut res significata per vocem non significat aliquid, sed ⁵ magis significatur per vocem, ita modus significandi nichil significat, sed magis consignificantur per ipsam vocem.

Ad rationes in contrarium est dicendum. Cum dicitur primo, quod modus essendi est aliquid differens ab essentia rei, concedatur. Et ad minorem. Cum dicitur, quod modus significandi || ^{39 v II} est modi essendi signum, dicendum per interemptionem, quia modus significandi non significat modum essendi, quia sunt vna et eadem proprietas habens aliud et aliud esse. Sed idem non est signum sui ipsius, et ideo modus significandi non est signum modi essendi, nisi sicut idem sub esse posteriori est signum sui ¹⁵ ipsius sub esse priori.

Ad aliud. Cum dicitur, quod dicendo homo est albus et homo est albedo, per hos sermones aliud et aliud significo, concedatur.

Ad minorem. Cum dicitur, quod hoc non est virtute rei, concedatur. Nec virtute vocis, verum est. Ergo est virtute modi significandi, concedatur. Hoc tamen non est, quia illi diuersi modi significandi vtrobique aliquid significant, sed quia illi diuersi modi consignificantur per vocem.

Ad aliud. Cum dicitur, quod modus significandi vel significat rem ipsam vel aliquid differens a re vel nichil, dicendum, quod ²⁵ nichil. Et si dicas, ergo dictio quelibet potest esse cuiuslibet modi significandi, dico, quod non oportet, quia res significata per dictiōnem proprietatem sibi determinat, vt hoc, quod est vir, determinat sibi proprietatem, scilicet masculinitatem, et non potest significari sub proprietate opposita, et sic est de aliis.

³⁰ **D**einde proceditur ad quartum, scilicet vtrum modi essendi, modi intelligendi et modi significandi sint idem, et videtur, quod non, quia illa, que sic se habent, quod vno destructo adhuc potest remanere reliquum, illa non sunt eadem. Sed destructo modo significandi potest remanere modus intelligendi et modus ³⁵ essendi, et destructo modo intelligendi adhuc bene remanet mo-

⁴ non] nichil *Br.* significat] aliquid *om. Br.*

dus essendi. Ergo modus essendi, modus intelligendi et modus significandi non sunt idem. Maior patet, quia non est ponere idem esse et non esse simul. Minor est per se nota, ideo etc.

Item illa, que sunt in diuersis subiectis, non sunt idem. Sed modus essendi, modus intelligendi et modus significandi sunt in ⁵ diuersis subiectis, quia modus essendi est in re extra, et modus intelligendi in intellectu, et modus significandi in voce. Ergo modus essendi et modus intelligendi et modus significandi non sunt idem.

Preterea illa non sunt idem, quorum vnum naturaliter precedit ¹⁰ reliquum. Sed modum intelligendi naturaliter precedit modus essendi, et modus intelligendi naturaliter precedit modum significandi, ideo etc.

Item essentia cause differt ab essentia effectus. Sed modus essendi, modus intelligendi et modus significandi se habent sicut ¹⁵ causa et effectus. Ergo modus essendi et modus intelligendi et significandi non sunt idem, sed differunt per essentiam. Maior patet, quia sol generat hominem, sed essentia solis differt ab essentia hominis. Minor etiam patet, quia modus essendi est causa modi intelligendi, et modus intelligendi est causa modi ²⁰ significandi, ideo etc.

Oppositum arguitur, quia sicut se habet res || extra ad intellectum et res intellecta ad significatum, ita se habet modus essendi ad modum intelligendi et modus intelligendi ad modum significandi. Sed res extra, res intellecta et res significata sunt ²⁵ idem penitus. Hoc enim idem, quod est vocis significatum, prius fuit intellectum, quod est res ipsa manens eadem in essentia. Ergo et modus essendi et intelligendi et significandi sunt idem.

Ad istam questionem dicendum, quod modus essendi et intelligendi et significandi quantum ad id quod sunt essentialiter sunt idem. Dico tamen, quod quantum ad id quod sunt differunt accidentaliter. Et ad intellectum istorum duorum, que iam dicta sunt, preintelligendum est, quid sit modus essendi, quid modus intelligendi, quid modus significandi. Circa quod con-

² Maior patet] *om. Br.* ⁹ modus—significandi] *om. Br.* ¹⁶⁻¹⁷ modus—significandi] *om. Br.* ²⁶ Hoc] *Id Wo.* ²⁸ et—significandi] etc. *Br.* ³³ preintelligendum] intelligendum *Wo.* ^{33.34} quid modus] *om. Wo.*

²⁻³ cfr. Metaphysica IV, 4. 1006a. ¹⁸ cfr. Physica II, 2. 194b, 13.

siderandum est, quod res existens extra intellectum multas habet proprietates, sicut quod habet vnitatem vel pluralitatem, potentiam actiuam vel passiuam, habet rationem principii vel termini eius per se vel in alio, et sic de aliis, et omnes iste proprietates, secundum quod sunt in re extra intellectum, dicuntur modi essendi. Post hoc autem, cum intellectus rem intelligit et cointelligit illas proprietates, tunc res, que prius dicebatur res extra intellectum, iam dicitur res intellecta, et proprietates eius, que prius dicebantur modi essendi, iam dicuntur modi intelligenti. Deinde intellectus volens id, quod intellexit, alii significari, imponit vocem ad significandum id, quod intellexit, et ad consignificandum illa, que cointellexit cum re intellecta, et tunc id, quod prius dicebatur res extra et postea res intellecta, iam dicitur res significata, et hoc est significatum speciale dictionis, de quo dictum est. Omnes etiam ille proprietates, que prius dicebantur modi essendi, in quantum sunt in re extra, et modi intelligenti in re intellecta, iam, cum exprimuntur seu consignificantur per vocem, dicuntur esse modi significandi seu significata dictionis. Vnde modus essendi est proprietas rei extra intellectum, modus intelligenti est rei intellecte, modus autem significandi est rei significatae.

Ex hiis ad propositum. Sicut res extra, res intellecta et res significata se habent ad invicem, ita modus essendi, modus intelligenti et modus significandi se habent ad invicem. Sed eadem res per essentiam est, que intelligitur et que significatur et que extra intellectum est. Si enim alia et alia res est per essentiam, que est extra et que intelligitur et que significatur, tunc vox non esset signum rei nec instrumentum intellectus, quod falsum est. Ergo eodem modo modus essendi, modus intelligenti et modus significandi sunt vna et eadem proprietas per essentiam, que iam est in re extra, iam apud intellectum, iam consignificata per vocem. Modus ergo essendi et modus || intelligenti et significandi idem sunt essentialiter secundum id quod sunt, et sic patet primum.

Secundum patet, quod differunt accidentaliter, quia modus

10 significari] significare *Br.* 23.24 modus] *om. Wo.* 32 consignificata per vocem] consignificat intellectum *Br.* 33 secundum] quantum ad *Br.*

essendi debetur rei, vt habet esse extra, modus intelligendi debetur rei quantum ad esse intellectum, et modus significandi debetur rei quantum ad id, quod habet in significatione. Sed ista diuersa esse non diuersificant proprietatem rei nisi accidentaliter. Cum igitur modi essendi, intelligendi et significandi sint ⁵ rei proprietas, sed illa diuersa sunt accidentaliter, manifestum est, quod modi essendi et intelligendi et significandi differunt accidentaliter. Vnde sicut Socrates in foro, Socrates in choro et Socrates in ecclesia est idem secundum essentiam, differens a se ipso accidentaliter, quia penes diuersa vbi, eodem modo modus ¹⁰ essendi et intelligendi et modus significandi est eadem rei proprietas differens a se ipsa accidentaliter, scilicet penes diuersa esse, et quia hec tria esse, scilicet esse in re extra, esse in intellectu et esse sub significatione se habent sicut prius et posterius, ideo usurpatiae loquendo aliquo modo se habent sicut signum et ¹⁵ signatum, vt esse sub esse posteriori est signum suimet sub esse priori, vt me esse in domo est signum me fuisse in ostio.

Ad rationes in oppositum est dicendum. Cum dicitur primo, illa non sunt eadem, quorum vno destructo remaneat reliquum, dicendum, quod illa non sunt eadem essentialiter, quorum vno de- ²⁰ structo essentialiter remaneat reliquum, sed illa bene sunt idem essentialiter, quorum vno destructo accidentaliter remanet reliquum. Ad minorem. Cum dicitur, quod destructo modo significandi remanet modus intelligendi, dicendum, quod destructo modo significandi quantum ad id, quod est essentialiter, non ²⁵ remanet modus intelligendi. Destructo tamen modo significandi quantum ad esse accidentale, quod est esse sub significatione, adhuc bene remanet illa et eadem proprietas essentialiter sub aliquo alio esse vt vel extra intellectum vel in intellectu, et ideo bene concluditur, quod differunt accidentaliter. ³⁰

Ad aliud. Cum dicitur, illa, que sunt in diuersis subiectis, non sunt idem, concedatur. Ad minorem. Cum dicitur, quod modus essendi et modus intelligendi et modus significandi sunt

1 esse] in re add. Br. 6 accidentaliter] om. Br. 7 et¹—significandi] etc. Br.
11 et modus significandi] etc. Br. 12 accidentaliter] essentialiter Br. 13 in re]
om. Wo. 14 sub] in Br. sicut] secundum Br. 15 ideo] om. Wo. 17 ostio]
hostio Wo. Br. 18 est] om. Wo. 28 et] om. Wo. 33 modus¹⁻²] om. Wo.

in diuersis subiectis, dicendum ad hoc per interemptionem, quia omnes sunt in re sicut in subiecto. Modus enim essendi est in re extra, et modus intelligendi in re intellecta, et modus significandi in re significata. Et ad probationem. Cum dicitur, quod modus significandi est in voce sicut in subiecto et modus intel-

40 v i ligandi est in intellectu, || dicendum ad hoc per interemptionem, quia modus significandi non est in voce sicut in subiecto, sed sicut in signo, et modus intelligendi in re intellecta et per consequens in intellectu sicut cognitum in cognoscente.

10 Ad aliud. Cum dicitur, illa non sunt idem, quorum vnum naturaliter precedit alterum, verum est, secundum quod vnum precedit alterum. Ad minorem. Cum dicitur, quod modus essendi precedit naturaliter modum intelligendi et modum significandi, si intelligatur, quod id, quod est modus essendi, precedat id, quod est modus intelligendi, essentialiter, dicendum per interemptionem, si accipiatur, quod precedat quantum ad esse, hoc est verum, et tunc ratio bene concludit, quod differunt accidentaliter.

Ad aliud. Cum dicitur, quod esse cause differt ab essentia effectus, concedatur. Ad minorem. Cum dicitur, quod modus essendi est causa modi intelligendi et per consequens causa modi significandi, si intelligatur quantum ad suas essentias, falsum est. Si autem intelligatur quantum ad eorum esse, tunc aliquo modo vnum est causa alterius sicut esse prius quodam modo est causa posterioris, sed hoc est intelligendum, vt dictum est.

Post hoc proceditur ad quintum, scilicet in quo sit modus significandi sicut in subiecto, vtrum scilicet sit in voce vel in anima vel in re, et videtur primo, quod sit in voce, quia modus significandi consistit in significacione. Ergo in illo est modus significandi, cuius est significare. Sed hoc est vocis. Ergo modus significandi est in voce sicut in subiecto.

Sed videtur, quod sit in intellectu, quia modus significandi est in dictione. Ergo in quo est dictio, in illo est modus significandi sicut in subiecto. Sed dictio est in intellectu sicut in subiecto. Ergo etiam modus significandi est in intellectu sicut in subiecto.

¹ ad hoc] *om. Br.* ⁴ significata] intellecta *Wo.* ⁶ est] *om. Br.* ad hoc] *om. Wo.*

Item effectus quilibet est in sua causa. Sed intellectus est causa effectu*a* modi significandi. Ergo modus significandi est in intellectu.

Contrarium huius videtur, quia videtur, quod modus significandi sit in re significata vt in subiecto, quia motus est in illo,⁵ quod movetur. Ergo et modus significandi est in illo, quod significatur. Sed illud, quod significatur, est res significata. Ergo modus significandi est in re significata sicut in subiecto.

Item cuius est significari, eius est sic significari vt singulariter vel pluraliter etc., quia sic significari contingit rei per modos¹⁰ significandi. Sed significari est passio rei, que per dictionem significatur. Ergo et modus significandi est passio rei significata, quare etc.

Ad istam questionem dicendum est, quod modus significandi est in re significata sicut in subiecto, quia modus significandi est¹⁵ proprietas rei significatae per vocem. Cuius ergo est ipsa proprietas sicut subiecti, in illo est modus significandi sicut in subiecto.

Sed proprietas ipsa est rei significatae || sicut subiecti, vt patet^{40 v 11} ex dictis. Ergo modus significandi est in re significata sicut in subiecto. Vnde sicut modus essendi est in re extra sicut in subiecto, ita modus intelligendi est in re intellecta sicut in subiecto et per consequens in intellectu sicut cognitum in cognoscente, ita etiam modus significandi est in re significata vt in subiecto. Et confirmatur, quod dictum est, quia subiectum est illud, quod est principium passionum respectu alicuius. Tale autem est res²⁵ significata et non intellectus nec vox, secundum quod modus significandi consignificatum dicitur, quia modus significandi est in re significata sicut in subiecto. Juxta quod est intelligendum, quod quamquam modus significandi est in re significata sicut in subiecto, est tamen in anima sicut in causa efficiente, intelligendo modum significandi quantum ad esse, quod habet in significatione, et non quantum ad essentiam proprietatis, que modus significandi est. Est etiam modus significandi in voce sicut in signo, et hoc patet.

Ad rationes. Cum dicitur primo, quod modus significandi con-

¹ quilibet] *om. Wo.* ⁴ huius] *eius Br.* ⁸ sicut] *ut Br.* ⁹ vt] *significatum vel add. Br.* ¹³ quare etc.] *om. Br.* ²⁷ significandi consignificatum] *significatum Wo.* ²⁸ est] *om. Wo.*

sistit in significacione, verum est passiue, quia consignificatur per vocem, et active est in significante. Et tu dicens, quod modus significandi est in eo, cuius est significare, dicendum, quod est in eo sicut in signo, non autem est in eo sicut in subiecto, ideo etc.

⁵ Ad aliud. Cum dicitur, quod modus significandi est in dictione, concedatur. Et cum dicitur, quod dictio est in intellectu, verum est, vt in causa efficiente. Et per hoc bene concluditur etiam, quod modus significandi sit in intellectu sieut in causa efficiente, non autem est in intellectu sicut in subiecto.

¹⁰ Ad aliud. Cum dicitur, quod effectus est in sua causa etc., dicendum, quod illud etiam bene concludit, quod modus significandi sit in intellectu sicut in causa effectiua, ideo etc.

Ad aliud. Cum dicitur, quod motus est in eo, quod movertur, dicendum, quod illud argumentum bene concludit, quod ¹⁵ modus significandi sit in re significata sicut in subiecto, et idem etiam bene probat vltimum argumentum.

Tunc proceditur ad sextum, vtrum scilicet modi significandi habeant ortum a re, et videtur, quod sic, quia sicut se habet logicus ad omnia illa, a quibus accipit suas habitudines locales, ita se habet grammaticus ad ea, ex quibus causat suas constructiones. Sed sic se habet logicus, quod omnia, que considerat, ex quibus accipiuntur habitudines locales, que sunt intentiones secunde, causata sunt a rebus, quia, cum dicitur, quod Socrates currit, ergo homo currit, vnde habes hanc habitudinem ^{41 r 1} nisi a re? Ideo et || modi significandi accepti sunt a rebus, per quos grammaticus causat constructiones.

Item illud, quod inest dictioni per naturam rei significate per dictionem et cuius oppositum non potest inesse, illud est causatum a re. Sed modi significandi sunt huiusmodi, quia modus masculini inest huic, quod est vir, per suam naturam, et oppositum, scilicet feminitas, sibi non potest inesse. Ergo modi significandi sunt causati siue ortum habent a re.

Preterea. Si modi significandi non essent causati a rebus, tunc quelibet dictio posset esse omnium modorum significandi. Sed

⁷ verum est, vt] sicut Br. ¹¹ dicendum—etiam] quod Wo. ¹⁴ illud argumentum] om. Wo. ¹⁴⁻¹⁵ quod modus significandi] om. Wo.

consequens falsum est, ergo et antecedens. Consequentia patet, quia si dictio ex natura rei nullum modum sibi determinaret, tunc nullus modus significandi sibi repugnaret, quare etc.

Et preterea, nisi modi significandi haberent ortum a proprietatibus rerum, modi significandi essent purum figmentum, quod ⁵ falsum est. Et patet consequentia, quia illud est figmentum, cui nichil respondet a parte rei.

Oppositum arguitur, quia illud, quod non inest dictioni nisi per intellectum, illud non habet ortum a re. Sed modi significandi tantummodo insunt dictioni per intellectum, quia in- ¹⁰ tellectus est causa effectuā modorum significandi. Ergo modi significandi non sunt causati a re.

Item si modi significandi essent causati a rebus, tunc ille dictiones, que nullam rem significarent, nullum modum significandi haberent. Sed consequens falsum est, quia figura et ¹⁵ priuationes bene habent modum significandi, et tamen nullam rem significant. Consequentia etiam patet, quia modi significandi non debent attribui nisi illi, cuius sunt, ideo etc.

Preterea contingit rem significari, que non est. Ergo multo fortius contingit rem significari eo modo, quo non est. Sed hoc ²⁰ non esset, si modi significandi causarentur a rebus. Ergo modi significandi non sunt causati a rebus.

Item in naturalibus bene inest aliquid alicui non secundum naturam suam, sed ab extrinseco, vt caliditas inest aque non per naturam suam, sed ab extrinseco, quod est ignis. Ergo a simili ²⁵ modus significandi inheret ipsi rei non per naturam suam, sed ab extrinseco, quod est intellectus, ideo etc.

Dicendum est ad hanc questionem, quod omnes modi significandi ortum habent a re, hoc est causati sunt a rebus seu a proprietatibus rerum, verumtamen non omnes modi significandi alicuius dictionis ortum habent siue causati sunt a re illius dictionis, cuius sunt. Declaratio primi est, quia potentia passiva per se et sine motore non vadit ad actum. Sed intellectus noster potentia passiva est. Ergo per se non vadit ad actum. || Ergo oportet, quod agatur ab alio mediante intellectu ^{41 r II}

18 illi] illius *Br.* 31 ortum habent] *om.* *Wo.* 34 non] nullus *Wo.*
35 alio] aliquo *Br.*

agente. Sed illud aliud est res, que se agit in cognitionem nostram. Cum igitur intellectus accipiat modos significandi, ipsos a re accipit. Ergo sunt causati a rebus. Et confirmatur, quod dictum est, quia res non sequuntur intellectum seu ymaginacionem, sed intellectus sequitur rem. Quicquid ergo accipit intellectus, a re accipit, quare et modos significandi a rebus accipit.

Item impositor debet necessario habere cognitionem rei, cui vocem imponit ad significandum, et cum hoc debet habere cognitionem vocis, quam debet imponere ad significandum, et 10 modorum significandi, sub quibus debet imponere vocem ad significandum. Cum autem impositor non possit habere cognitionem modorum significandi nisi ex proprietatibus rerum, vt patet ex iam dictis, manifestum est, quod modos significandi a proprietatibus rerum accipit. Quomodo enim impositor cognoscet modum substantiui et adiectiui, actiui, passiui, singularis et pluralis, nisi ex proprietatibus rerum? Non enim poterit sibi fingere tales modos significandi, quia sic modi significandi essent figmenta, nam omne existens in intellectu, cui nichil respondet a parte rei, figmentum est. Cum igitur intellectus nichil fingat nec 20 est virtutis infinite, manifestum est, quod, quicquid accipiat, ab alio accipit sicut a re. Ergo et modos significandi accipit a re. Vnde cum res per suas proprietates sibi determinet modos intelligendi, ita quod non possit intelligi sub modis intelligendi, qui repugnant sue proprietati, etiam per suos modos intelligendi 25 determinat sibi tales modos significandi, quia modi significandi sequuntur modos intelligendi, et sine illis non sunt possibles, ideo etc., et sic patet primum.

Declaratio secundi hec est, scilicet quod non oportet modos significandi alicuius dictionis esse causatos a re illius dictionis, 30 cuius sunt, quia effectus quilibet sufficienter causatur, ad quem concurrunt hee due cause, scilicet actiua et passiua. Sed conceptus quilibet, qui nullum modum significandi sibi determinat, virtutem receptiua habet cuiuslibet modi significandi, quia nullum sibi determinat, et intellectus sufficiens agens est, quia

1 nostram] *om. Br.* 5 Quicquid] *om. Br.* 6 accipit¹] *om. Br.* 7 Item] *om. Wo.*
 9 ad significandum] *om. Wo.* 13 significandi] rerum *add. Wo.* 14 enim] ergo *Wo.* 19 est] *om. Wo.* 22 determinet] determinat *Wo.* 25 determinat] determinant *Wo.* 27 ideo] quare *Br.*

agit, sicut cognoscit et cognouit in alia re modos significandi, qui conceptui nullos sibi modos significandi determinanti non repugnant. Ergo et ipsos potest attribuere tali conceptui, sicut est hoc, quod est nichilum vel chimera vel quodecumque talium, que nullas res significant. Ex quo sequitur vnum et est, quod 5 dictio potest esse omnium modorum significandi, quorum principium actuum sufficiens est intellectus agens per cognitionem, et principium passuum sufficiens est illud, quod significatur per dictionem, et sic patet secundum, scilicet quod non oportet, quod modi significandi alicuius dictionis || ortum habeant a re significata per dictionem illam, vt patet de dictionibus significantibus figura vel priuationes, quia nullam rem significant. Modi 41 vii
tamen significandi talium dictionum accipiuntur ab aliis rebus, in quibus intellectus nouit proprietates non repugnantes huiusmodi dictionibus, et propter hoc vniuersaliter omnia scibilia in 15 rem habent reduci. Ex quo sequitur, quod omnis scientia in scripto reducitur ad scientiam in mente, et scientia in mente reducitur in rem tamquam in sibi causam. Nec adhuc est ibi status, sed etiam res habent reduci ad scientiam dei, que est causa rerum. Ex quo patet differentia inter scientiam diuinam 20 et nostram, quia scientia dei est causa rerum, nostra autem scientia est causata a rebus. Quare cum modi significandi scibilia quedam sunt, manifestum est, quod causati sunt a rebus.

Ad rationes in oppositum est dicendum. Cum dicitur primo, illud, quod non inest dictioni nisi tantum per intellectum, illud 25 non est causatum a re, concedatur. Ad minorem. Cum dicitur, quod modi significandi solum insunt dictioni per intellectum, dicendum per interemptionem, quia intellectus sufficienter non causat modos significandi, sed etiam res ipsa eo modo, quo dictum est.

Ad aliud. Cum dicitur, si modus significandi haberet ortum a re tantum, ille dictiones, que nullam rem significarent, nullum

2-3 qui—repugnant] qui modi conceptus nullos sibi determinant, et ideo alicui non repugnant *Br.* 4 nichilum] nichil *Br.* 5 que] quia *Wo.* res] *om.* *Wo.* 8 sufficiens] *om.* *Br.* 15-16 vniuersaliter—reducij] intellectus omnia scibilia in hanc rem reducit *Br.* 18 sibi causam] sua causa *Br.* 19 etiam] *om.* *Wo.* 24 Cum dicitur primo] *om.* *Wo.* 26 est causatum] habet ortum *Br.* 29 eo modo, quo] vt *Wo.* 31 modus] modi *Br.* haberet] habeant *Br.*

modum significandi haberent, dicendum, quod non valet, quia possibile est, quod modi significandi accipiuntur ab aliqua alia re, prout dictum est. Nam intellectus bene attribuit modum significandi dictioni, qui sibi non repugnat, et quem in alia re 5 cognouit.

Ad tertium. Cum dicitur, quod res potest significari, que non est, ergo multo fortius res poterit significari eo modo, quo non est, dicendum, quod non sequitur, quia non esse rei et significari rei non opponuntur. Ergo res bene poterit significari, que non 10 est. Sed sic non est de consequente, sed esse rei et non esse rei opponuntur, et ideo esse rei eo modo, quo non est, non potest significari, quia tunc significaret dictio opposita, ideo etc.

Ad quartum. Cum dicitur, quod in naturalibus bene inest aliiquid alicui non secundum naturam suam, sed ab extrinseco etc., 15 dicendum, quod bene concluditur, quod modus significandi inest alicui ab extrinseco sicut ab intellectu. Ille nichilominus tamen modus non est fictus, sed a re causatus, quemadmodum dictum est superius.

Juxta hoc proceditur ad septimum. Cum grammaticus modos 20 significandi consideret, qui sunt causati a rebus, vtrum scilicet vbi dicit grammaticus quia, ibi debeat alius artifex dicere propter quid, et videtur, quod non, quia principia cuiuslibet scientie debent propter quid omnium effectuum esse illius scientie. Sed grammaticus considerat principia grammaticae, que 25 prima sunt in grammatica. Ergo et grammaticus debet reddere 41 v II propter quid || de effectibus grammaticalibus, ideo etc.

Item cuius est considerare effectum, eius est considerare causam. Sed grammaticus considerat suos effectus. Ergo et eius erit considerare causam suorum effectuum. Sed causa dicit propter 30 quid. Ergo grammaticus habet considerare propter quid, et vbi

2 accipiuntur] accipientur *Br.* 3 prout] ut *Br.* 4 et quem] quamquam *Wo.* 6 tertium] aliud *Br.* 8 significari] non significare *Wo.* 11-12 potest significari] potes significare *Wo.* 12 significaret dictio opposita] significares duo opposita *Wo.* 15 concluditur] concludit *Wo.* significandi] bene add. *Br.* 16 tamen] *om.* *Wo.* 18 superius] *om.* *Wo.*

20 consideret] considerat *Wo.* vtrum scilicet] *om.* *Br.* 23 esse] *om.* *Br.* 25 prima] principia *Wo.* 29 causam] causas *Br.* 30 et] quia add. *Br.*

gramaticus dicit quia, non oportet alium artificem dicere propter quid, ideo etc.

Preterea expertus docere non potest, sed artifex docere potest, vt scribitur primo methaphysice. Ratio autem huius est, quia expertus causam ignorat, artifex autem causam scit, et ideo docere potest. Sed gramaticus artifex quidam est. Ergo nouit causas et reddere potest propter quid suorum effectum, ideo etc.⁵

Oppositum arguitur, quia principia gramatice causas habent, cum non sint penitus prima. Sed de omni re habente causas reddendum est propter quid illius, quare cum principia grammaticae causas habeant, ergo reddendum est de hiis causam siue propter quid. Sed constat, quod gramaticus de eis non habet reddere propter quid, quia nullus artifex transcendit sua principia. Ergo alias artifex reddet propter quid illorum principiorum, et gramaticus dicit ibi quia. Vbi igitur gramaticus dicit¹⁰ quia, ibi alias artifex dicit propter quid.

Ad istius questionis intellectum est considerandum, quod in grammatica est considerare principia gramatice, que quamvis prima sint in grammatica, non tamen sunt prima simpliciter, sed adhuc habent principia priora, respectu quorum principia grammaticalia sunt effectus quidam. Est etiam considerare effectus grammaticales, quorum cause sunt principia grammaticalia secundum quod huiusmodi. Ex hoc ad questionem dicendum, quod vbi gramaticus dicit quia respectu ipsorum principiorum, ibi alias artifex dicit propter quid, et non gramaticus. Vbi tamen grammaticus dicit quia respectu suorum effectum, ibi etiam gramaticus dicit propter quid, et non alias artifex.²⁵

Primum sic patet, quia principia gramatice habent principia priora. Cuius ergo est considerare principia priora principiis grammaticae, eius et non alterius erit dicere propter quid principiorum grammaticae. Sed alterius a grammatico, puta methaphysici, est considerare principia priora principiis grammaticae et non grammatici. Ergo alterius a grammatico est dicere propter quid suorum

1 non] non ideo non Wo. 2 ideo etc.] om. Wo. 6 quidam] om. Br. 8 grammaticae] grammatices Wo. causas] causam Wo. 9 re] om. Br. 12 habet] potest Br. 15 et—quia] om. Br. 33 quid] respectu add. Br.

principiorum. Vnde grammaticus propter quid suorum principiorum non potest reddere, quia principia grammatis sunt priora grammatico, et ideo licet aliquid scit propter quid illorum, tamen grammaticus hoc non considerat. Vnde et grammaticus principia sua, que in genere suo prima sunt, non accipit per demonstrationem, sed ex sensu, memoria scilicet et experientia accipit ea et per illa demonstrat posteriora.

Secundum sic patet, scilicet quod grammaticus reddat propter quid suorum effectuum, quia effectus grammaticales per se sunt ex principiis grammaticalibus dicentibus propter quid illorum. Sed solus grammaticus considerat principia grammatis, secundum quod principia sunt, et nullus aliis. Ergo grammatici || est dicere propter quid suorum effectuum. Vnde sequitur vnum ex dictis, quod licet artifices speciales resoluant effectus, quos considerant, in primas causas in genere, sicut naturalis effectus naturales, quos considerat, in primas causas, que sunt de genere rerum naturalium, nullus tamen artifex specialis effectus, quos considerat, resolut in primas causas simpliciter, sed solus methaphysicus. Rationes tunc procedunt suis viis.

Ad primum. Cum dicitur, quod principia prima cuiuslibet scientie dicunt propter quid omnium effectuum illius scientie etc., dicendum, quod hec ratio bene probat, quod grammaticus possit dicere propter quid suorum effectuum, quod est concedendum.

Ad aliud. Cum dicitur, cuius est considerare effectum, eius est considerare causam, dicendum est sicut superius dictum est, quod cuius est considerare effectum, in quantum effectus est, eius est considerare causam, sed cuius est considerare effectum secundum id quod est, non oportet, quod ipse consideret causam. Ad minorem. Cum dicitur, grammaticus considerat effectus suos, verum est etiam, secundum quod effectus sunt, et propter hoc etiam grammaticus bene considerat causas seu propter quid huiusmodi effectuum. Si autem accipis, quod grammaticus considerat principia grammatis, que sunt effectus respectu aliquorum priorum, dicendum, quod grammaticus non considerat ea se-

³ licet] om. Br. aliquid] aliquis Br. scit] sit Wo. ⁴ et] om. Wo. ⁶ memoria scilicet et experientia] memorie et experientie Br. ²⁶ est²] om. Wo.
³² etiam] om. Wo.

cundum quod effectus, sed secundum quod principia sunt, quia vbi inferior artifex incipit, ibi superior cessare debet.

Ad aliud. Cum dicitur, expertus docere non debet, sed artifex, concedatur, sed artifex non potest docere sua principia, sed passiones seu effectus, ideo etc. Ad rationem etiam in oppositum 5 patet solutio, quia bene probat, quod alius artifex a gramatico possit docere propter quid principiorum gramatice, de quibus grammaticus docet quia, et hoc concedendum est.

Consequenter proceditur ad octauum, scilicet vtrum ex eisdem proprietatibus, ex quibus grammaticus accipit modos significandi, vtrum ex eisdem dyalecticus accipiat suas habitudines locales, et videtur, quod non, quia sicut artifices sunt distincti, ita diuersa seu distincta sunt, que diuersi seu distincti artifices considerant. Sed dialecticus et grammaticus sunt diuersi artifices. Ergo et proprietates rerum, quas considerant, a quibus scientia grammaticus accipit suos modos significandi et dyalecticus habitudines locales, ideo etc.

Item si ex eisdem proprietatibus rerum acciperentur modi significandi et habitudines locales, tunc modi significandi et habitudines locales essent idem, quod falsum est. || Consequen- 42 r II tia patet, quia ex vnitate scibilis accipitur vnitas scientie.

Oppositum arguitur, quod dyalecticus accipit habitudines speciei ad genus et generis ad speciem ex eisdem proprietatibus, ex quibus grammaticus accipit modos significandi nominis generalis et specialis. Etiam ab eadem proprietate accipit grammaticus 25 modum nominis appellatiui, a qua dyalecticus accipit intentionem vniuersalis, et ab eadem proprietate accipit grammaticus modum nominis proprii, a qua dyalecticus accipit intentionem particularis, et sic de similibus. Ergo ex eisdem proprietatibus accipit grammaticus modos significandi et dyalecticus habitudines locales. 30

Ad hanc questionem dicendum, quod ab aliquibus eisdem proprietatibus rerum, a quibus grammaticus accipit suos modos significandi, ab eisdem proprietatibus rerum aliquando dyalecticus accipit suas habitudines locales, non tamen vniuersaliter ab

6 artifex] om. Wo. 22 accipit] om. Wo. 24 generalis] generales Br. 25 specialis] speciales Br. 28 intentionem particularis] intentiones particulares Br. 30 dyalecticus] om. Wo.

eisdem proprietatibus, a quibus grammaticus accipit suos modos significandi, accipit dyalecticus suas habitudines locales.

Primum sic patet, quia ex eisdem proprietatibus, ex quibus dyalecticus accipit distinctos modos predicandi, ut predicari in quid et in quale, ex eisdem etiam grammaticus accipit quosdam modos significandi ut modum substantiui et modum adiectiui. Item ex eisdem proprietatibus accipiuntur modus appellatiui et intentio vniuersalis, et ex eisdem accipiuntur modi significandi nominis proprii et intentio particularis, et sic de aliis. Ideo ex aliquibus eisdem proprietatibus bene accipiuntur modi significandi et habitudines locales. Circa quod considerandum est, quod non solum distincta scibilia distinguunt scientias, verum etiam distincti modi considerandi, ut dictum est prius, et ideo quamquam aliqui modi significandi et habitudines locales ab eisdem proprietatibus accipientur, tamen quia diuersimode considerantur, propter hoc etiam scientias distinguunt. Quod autem diuersimode considerantur, patet. Nam grammaticus huiusmodi intentiones considerat, in quantum sunt principia constructio-
nisi, dyalecticus autem, in quantum sunt principia habitudinum localium seu principia cuiuscumque modi arguendi.

Secundum etiam patet, scilicet quod non vniuersaliter ab eisdem proprietatibus accipiuntur modi significandi et habitu-
dines locales. || Nam dyalecticus considerat habitudinem, que est a generatione et corruptione. A simili et proportione et considerat habitudinem contrarrii ad contrarium etc. Grammaticus autem considerat modum distantis, personam, casum etc. Sed manifestum est, quod hec omnia non accipiuntur ab eisdem proprietatibus rerum, et idem considera in consimilibus. Ex quo patet, quod non ex eisdem proprietatibus vniuersaliter accipiuntur modi significandi et habitudines locales, quidam tamen modi significandi et habitudines locales ab eisdem accipiuntur.

Ad primum argumentum in contrarium est dicendum. Cum dicitur, quod sicut artifices sunt distincti, ita illa, que ipsi considerant, verum est, vel sunt distincta vel distinctis modis considerantur. Et ad minorem. Cum dicitur, quod logicus et grammaticus sunt artifices distincti, concedatur. Et propter hoc bene concludis,

² locales] *om.* *Wo.* ³ sic] *om.* *Br.* ⁸ eisdem] *hiis* *Br.* ²⁴ et²] *a* *Wo.*

quod modi significandi et intentiones logicales differunt secundum modum, qui dictus est. Et juxta hoc intelligendum est, quod licet diuersi artifices non possint considerare illa, que alicui artifici sunt propria, possunt tamen considerare illa, que eis communia sunt. Vnde cum ex quibusdam proprietatibus rerum accipientur habitudines locales, et modi quidam significandi accipiuntur ab eisdem, ideo huiusmodi proprietates non appropriantur grammatico nec dialectico. Ex quo etiam sequitur aliud, scilicet cum proprietates, a quibus accipiuntur intentiones logicales, que aliquid conferunt ad modum arguendi, et proprietates, a quibus accipiuntur modi significandi, qui sunt principia modi construendi, sicut transcendentes et extendentes se ad omne ens, ideo est, quod grammatica et logica sunt communes et extendunt se ad omne ens, propter quod in quolibet ente contingit et grammaticae et logice loqui.

15

Ad aliud. Cum dicitur, quod si ex eisdem proprietatibus rerum acciperentur habitudines locales et modi significandi, tunc idem essent modi significantes et habitudines locales, dicendum, quod debet concludi, vel quod aliqui modi significandi et intentiones logicales sint idem penitus vel quod sint idem realiter et different secundum rationem; vel posset aliquis dicere, quod non sequeretur, quod essent idem, quia licet habitudines locales accipientur a proprietatibus rerum, non tamen ipse sunt proprietates rerum, et similiter licet modi significandi accipientur a quibusdam proprietatibus rerum, ipsi tamen non sunt ipse proprietates || rerum, et ideo non sequitur, quod intentiones logicales et grammaticales essent idem. Quamquam sic posset dici, melius tamen videtur esse dictum primo modo.

42 v II

Deinde proceditur ad nonum, vtrum scilicet grammaticus considerat proprietates rerum seu modos essendi, et videtur quod non, quia ille, qui considerat modos essendi rerum, realis est. Sed grammaticus non est realis, imo sermocinalis vel rationalis. Ergo grammaticus modos essendi rerum non considerat. Maior patet. Qui enim considerat aliquam naturam realem, rea-

3 alicui] alio add. Br. 6 quidam] idem Wo. 8 Ex quo] Et Wo. 10 conferunt] differunt Wo. 15 et¹] om. Wo.

32 imo] sed Wo.

lis artifex est. Sed modi essendi rerum natura aliqua realis sunt. Ergo ille, qui considerat modos essendi rerum, artifex realis est. Minor patet, quia artifex realis vel est methaphysicus vel naturalis vel mathematicus. Sed grammaticus nullus istorum est. Ergo ⁵ grammaticus non est realis.

Item grammaticus non considerat id, quod nichil est constructibilis seu dictionis nec sicut pars nec sicut passio. Sed modi essendi non partes dictionis nec passio dictionis sunt, vt de se patet. Ergo grammaticus modos essendi non considerat.

¹⁰ Item cuius est considerare ens secundum quod ens, eius est considerare modos essendi. Sed methaphysici est considerare ens secundum quod ens et non grammatici. Ergo methaphysici et non grammatici est considerare modos essendi rerum.

Oppositum arguitur, quia grammaticus per se considerat modos ¹⁵ significandi et eorum distinctionem. Sed distinctio modorum significandi non est nisi per distinctionem modorum intelligendi, nec distinctio modorum intelligendi est nisi per distinctionem modorum essendi. Si igitur grammaticus modos essendi rerum non consideraret, tunc ipse modos significandi non distingueret, quod ²⁰ cum falsum sit, ideo etc.

Item tu non potes dicere, quod grammaticus non consideret modos essendi rerum, nisi quia non considerat res ipsas. Sed hoc non obstante adhuc grammaticus modos essendi potest considerare, quia modi essendi rerum seu proprietates rerum differunt ²⁵ a rebus ipsis per essentiam. Sed que differunt per essentiam, possunt habere distinctas considerationes. Ergo adhuc dato quod grammaticus ipsas res non consideret, adhuc poterit considerare modos essendi rerum.

Ad istam questionem dicendum est, quod modi essendi possunt ³⁰ considerari dupliciter, vel secundum quod sunt differentie seu passiones entis, vel secundum quod sunt proprietates, a quibus accipiuntur modi intelligendi et modi significandi et secundum quod principiant constructionem. Tunc dicendum, quod primo modo grammaticus non considerat modos essendi rerum, sed methaphysicus. Secundo autem modo grammaticus modos essendi considerat.

24 rerum] om. Wo. 33 Tunc] om. Wo.

Primum sic patet, quia eius et non alterius est considerare modos essendi, secundum quod sunt modi entis seu passiones entis, cuius est speculari naturas rerum, secundum quod res sunt, et cuius est vniuersaliter considerare ens secundum quod ens et modos entis, quia ens secundum quod ens et vniuersaliter⁵ modi entis secundum quod ens sunt eiusdem considerationis. Sed methaphysici est speculari naturas rerum vniuersaliter, vnde res sunt. Ipse enim est, qui considerat ens vniuersaliter secundum quod ens et omnem differentiam entis, et non grammaticus, quia grammaticus solum considerat vnum genus entis, scilicet modum¹⁰ construendi, et illa, que per se habent attributionem ad ipsum, et ideo grammaticus non considerat modos essendi, vnde differentie entis seu passiones entis sunt. In nulla enim parte gramatice docentur modi essendi, vnde passiones seu modi entis || sunt,^{43 r1} imo transcriptis modis essendi, secundum quod differentie entis sunt, in nullo gramatica erit diminuta, quia adhuc grammaticus constructibilia poterit referre ad invicem per suos modos intelligendi et per suos modos significandi. Methaphysici igitur, cuius est speculari, qui modi essendi quibus rebus debentur propter suas naturas diuersas, est considerare ipsos modos essendi,²⁰ secundum quod sunt differentie seu passiones vel modi entis, et sic patet primum.

Circa secundum est intelligendum, quod constructio est triplex: quedam enim est realis, cuius principia sunt modi essendi; alia est mentalis, cuius principia sunt modi intelligendi; alia est²⁵ vocalis, cuius principia sunt modi significandi. Ex hoc sic. Eius est considerare modos essendi, secundum quod sunt principia constructionis et secundum quod ab eis accipiuntur modi intelligendi principiantes constructionem mentalem et per consequens modi significandi principiantes constructionem vocalem,³⁰ cuius per se est considerare modum construendi et omnes differentias eius et partes et passiones eius et vniuersaliter omnia illa, que per se habent attributionem ad modum construendi, quia modi essendi sunt principia constructionis realis. Tollendo enim omnem intellectum adhuc realiter accidens habet modum³⁵

14 entis] essendi Wo. 15 entis] om. Wo.

7 cfr. Metaphysica VI, 1. 1026a.

essendi in alio, et substantia modum substantis accidenti, et sic de aliis. Sed grammaticus per se considerat modum construendi et omnia, que per se habent attributionem ad ipsum. Cum igitur modi essendi habeant attributionem ad modum construendi, tum quia sunt principia constructionis realis tum quia ab ipsis accipiuntur modi intelligendi, qui principiant constructionem mentalem, et per consequens modi significandi, qui principiant constructionem vocalem, relinquuntur, quod grammaticus modos essendi considerat secundum quod sunt principia constructionis, et sic patet secundum.

Ad primum argumentum in contrarium. Cum dicitur, ille qui considerat modos essendi rerum, realis est, potest dici ad hoc per interemptionem, quia vocamus artifices reales, qui considerant aliquam principalem partem entis ut mathematicam, naturalem vel diuinam, et non illum, qui considerat aliquam proprietatem seu modum rei, vel potest dici, quod ille artifex est realis, qui considerat ens reale, unde reale est, non habens habitudinem ad opus rationis. Ille autem, qui considerat ens reale ut aliquam proprietatem vel modum rei, ut habet habitudinem ad opus rationis, non oportet, quod sit realis artifex. Si autem talem velis vocare artificem realem, concedi potest et nichil sequitur || inconueniens.

Ad aliud. Cum dicitur, quod grammaticus non considerat illud, quod nichil est ipsius dictionis vel quod non est habens habitudinem ad dictionem, tunc erit minor falsa, quia modus essendi, secundum quod est principium constructionis, est passio dictionis seu forma constructibilis, ideo etc.

Ad aliud. Cum dicitur, cuius est considerare ens secundum quod ens, eius est considerare modos essendi, verum est, secundum quod sunt passiones seu differentie entis, non autem secundum quod principia constructionis sunt.

Tunc proceditur ad vltimum et decimum, scilicet vtrum possit esse aliquis modus significandi alicuius rei, que non habet talem modum essendi, et videtur, quod non, quia modus significandi sequitur modum intelligendi, et modus intelligendi sequi-

15 vel] et Wo. 24 ipsius] om. Br.

tur modum essendi, et non econuerso, quia intellectus sequitur rem et non econuerso. Nulla ergo res potest habere modum significandi, nisi prius potuit habere modum intelligendi consimilem, nec potest habere modum intelligendi, nisi habeat modum essendi consimilem, quare etc.

5

Item figmentum est, cui nichil respondet a parte rei. Si igitur res aliquem haberet modum significandi et non haberet talem modum essendi, ille modus significandi esset figmentum, quod falsum est et contra dicta, nam omnes modi significandi habent ortum a re.

10

Oppositum arguitur, quia quicquid est intellectibile, est significabile et secundum omnem modum, secundum quem est intellectibile, secundum omnem illum modum est significabile. Sed res potest intelligi sub proprietate, que non est in re, vt sub intentione communis seu vniuersalis. Potest enim intelligi homo 15 non intelligendo passionem eius. Ergo et modus significandi poterit esse circa rem, que non habet talem modum essendi.

Item res, que significatur per hoc, quod est motus, non habet modum essendi per modum habitus, nec habet modum essendi per modum per se stantis, et tamen motus significat per modum 20 habitus seu per modum permanentie et per modum per se stantis. Ergo aliqua res potest significari sub aliquo modo significandi, que non habet talem modum essendi.

Preterea conceptus mentis, qui significatur per hoc, quod est nichil, non habet aliquem modum essendi, quantum est de se, 25 habet tamen multos modos significandi. Ergo non oportet, quod res, que est alicuius modi significandi, habeat talem modum essendi.

Ad hanc questionem dicendum est. || Cum queritur, vtrum 43v1 aliqua dictio possit habere aliquem modum significandi, cuius 30 significatum non habet consimilem modum essendi, ad hoc est intelligendum, quod modus significandi sequitur modum intelligendi, quia a destructione consequentis: quod non est intelligibile, non est significabile.

Item modus intelligendi sequitur modum essendi, quia quod 35 non est, non contingit intelligi, cum ens sit obiectum intellectus.

13 modum] significandi add. Br. 19 essendi²] significandi Wo.

Illud igitur, quod est intelligibile, aliquem modum essendi habet. Sed quicquid habet modum essendi, aliquid esse habet. Omne autem, quod habet esse, vel habet esse extra animam vel apud animam. Si habet esse extra animam, tunc si intelligantur huiusmodi res ab intellectu intelligendo ipsas, nisi erret intellectus, omnes modi intelligendi sunt accepti secundum modos essendi, ita quod quilibet modus intelligendi apud intellectum proportionalis est alicui modo essendi in re ipsa, et accipiuntur distincti modi intelligendi secundum distinctionem modorum essendi. Sic etiam modi significandi in dictione proportionantur modis intelligendi et modis essendi talium rerum. Non enim possunt res tales vero modo significari nec intelligi contra repugnantiam earum. Ex hoc dicendum est ad questionem, quod res significata, cui competit esse extra, non habet aliquem modum significandi, nisi habeat talem modum essendi, quia modi significandi accipiuntur penes modos intelligendi et modi intelligendi penes modos essendi. Quare cum ista sibi ad invicem proportionantur, manifestum est, quod aliqua res, cuius esse est extra animam, non potest habere aliquem modum significandi, nisi habeat consimilem modum essendi. Si autem aliqua habeant esse apud animam tantum, tunc eorum modi essendi idem sunt cum suis modis intelligendi, quia quecumque repnnuntur in esse simpliciter per esse intellectum, in illis idem est esse suum simpliciter et esse suum intellectum, et etiam idem in eis est modus essendi et modus intelligendi in nullo differens. Hoc autem modo priuationes, negationes et figurae habent esse, et de ipsis dicendum est, quod non possunt habere aliquem modum significandi, nisi habeant consimilem modum essendi, quia cuiuslibet modo significandi correspondet modus intelligendi. Sed in hiis, que habent esse solum apud animam, idem penitus est modus intelligendi et modus essendi. Ergo non possunt huiusmodi entia apud animam habere aliquem modum significandi, nisi habeant consimilem modum essendi. Est tamen intelligendum, quod quamvis res, que solum habent esse apud animam, idem habent penitus pro modo essendi et modo intelligendi, tamen eorum modi intelligendi || reduci possunt ad

6 secundum] per Br. 17 ad invicem] om. Wo. 29 correspondet] respondet Br.

modos essendi extra intellectum, non in modos essendi, quos habent conceptus, qui solum sunt apud animam, quia nichil sunt in re, verumptamen reduci possunt ad modos essendi aliarum rerum, vt priuatio, sicut intelligitur per habitum, ita modos intelligendi aliquos sortiri potest ab habitu. Similiter etiam figura⁵ menta, que non habent modos essendi extra intellectum, secundum quod sic significantur, formaliter habent tamen aliquos modos essendi per suas partes, que habent modos essendi extra. Nullus igitur modus significandi potest esse alicuius rei, siue illa res sit extra animam siue in anima, nisi consimilem habeat¹⁰ modum essendi eo modo, quo dictum est.

Ad rationem primam in contrarium. Cum dicitur, quod secundum omnem modum, secundum quem aliquid est intelligibile, secundum omnem eundem modum est significabile, concedatur. Ad minorem. Cum dicitur, quod res potest intelligi sub proprietate, que non est in re, dicendum, quod nisi illi proprietati in intelligendo aliquid respondeat a parte rei, figmentum erit. Et tu dicis, quod res intelligitur sub intentione vniuersalis; verum est, et propter hoc etiam oportet, quod aliquis sit modus essendi in re sibi correspondens, et iste modus non oportet, quod²⁰ sit in re formaliter sicut est apud intellectum, sed virtute vel aliquo tali modo; vel potest dici, quod sibi correspondet modus essendi, qui est nature rei non repugnare, esse in multis seu multiplicabilitas per supposita. De hoc tamen patebit, quando de nomine appellatiuo per intentionem sermonem faciemus.²⁵

Ad aliud. Cum dicitur, quod res, que significatur per hoc, quod est motus, non habet modum significandi per modum habitus nec modum per se stantis, dicendum ad hoc per interemptionem, quia modus habitus est modus essentie et modus per se stantis est modus entis in se. Sed motui bene competunt isti modi³⁰ essendi, quia licet esse motus sit in successione, ita quod de necessitate habeat partes sibi succedentes, tamen omnes ille partes sunt vnum in essentia, quia quelibet pars motus per essentiam est motus, et licet ibi sit successiue, tamen motus non est ipsa sua successio. Unde motus, secundum quod essentiam³⁵ habet, significatur per modum habitus, secundum autem quod habet partes successiuas, significatur per modum fieri.

⁵ potest] possunt Br.

Ad aliud. Cum dicitur, quod conceptus mentis, qui significatur per hoc, quod est nichil, non habet aliquem modum essendi, dicendum, quod non habet aliquem modum essendi extra animam, habet tamen aliquem modum essendi apud animam, quia modum intelligendi habet, et suus modus intelligendi et suus modus significandi in nullo differunt, cum hoc, quod est nichil, solum sit ens apud animam, et ideo sufficit sibi habere modum essendi apud animam; vel potest dici, quod suus modus significandi seu suus modus intelligendi reducibilis est aliquo modo ad modum essendi sui habitus, vt dictum est.

De numero et sufficientia partium orationis.

Postmodum proceditur ad dubitandum circa numerum et sufficientiam partium orationis, et queritur tantum vnum, quot scilicet sint partes orationis, et videtur, quod sint tantum due, quia dyalectici tantum ponunt duas partes orationis. Ergo sunt tantum due.

Item arguitur ratione, quia finis in grammatica est oratio perfecte constructa. Ex hoc arguitur. Frustra fit per plura, quod potest fieri per pauciora. Sed finis intentus in grammatica sufficienter habetur per duas partes orationis, que sunt nomen et verbum, vt patet. Ergo non est opus habere plures partes orationis quam duas.

Sed videtur, quod sint quinque, quia Stoici posuerunt quinque partes orationis. Ergo tantum sunt quinque.

25 Item hoc idem arguitur ratione, quia partes orationis sunt et distingui habent per suos modos significandi. Sed nominis et pronominis est vnum modus significandi, quia vtrumque significat per modum habitus. Ergo erunt vna pars orationis. Item verbum et participium habent vnum modum significandi, quia verbum et participium significant per modum fieri. Ergo erunt vna pars. Item aduerbium et interiectio habent vnum modum significandi, quia vtrumque significat per modum adiacentis

12 ad dubitandum] *om. Br.* 21 habere] *om. Br.* 25 idem] *om. Br.*

15 cfr. Prisc. II 15 (Keil II p. 54). 23-24 cfr. Prisc. II 16 (Keil II p. 54).

respectu alicuius, quod significat per modum fieri. Ergo etiam eodem modo erunt vna pars orationis. Quare connumerando coniunctionem et prepositionem istis tantum erunt quinque partes orationis.

Sed videtur, quod sint septem, quia Priscianus ponit tantum ⁵ septem. Ergo per locum ab auctoritate tantum sunt septem partes orationis.

In contrarium huius et aliorum est Donatus, qui ponit octo esse partes orationis. Ergo per eius auctoritatem tantum erunt octo. ¹⁰

Ad istam questionem dicendum est, quod numerus seu sufficientia partium orationis accipi potest dupliciter: Vno modo ex parte modorum significandi, et hoc est formalis distinctio partium orationis. Alio modo a fine, propter quem sunt partes orationis. ¹⁵

Primo sic. Cum partes orationis distinguuntur per suos modos significandi, tunc omnis pars significat vel per modum rei vel per modum dispositionis rei siue circumstantie rei. Si per modum rei, hoc est dupliciter, quia vel per modum habitus seu per modum essentie, vel per modum fieri seu per modum esse. Si ²⁰ primo modo, hoc est dupliciter, vel scilicet per modum habitus seu per modum essentie informate qualitate, id est certe apprehensionis, vel per modum habitus seu per modum essentie denuitate a qualitate, id est per modum essentie indeterminate apprehensionis. Primo modo est nomen, secundo modo est pronomen. ²⁵ Si autem pars orationis significat per modum fieri seu per modum esse, hoc est dupliciter, vel enim significat per modum fieri seu per modum esse indistantis, et sic est participium, vel per modum fieri seu per modum esse distantis, et sic est verbum. Si vero pars orationis || significat per modum dispositionis rei seu per modum ^{44 r. II} circumstantie rei, hoc potest esse tripliciter, vel enim significat per modum dispositionis rei existentis in habitu, vel per modum dispositionis rei existentis in fieri, vel per modum dispositionis rei indifferenter existentis in habitu vel in fieri. Si

16 Primo sic.] *om. W.* **31** tripliciter] dupliciter *Br.*

5-6 ibidem. **8** Donati ars grammatica II 1 (Keil IV p. 372).

significat per modum dispositionis rei existentis in habitu, sic est nomen adiectuum, quod reponitur sub nomine. Si autem significat per modum dispositionis rei existentis in fieri, hoc est dupliciter, vel enim significat per modum determinantis simpli-
 citer respectu rei significate per modum fieri, et sic est aduerbiū, vel significat per modum determinantis rem significatam sub modo fieri, secundum quod afficitur subiectum suum, in quo est, et sic est interiectio, que proprie significat per modum affluentis. Si vero pars significat per modum dispositionis respectu
 vtriusque, hoc est dupliciter, vel quia est dispositio respectu vtriusque, scilicet respectu rei significate per modum habitus et per modum fieri, supplendo tamen defectum magis a parte rei significate per modum fieri quam a parte rei significate per modum habitus, vel quia equaliter significat per modum dispositio-
 nis rei respectu rei in habitu et in fieri, non magis supplendo de-
 fectum ex parte vnius quam ex parte alterius. Primo modo est prepositio, que est retorsua casualis ad actum. Secundo modo est coniunctio, que indifferenter coniungit duas substantias vel duos actus. Et sic patet sufficientia partium orationis ex parte
 modorum significandi, qui formaliter distinguunt partes orationis.

Alio modo a fine accipi potest sufficientia et distinctio partium, quia secundum philosophum secundo physicorum finis est ratio aliis causis. Est enim finis causa causarum. Sed finis
 partium orationis est oratio perfecte constructa, quia omnis pars est pars propter constructionem. Ergo a fine, qui est oratio perfecte constructa, accipitur ratio et sufficiens distinctio partium orationis. Ex hoc sic. Oratio perfecte constructa consistit in enuntiatione alicuius de aliquo, scilicet predicatione subiecto.
 Tunc rationatur sic. Quicquid est in oratione perfecte constructa, vel est subiectum seu suppositum gramatice loquendo vel est predicatum seu appositorum vel est dispositio alterius istorum vel vtriusque. Si est subiectum, cum subiectum sit illud, de quo enuntiatur alterum, tunc oportet, quod habeat modum substanc-

3 existentis] *om. Br.* 3-4 hoc est dupliciter] *om. Br.* 4 enim] *om. Wo.*
 15 rei¹] *om. Br.*

tie seu modum habitus. Sed hoc contingit dupliciter. Vel enim significat per modum habitus determinate apprehensionis, et sic est nomen, vel per modum habitus indeterminate apprehensionis, || et sic est pronomen. Si autem illud, quod est in oratione ^{44 vi} perfecta, sit predicatum, cum predicatum sit illud, quod de altero ⁵ dicitur, oportet quod habeat modum significandi, per quem sibi debeatur enuntiari de altero. Iste autem est modus significandi per modum fieri distantis, vel saltem modus fieri distantis est aliqua dispositio ad modum enuntiabilis de alio, et hoc modo est verbum. Si autem aliquid, quod est in oratione perfecte con- ¹⁰ structa, est dispositio subiecti, hoc est propter confusionem subiecti tollendam, et sic est participium. Si autem est dispositio predicati, hoc etiam est propter eius confusionem tollendam, et hoc est dupliciter, vel per modum adiacentis alicui significati per modum fieri et vt plurimum respectu fieri distantis, et sic ¹⁵ est aduerbium, vel significat per modum adiacentis alicui significati per modum adiacentis afficiendo suum subiectum, in quo est, et sic est interiectio. Si autem aliquid in oratione perfecte constructa sit dispositio vtriusque, scilicet et predicati et sub- ²⁰ jecti, hoc est dupliciter, vel enim supplet indifferenter defec- tum subiecti et predicati, et sic est coniunctio, que coniungit illa, que secundum se non sunt coniungibilia, vt sunt due substantie vel duo actus. Si autem est dispositio vtriusque supplens tamen defectum magis a parte appositi seu predicati, sic est prepositio, que retorquet casuale ad actum. Et sic patet sufficien- ²⁵ tia et distinctio partium orationum ex parte finis.

Ad rationes in contrarium est dicendum. Ad primam. Cum dicitur, quod dyialectici ponunt duas esse partes orationis, dicendum, quod ipsi ponunt octo, sed verum est, quod ipsi ponunt duas partes orationis principales, scilicet nomen et verbum, quia ³⁰ ipsis maxime vtuntur pro maiori vel minori extremitate vel pro medio. Omnes autem alias partes orationis vocant ipsi partes sincathegoricas, id est consignificatiuas pro tanto, quia sunt dispositiones partium principalium.

Ad aliud. Cum dicitur, quod oratio perfecte constructa est ³⁵

14 alicui] om. Wo. **17** suum] om. Br.

33 cfr. Prisc. II 15 (Keil II p. 54).

finis in grammatica, concedatur. Et cum dicitur, quod frustra fit per plura, quod potest fieri per pauciora, verum est, si fiat eque bene per pauca sicut per plura. Ad minorem. Cum dicitur, quod oratio perfecte constructa sufficienter habetur ex nomine et 5 verbo, si intelligatur, quod omnimoda perfectio orationis habetur ex nomine et verbo, dicendum ad hoc per interemptionem, quia multe sunt constructiones, que non sunt partium principialium, vt constructio aduerbii cum uerbo et coniunctionis cum aduerbio etc., et ideo cum constructiones huiusmodi non 10 possint redi ex partibus principalibus, propter hoc ponende sunt partes minus principales, quare etc.

Ad aliud. Cum dicitur, quod Stoici distinxerunt quinque partes, dicendum, quod per hoc non excluderunt alias partes, vel potest dici, quod alias partes comprehendebant sub aliquibus || 44 v. II istarum vel econuerso.

Ad aliud. Cum dicitur, quod partes orationis distinguuntur per suos modos significandi, concedatur. Et cum dicitur, quod nomen et pronomen habent unum modum significandi, dicendum, quod non habent unum modum significandi specificum, quia 20 nomen significat per modum habitus certe apprehensionis et pronomen per modum habitus incerte apprehensionis, et similiter dicendum de verbo et participio, quia participium significat per modum fieri indistantis, verbum autem per modum fieri distantis. Similiter etiam dicendum de aduerbio et interiectione, 25 quia aduerbium significat per modum determinantis simpliciter, interiection autem significat per modum determinantis affluentis subiectum, in quo est actus, ideo etc.

Ad actoritatem domini Prisciani est dicendum, quod Priscianus considerans, quod et aduerbium et interiection significant 30 per modum adiacentis seu determinantis actum, non distinxit interiectionem ab aduerbio, sed sub aduerbio reposuit interiectionem.

Ad Donatum dicendum, quod ipse considerans, quod inter-

9 etc.] om. Wo. 24 etiam] autem Wo. 26 autem] om. Br. 28 domini] om. Br.

12 cfr. Prisc. II 16 (Keil II p. 54). 28-29 Græci, non Priscianus. cfr. Prisc. XV 40 (Keil III p. 90). 33 Donati ars grammatica II 17 (Keil IV p. 391).

iectio significat per modum afficientis, et hoc non competit aduerbio, vnde aduerbium est, ideo Donatus distinxit interiectionem ab aduerbio.

De partibus orationis in speciali.

De partibus declinabilibus principalibus.

5

De nomine.

De ordine nominis ad alias partes orationis in generali.

Hiis habitis postmodum proceditur ad dubitandum in speciali circa partes orationis, et primo circa partes declinabiles, secundo circa partes indeclinabiles. Adhuc circa partes declinabiles primo queremus circa partes declinabiles principales, que sunt nomen et verbum, secundo circa partes declinabiles minus principales, que sunt pronomen et participium. Circa partes declinabiles principales sic proceditur, quod primo queremus circa partem principalem, que est nomen, secundo circa verbum.¹⁰ Circa nomen sic proceditur, quod primo queruntur quedam in generali de ordine nominis ad alias partes orationis, secundo queretur circa nomen in speciali. Circa ordinem itaque nominis ad alias partes orationis queruntur duo tantum, quia essentia ordinis exigit prius et posterius. Ideo primo queretur, vtrum²⁰ omnes partes orationis debeant reduci ad vnam partem orationis. Secundo queretur, vtrum nomen sit prima pars orationis.

Circa primum sic proceditur et videtur, quod omnes partes orationis debeant reduci ad vnam partem orationis, quia omnia entia naturalia habent reduci ad vnum ens, ergo omnia²⁵ significantia ad vnum significans. Sed omnia significantia sunt in partibus orationis. Ergo omnes partes orationis contingit reducere ad vnam.

Item in quolibet genere est reperire aliquod primum et minimum sicut in linea punctum, in ponderibus vnciam, in tempore³⁰ instans. Ergo et in genere partium orationis erit aliquod primum et minimum. Sed hoc non est nisi aliqua pars vna orationis, ad quam reduci habent alie, ergo etc.

11 partes declinabiles] *om.* Wo. 14 sic] *om.* Wo. 16 in] *om.* Wo.

45 r1 Oppositum arguitur, quia quorum non est || habitudo causalitatis ad invicem, eorum non est possibilis reductio in se invicem. Sed partes orationis non habent causalitatem supra se ad invicem. Ergo vna non potest reduci ad aliam. Non igitur omnes 5 partes orationis debent reduci ad vnam partem.

Ad hanc questionem, cum queritur, vtrum omnes partes orationis debeant reduci ad vnam partem, dicendum, quod partes orationis reduci ad aliquam vnam partem potest intelligi dupliciter, vel ita, quod partes orationis reducuntur ad vnam 10 partem sicut effectus in causam, vel sicut aliqua minus principalia ad magis principale. Si questio querat primum, vtrum omnes partes orationis habeant reduci ad vnam partem sicut effectus ad causam, dicendum, quod non, quia omnis effectus, qui est a causa aliqua, vel est a natura vel ab arte 15 seu intellectu vel a casu et fortuna. Sed nulla pars orationis se habet ad aliam nec sicut natura nec sicut intellectus nec sicut casus et fortuna. Ergo partes orationis non habent reduci ad aliquam vnam partem sicut effectus ad causam. Quod autem vna pars non causet aliam sicut natura, hoc patet, quia que fiunt a 20 natura, fiunt a forma in materia, et hoc per transmutationem materie. Sed sic non fiunt partes orationis, vt de se patet. Ergo non fiunt a natura, nec a casu et fortuna, nec etiam vna pars respectu aliarum est ipse intellectus, ergo etc.

Si autem questio querat, vtrum partes orationis reducantur 25 ad aliquam vnam partem sicut minus principalia ad magis principale, dicendum, quod sic, quia vbi aliqua ordinantur ad aliquem finem, ibi est dare primum seu principale et minus principalia. Nam finis necessitatem ordinis imponit hiis, que sunt ad finem. Sed omnes partes orationis ordinem habent ad finem vnum, 30 qui est oratio perfecte constructa. Ergo in eis est dare magis principale et minus principale. Illud autem principale est nomen vel verbum. Ergo partes orationis habent reduci ad vnam partem tamquam minus principalia ad aliquod principale.

9 vnam] aliam Wo. 13 effectus ad causam] ad vnum effectum Br. 14-15 ab arte seu] om. Br. 16 se habet] om. Wo. 20-21 fiunt—materie] fiunt per transmutationem in materia Wo. 29 ad finem] om. Br. 30 magis] om. Br. 31 Illud autem principale] om. Wo.

14-15 cfr. Metaphysica VII, 7. 1032a.

Ad rationes in oppositum est dicendum. Cum dicitur primo, omnia entia naturalia reducuntur ad aliquod vnum ens, ergo et omnia significantia ad vnum significans, dicendum ad consequiam per interemptionem, quia entia nature reducuntur ad vnum ens tamquam in ipsorum causam. Sed sic non est de partibus orationis, quia nulla pars orationis causat aliam, 5 ideo etc.

Ad aliud. Cum dicitur, in vnoquoque genere contingit reperire aliquod vnum primum, posset dici, quod vnum dicitur multis modis, vnum continuitate, vnum indiuisibilitate, vnum diffinitione, vnum aggregatione etc. Tunc posset dici, quod in illis,¹⁰ que sunt vnum aggregatione, non oportet omnes reduci ad aliquod vnum primum, sicut est in aceruo lapidum. Sed partes orationis faciunt vnum aggregatione, ideo etc. Vel potest dici, quod in quolibet genere est aliquod primum, verum est in illis, in quibus est ordo essentialis et in quibus vnum habet habitu-¹⁵ dinem esse ad alia. Sed sic non est de partibus orationis nisi pro tanto, quod partes || orationis sunt propter finem, qui est construc-^{45 r II} tio perfecta, et propter hoc, quamquam vna pars orationis non respicit alias sicut causa effectum, vna tamen bene comparatur ad alias sicut magis principale ad minus principalia.²⁰

Ad argumentum in oppositum. Cum dicitur, quorum non est habitudo causalitatis ad invicem, eorum non est possibilis reductio ad invicem, verum est de reductione, qua reducitur effec-
tus in causam. In illis tamen bene est possibilis reductio, qua reducuntur minus principalia ad magis principale.²⁵

Juxta hoc proceditur ad secundum, vtrum scilicet nomen sit prima pars orationis, et videtur quod non, quia quecumque sic se habent sicut species sub genere, vnum non est prius altero. Species enim non habent ordinem ad suum genus secundum prius et posterius, nam equaliter et coequae sunt sub genere.³⁰ Sed partes orationis sunt species sub genere, sunt enim species sub hoc genere, quod est pars orationis. Ergo vna non est prior altera.

6 orationis] om. Wo. 7 genere] om. Wo. 8 vnum] om. Wo. 12 vnum]
om. Wo. in] de Br. 15 in quibus²] om. Br.

8-10 ibid. V, 6.

Item que sic se habent, quod vnum non dependet ab altero et sunt ex opposito distincta, vnum illorum non est prius altero. Sed partes orationis sunt huiusmodi, quia distinguuntur in specie per suos modos significandi tamquam per differentias specificas, et species sub eodem genere quantum ad suas quiditates non habent dependentias ad invicem, quare etc.

Preterea. Pars orationis, que est nomen, non habet nisi tria, scilicet vocem, significatum et modum significandi. Ergo si nomen esset prior pars aliis partibus orationis, aut hoc esset ratione 10 vocis aut ratione rei significate aut ratione modi significandi essentialis. Sed non ratione rei, quia eadem res significatur per nomen et per verbum et per alias partes orationis. Nec ratione vocis, quia eadem est vox in nomine et in aliis partibus orationis ut amor nomen et amor verbum. Nec ratione modi significandi 15 essentialis, quia per hunc distinguitur ex opposito contra alias partes orationis. Ergo nomen nullo modo est pars prior aliis partibus orationis.

Oppositum arguitur, quia sic est ordo in partibus orationis sicut est ordo in modis significandi essentialibus generalibus 20 earum, quia pars orationis est pars per suum modum significandi. Sed modus significandi nominis est prior modis significandi aliarum partium orationis. Ergo etiam nomen erit prima pars orationis. Maior patet. Minor declaratur, quia modus nominis est modus substantie, modi autem aliarum partium orationis 25 sunt modi accidentis seu modi dependentis. Ergo nomen est prima pars orationis.

Item sicut se habet res ad rem, ita modus ad modum. Sed res nominis prior est re verbi, et sic de aliis. Ergo etiam nomen est prior pars aliis. Maior patet per simile. Minor declaratur, quia 30 sicut se habent differentie specificae ad invicem, ita se habent res constructae per illas differentias. Sed ita se habent differentie specificae partium orationis, que sunt modi significandi essentiales generales constituentes partes orationis, quod modus significandi nominis prior || est modis significandi aliarum partium 35 orationis. Ergo et nomen est prima pars orationis.

Ad istam questionem dicendum est: Cum queritur, vtrum vna

16 pars] *om. Br.* 25-26 Ergo—orationis] ideo etc. *Wo.* 27 se habet] *om. Wo.*

pars orationis sit prior aliis, intelligendum est ad hoc, quod partes orationis possunt dupliciter considerari, vno modo, in quantum sunt species distincte ex opposito per suos modos significandi, alio modo possunt considerari per comparationem ad earum finem. Primo modo vna non est prior altera, quia illa,⁵ que sic se habent, quod distinguuntur ex opposito sicut species sub genere, vnum non est prius altero, cum species sint coequae sub genere. Sed partes orationis distinguuntur ex opposito per differentias specificas, que sunt modi significandi. Ergo partes orationis, secundum quod distinguuntur ex opposito¹⁰ per suos modos significandi, non habent ordinem inter se ita, quod vna sit prior alia. Si autem considerantur per comparationem ad suum finem, qui est oratio perfecte constructa, sic vna bene est prior altera, quia quecumque ordinantur ad aliquem finem, ordinem accipiunt a fine, quia finis est ultimum. Vbi autem¹⁵ est ultimum, ibi est primum, quia ultimum et primum correlativa dicuntur. Vnde cum finis sit primum in intentione et ultimum in execuzione, tunc ille partes orationis sunt priores, que primo cadunt in intentione finis, qui est oratio perfecte constructa. Sed partes principales sicut nomen et verbum primo cadunt in²⁰ intentione finis, qui est oratio perfecte constructa, quia sine hiis vel habentibus vim istorum non est oratio perfecte constructa, sine tamen partibus minus principalibus est aliqua oratio perfecta. Ergo partes principales priores sunt partibus minus principalibus.²⁵

Item partium principalium adhuc est illa prima, que primo cadit in intentione finis, qui est perfecta oratio. Illud autem est nomen vel habens vim nominis, quia subiectum est prius predicato. Sed ut frequentius nomen vel habens vim nominis est subiectum in oratione et verbum predicatum. Ergo adhuc nomen³⁰ vel habens vim nominis in intentione finis est prius verbo.

Item adhuc nomen est prius habente vim nominis, quod est pronomen, quia nomen significat per modum substantie seu per modum essentie certe apprehensionis, pronomen autem significat per modum substantie seu essentie incerte apprehensionis.³⁵

12 quod] quia Wo. 15 finis] om. Wo. 32 adhuc] om. Wo. 34 pronomen autem] sed pronomen Wo.

45 v. II Sed essentia certe apprehensionis prior est || essentia indeterminata seu essentia incerte apprehensionis, quia actus prior est potentia simpliciter. Vnus enim est actus, qui deus est, primus omnium entium existens. Et intellige, quod illud, quod dictum est, scilicet quod nomen vel habens vim nominis prius est verbo, hoc est verum via generationis; ordine autem perfectionis verbum est prius nomine vel habente vim nominis, et hoc totum verum est per comparationem ad orationem perfectam, que finis est partium orationis. Nomen igitur est prima pars orationis 10 eo modo, quo dictum est.

Ad argumentum primum. Cum dicitur primo, illa, que sic se habent sicut species sub genere, vnum illorum non est prius altero, hoc est verum absolute vel per comparationem ad suum genus. Per comparationem tamen ad finem aliquod bene est 15 prius altero. Sic autem est de partibus orationis, ideo etc.

Ad aliud. Cum dicitur, quod illa, quorum vnum non dependet ab altero, sed distinguuntur ex opposito, vnum non est prius altero etc., dicendum, quod illud argumentum bene concludit, quod partes orationis, secundum quod distinguuntur per suos 20 modos significandi, non habeant ordinem prioris et posterioris, tamen per comparationem ad finem bene habent ordinem, secundum quod dictum est.

Ad tertium. Cum dicitur, nomen non habet nisi tria, scilicet vocem, significatum et modum significandi, concedatur. Et cum 25 assumitur, quod si nomen est prior pars aliis partibus orationis, aut hoc esset ratione vocis aut ratione sui significati aut ratione sui modi significandi, verum est, vel ratione finis, ad quem ista habent ordinem. Et ad minorem. Cum dicitur, quod nomen non est prior aliis partibus orationis ratione vocis nec ratione significandi 30 nec ratione sui modi significandi, dicere posset aliquis per interemptionem, quia nomen significat per modum essentie, modus autem essentie est prima proprietas rei, ideo etc., vel dicendum, quod quamuis nomen non sit prius verbo ratione vocis nec ratione significati nec ratione sui modi significandi 35 absolute loquendo, tamen in quantum ista ordinantur ad finem, nomen bene est prima pars orationis.

1-2 essentia—apprehensionis] essentiam indeterminata seu essentia Wo. 29
orationis] om. Wo. 33 quamuis] quamquam Br.

Ad argumentum in oppositum. Cum dicitur, quod sic est ordo in partibus orationis sicut est ordo in modis significandi partium orationis, concedatur. Et cum dicitur, quod modus significandi nominis est prior modis significandi aliarum partium, posset dici ad hoc per interemptionem, || quia vnum modus significandi vnius ^{46 r1} partis non dependet a modo significandi alterius partis.

Et ad probationem. Cum dicitur, quod nomen significat per modum substantie, alie autem partes per modum accidentis seu per modum dependentis, dicendum ad hoc per interemptionem. Sed de hoc patebit inferius. ¹⁰

Ad aliud. Cum dicitur, sicut res ad rem ita modus ad modum, dicendum, quod illa propositio falsa et in essendo et in causando. In essendo est falsa, quia res non est sine sua propria passione et sine ipsa intelligitur. Etiam est falsa in causando, quia res causat rem, sed modus non causat modum, sed vt intellectus, ¹⁵ vt dictum est superius, ideo etc.

De natura nominis in speciali.

De significato nominis.

Postmodum circa naturam nominis dubitatur in speciali, et quia ad essentiam specialis partis exiguntur specialia principia, puta speciale significatum, vox significans et modus significandi, ideo cum satis sufficienter de voce dictum sit, ad presens voce pretermissa queratur de reliquis duobus, scilicet de significato nominis et de modo significandi nominis, et sic proceditur, quod primo queretur circa significatum nominis, secundo circa modos eius significandi. Circa significatum nominis queruntur duo tantum, primum est, vtrum nomen significat substantiam, secundum est, vtrum nomen significet qualitatem.

Circa primum sic proceditur et videtur, quod significatum nominis, quod habet presupponi omnibus suis modis significandi, non sit substantia, quia omnis substantia vel est prima vel secunda. Sed significatum nominis, quod habet presupponi

⁵ ad hoc] *om. Wo.* ⁹ ad hoc] *om. Wo.*

¹⁹ Postmodum] proceditur *add. Br.* dubitatur] *ad dubitandum Br.*

²¹ puta] *putas Wo.*

31-32 cfr. Boethius in categorias Arist. I (PL 64 p. 181), Categiae 5, 2a.

omnibus suis modis significandi, non est prima substantia nec secunda. Non enim est prima substantia, quia substantia secunda bene significatur per nomen. Nec etiam est secunda, quia prima substantia bene significatur per nomen. Nec etiam est vel hec vel illa, quia accidens bene aliquando significatur per nomen, quod nec est prima substantia nec secunda. Ergo nomen vnde huiusmodi non significat substantiam.

Item dolor, doleo et dolenter vnam et eandem rem significant sub diuersis modis significandi, vt sub modo nominali, verbali et aduerbiali. Ex hoc arguitur: Quod non requirit verbum pro suo significato, illud non requirit nomen pro significato. Sed verbum pro suo significato non requirit substantiam, vt patet ex dictis. Ergo etiam nomen pro suo significato non requirit substantiam.

15 Preterea. Quicquid potest a mente concipi, hoc potest per nomen significari, quod patet, si vis experiri. Sed non omne, quod potest a mente concipi, est substantia. Ergo nomen vnde nomen non significat substantiam.

Item omne illud potest esse significatum nominis, cui non repugnat modus significandi nominis, per quem nomen est nomen. Sed illud bene est qualitas, vt dicendo albedo vel nigredo, 46 r II vel est quantitas || vel quocumque aliud accidens vel priuatio quecumque. Ergo nomen vnde nomen non significat substantiam.

Oppositum patet per Priscianum et Donatum et per alios auctores gramaticae.

Item nomen significat per modum habitus seu per modum permanentie. Sed modus permanentie est modus substantie per se et proprie. Quicquid autem habet modum substantie, vel est substantia vel per naturam substantie permanet, quia substantia per se permanet et omnia alia per ipsam permanent. Ergo nomen significat substantiam. Et confirmatur, quod dictum est, quia cum aliquid contingit duobus, vni per se, alteri autem per naturam ipsius seu per attributionem ad ipsum, proprie loquendo est eius, cui primo et per se contingit. Sed modus essendi per

2 substantia^{1]} om. Br. 4 bene] om. Br. 8 et] om. Wo. 9-10 verbali et aduerbali] aduerbali, verbali Wo.

24 Prisc. II 18 (Keil II p. 55); Donati ars grammatica II 2 (Keil IV p. 373).

modum permanentie primo et proprie est substantie, aliorum autem entium non est nisi secundum quod attribuuntur ipsi substantie. Ideo modus significandi per modum habitus seu per modum permanentie modus substantie est. Nomen igitur significat substantiam. 5

Ad hanc questionem dicendum est, quod nomen vnde nomen pro suo significato, quod presupponitur omnibus suis modis significandi, non requirit substantiam, nomini tamen non re-pugnat significare substantiam.

Primum sic patet, quia illud, quod sufficit parti ad faciendum vocem significativam, hoc sufficit parti pro suo significato. Sed quicumque mentis conceptus sufficit ad faciendum vocem nominalem significatiuam, vt patet volenti experiri penes se. Conceptus enim substantialis bene facit vocem significatiuam, et accidens, et priuatio horum vt non ens, non homo, iniustum etc. 15
Ergo nomen vnde nomen non significat substantiam.

Item tu non potes accipere substantiam nisi pro substantia accepta realiter vel pro substantia accepta modaliter, scilicet accipiendo substantiam pro modo significandi. Sed nomen vnde nomen nec significat substantiam realiter nec substantiam acceptam modaliter. Ergo nomen non significat substantiam. Maior patet. Minor declaratur. Nam nomen vnde huiusmodi non significat substantiam realem, quia potest significare accidens et priuationem substantie et priuationem accidentis, nec significat substantiam, que est modus significandi, tum quia et significatum non est modus significandi, tum etiam quia significatum nominis vniuersaliter non est modus substantie sed quicumque conceptus mentis, cui contingit modus significandi nominis. Sic autem acceptus se extendit ad omnem essentiam, que aliquod esse habet vel reale vel intellectum vel sensatum, et propter hoc significatum nominis vnde nominis non est substantia nisi accipiendo substantiam pro essentia quacumque, quia sic accipiendo substantiam pro essentia concedendum est, quod nomen || significat substantiam, id est essentiam, et essentia 46 v1 huiusmodi, que generaliter significatum nominis est, in nullo generere est. Nomen igitur pro suo significato proprie loquendo non exigit substantiam, et sic patet primum.

²⁹ extendit] intendit Wo. ³⁴ essentia] essentiam Wo.

Secundum etiam patet, quod nomini non repugnat significare substantiam, quia cui non repugnat modus significandi nominis specificus, ei non repugnat esse significatum nominis. Sed substantie non repugnat modus specificus nominis, vt de se 5 patet. Ergo etiam nomini non repugnat habere substantiam pro significato. Vnde per nomen significamus substantiam tam primam quam secundam. Rationes, que probant, quod nomen vnde nomen non significat substantiam, concedende sunt.

Ad rationes in oppositum. Cum dicitur primo, quod Priscianus et Donatus dicunt, quod nomen significat substantiam, dicendum, quod ipsi intellexerunt, quod nomen significat substantiam, id est essentiam, que se extendit ad omne, quod aliquod esse habet vel reale vel cognitum. Vnde intellige, quod significatum nominis non potest esse aliquid vniuocum. Nam 10 deo, homini, albedini, chimere et nichilo nichil est commune vniuocum, sed ens seu essentia dicta est de ipsis vel equiuoce vel saltem analogice. Nomen enim essentie primo debetur substantiis, postmodum accidentibus et deinde priuationibus et ceteris talibus. Et considerandum est, quod quamquam accidentia attri- 15 buuntur substantie, tamen significans accidens vnde huiusmodi non significat substantiam. Albedo enim quamquam esse habeat per substantiam, tamen id, quod significat albedinem in quantum huiusmodi, non significat substantiam. Sic etiam priuatio vt cecitas, quamquam esse habeat per substantiam, tamen 20 significatum cecitatis non est substantia, ideo etc.

Ad aliud. Cum dicitur, quod nomen significat per modum habitus seu per modum permanentie, concedatur. Et cum dicitur, quod modus permanentie est modus substantie, dicendum ad hoc per interemptionem, quia modus permanentie potest com- 25 petere cuicunque, quod aliquod esse habet vel in se vel in alio. Et cum dicitur, quod substantie debetur modus permanentie per se, verum est primo, et accidentibus ex consequenti, et propter hoc bene concludis, quod significatum nominis primum in ordine rerum est substantia, vniuersaliter autem significatum no-

28-29 ad hoc] *om. Br.*

9-10 Prisc. II 18 (Keil II p. 55); Donati ars grammatica II 2 (Keil IV p. 373).

minis non est substantia, sed quecumque essentia vel per se vel per accidens, vel essentia, que esse habet extra intellectum vel apud intellectum etc.

Et ad illud, quod confirmas. Cum dicitur, illud, quod contingit aliquibus duobus ita, quod vni per se et primo, alteri autem per attributionem ad ipsum, proprie loquendo est eius, cui primo et per se contingit, verum est, quod ordine rei primo contingit ei, cui primo et per se contingit, sed ordine significationis non oportet hoc, quia nomina imponimus primo nobis notis. Accidentia autem prius fiunt nobis nota quam substantie, et propter hoc accidentibus aliquando primo nomina attribuimus seu imponimus, ordine autem reali est econuerso, ideo etc.

Juxta hoc proceditur ad secundum, vtrum scilicet nomen significet qualitatem, et videtur quod sic, quia modus significandi sibi rem significatam appropriat, quia non quilibet modus significandi est cuiuslibet rei, sed determinatus rei determinate. Sed nomen significat per modum qualitatis, ergo etiam nomen significat qualitatem.

Item illud est signum nominis vel pars significati nominis, sine quo significatum nominis non est intelligibile. Oportet enim significatum partis esse intelligibile, quia si non est intelligibile, non est significabile. Sed sine qualitate significatum nominis non est intelligibile, quia vnumquodque est || intelligibile per **46 v II** hoc, quod est habens formam et qualitatem. In actu qualitatis enim et forme est distinguere. Actus enim diuidit, vt scribitur **25** septimo methaphysice. Ergo nomen significat qualitatem.

Preterea idem arguitur actoritate Donati, Prisciani et aliorum, qui dicunt, quod nomen significat substantiam cum qualitate.

Oppositum arguitur, quia tu non potes accipere qualitatem nisi vel pro forma substantiali vel pro qualitate proprie dicta, que est de predicamento qualitatis, vel pro quacumque alia forma

11 attribuimus] tribuimus *Wo.*

17 etiam nomen] *om. Wo.* **27** actoritate] auctoribus *Br.* aliorum] actorum gramaticae *add. Br.*

26 Metaphysica VII, 13. 1039a. **27** Prisc. II 18 (Keil II p. 55); Donati ars grammatica II 2 (Keil IV p. 373).

accidental. Sed nomen non significat qualitatem, que est forma substantialis, vnde nomen est, quia tunc non posset significare formas accidentales, quod falsum est, nec significat formas accidentales tantum, quia potest significare substantiam, nec etiam significat per indifferentiam formam substantialem et accidentalem, quia significatum nominis potest esse priuatio omnium entium, vt est hoc, quod est nichil. Ergo nomen vnde nomen non significat qualitatem. — Item illud non est significatum nominis, quod non est gramatice considerationis. Illud enim, quod non est gramatice considerationis, non potest esse significatum alicuius partis per se, quia sicut partes orationis ad grammaticum per se pertinent, ita etiam per se significata partium ad grammaticum per se pertinent. Sed qualitas non est gramatice considerationis. Ergo nomen vnde nomen non significat qualitatem.

Ad istam questionem dicendum est, quod nomen vnde nomen pro significato suo non exigit qualitatem substantialiem nec qualitatem, que predicamentum est, nec qualitatem, que est modus qualitatis. Dico tamen secundo, quod in significato suo requirit qualitatem, que nichil aliud est quam formale seu determinatum principium intelligendi significatum nominis vel in genere habituum vel in genere priuationum.

Primum sic patet, quia significatum nominis est illud, quod sufficit ad faciendum vocem nominis significativam et quod potest significari sub modo significandi nominis, secundum quod nominis est. Sed tale non oportet esse qualitatem, que est forma substantialis nec forma accidentalis, nec qualitatem, que est modus qualitatis. Non enim oportet hoc esse qualitatem substantialiem, quia significatum nominis potest esse accidens. Nec oportet, quod nomen significet formam accidentalem, quia potest significare substantiam. Nec etiam nomen significat qualitatem, que est modus significandi, quia modus significandi non est significatum, vt dictum est prius. Item significatum nominis potest esse priuatio omnium, que dicta sunt, sicut est hoc, quod est nichil. Ergo non oportet, quod significatum nominis sit qualitatis substantialis nec accidentalis, nec qualitatis, que est modus significandi, et sic patet primum.

5 et] vel Br. 12-14 partium—qualitatem] om. Br. 19 que] quod Wo.
21 in²] de Br. 22 significatum] sic Wo. 34 quod] om. Wo.

Secundum sic patet, scilicet quod nomen significet qualitatem, que est indifferenter quocumque determinatum principium intelligendi rem vel in genere priuationum vel in genere habituum, quia nomen significat per modum qualitatis seu per modum determinate apprehensionis, quod patet per inductionem. Quicquid enim per nomen significatur, determinate apprehensionis est vel in genere priuationum vel in genere habituum. Sed illud, quod determinate apprehenditur vel in genere priuationum vel in genere habituum, aliquod habet formale seu determinatum principium intelligendi vel in genere priuationum vel in genere habituum, quod vocamus qualitatem. Ergo nomen unde nomen significat qualitatem, que est determinatum principium intelligendi significatum nominis vel in genere habituum vel in genere priuationum. || Vnde hoc quilibet in se experiri potest, ^{47.11} quod quicquid significatur per nomen, aliquid est determinatum vel in genere habituum vel in genere priuationum, et hoc vel vniuersaliter vel particulariter; et ut patet ex dictis, rationes procedunt suis viis.

Ad primum. Cum dicitur, modus significandi sibi appropriat rem significatam, verum est aliquo modo appropriationis. Ad minorem. Cum dicitur, quod nomen significat per modum qualitatis, verum est intelligendo per modum qualitatis modum determinate apprehensionis, et ideo bene concluditur, quod nomen significat qualitatem, id est aliquid determinate apprehensum, et hoc est concedendum. ²⁵

Ad aliud. Cum dicitur, illud est significatum nominis, sine quo significatum nominis non est intelligibile, concedatur. Et ad minorem. Cum dicitur, quod sine qualitate non est significatum nominis intelligibile, si intelligatur, quod sine qualitate, que est forma substantialis vel accidentalis, que in predicamento est, dicendum per interemptionem; si autem intelligatur, quod sine qualitate, scilicet sine determinato principio intelligendi significatum nominis non est intelligibile, concedendum est.

Ad aliud. Cum dicitur, quod Donatus et Priscianus dicunt nomen significare substantiam cum qualitate, dicendum, quod ipsi intellexerunt per qualitatem modum qualitatis, vel potest dici,

11 quod vocamus qualitatem] *om.* Wo.

quod per qualitatem intellexerunt alteram partem significati nominis, non tamen per qualitatem intelligendo rem, que est qualitas, sed determinatum principium intelligendi illud, quod significatur per nomen.

5 Ad argumenta in oppositum est dicendum. Cum dicitur primo, quod non possumus accipere qualitatem nisi vel pro forma substantiali vel pro qualitate proprie dicta vel pro quacumque forma accidentalis, dicendum, quod cum dicimus, quod nomen significat qualitatem, intelligimus per qualitatem non formam substantialiem tantum nec formam accidentalem tantum, sed determinatum principium intelligendi, ut dictum est. Et cum dicitur, quod significatum nominis potest esse priuatio omnium entium et sic non est aliquid formaliter intellectum, dicendum, quod hoc, quod est nichilum, est aliquid determinate intellectum 15 et formaliter significatum et distinctum sicut aliquid de genere priuationum contra alia.

Ad aliud. Cum dicitur, quod illud non est significatum partis seu dictionis, quod non est gramatice considerationis, potest dici ad illam maiorem per interemptionem, quia sicut patet ex supra- 20 dictis, grammatici non est magis imponere vocem ad significandum quam aliorum artificum, sed omnium indifferenter in suis terminis; vel dicatur ad minorem, cum dicitur, quod qualitas non est gramatice considerationis, dicendum, quod hic equiuocatur qualitas, quia qualitas non accipitur hic nisi pro quocumque principio intelligendi et non pro qualitate, que est res aliqua, quia accidit, quod significatum nominis sit res aliqua. ||

De modis significandi nominis.

De modo substantie seu habitus nominis.

47 r II **H**iis habitis tunc proceditur ad dubitandum circa modos significandi nominis, et primo queritur circa modum significandi essentialem generalem nominis, secundo circa modos significandi accidentales eius. Adhuc circa modum essentialem generalem nominis primo queritur absolute, secundo in comparatione ad modos accidentales. Circa modum significandi essentialem generalem nominis absolute adhuc queruntur duo. Primum

23 hic] om. Br.

est, vtrum nomen significet per modum substantie seu per modum habitus. Secundum est, vtrum nomen significat per modum qualitatis. Adhuc circa modum substantie seu modum habitus queruntur quatuor. Primum est, vtrum nomen significet per modum substantie seu per modum habitus. Secundo, vtrum modus substantie seu modus habitus sit modus specificus nominis. Tertio, vtrum modus substantie seu modus habitus vniuoce vel equiuoce contingat nomini et pronomini. Quarto, vtrum nomen manens in specie nominis possit priuari modo substantie seu modo habitus.

10

Circa primum sic proceditur et videtur, quod nomen non significat per modum substantie seu per modum habitus, quia quod significat per modum qualitatis, non significat per modum substantie. Sed nomen significat per modum qualitatis. Ergo non significat per modum substantie. Maior patet, quia res, que est qualitas, non est substantia. Minor patet de se, ergo etc.

Item modi significandi distinguuntur sicut et res et appropriant sibi res. Ergo modus substantie, si est nominis, appropriabit sibi rem, sed non nisi rem, que substantia est. Quod igitur non significat substantiam, non significat per modum substantie. Sed nomen vnde nomen non significat substantiam, quia potest significare accidentis et priuationes etc. Ergo nomen non significat per modum substantie.

Preterea. Si nomen significaret rem suam per modum substantie seu per modum habitus, tunc illud, cui repugnat modus substantie seu modus habitus, non posset esse significatum nominis. Sed consequens falsum est, ergo et ancedens. Quod autem consequens sit falsum, patet, quia hoc, quod est tempus et motus et vniuersaliter illa, quorum esse est in successione, bene significantur nominaliter, et tamen eis repugnat modus substantie seu modus habitus. Consequentia patet, quia modus significandi non debet repugnare rei significate. Nomen ergo non significat per modum habitus seu per modum substantie.

Item quandocumque partes due orationis distinguuntur ex opposito in specie, modus significandi essentialis vnius non invenitur in alia. Sed pronomen distinguitur in specie contra

36 pronomen] nomen *Br.*

nomen, et pronomen significat per modum substantie seu per modum habitus, quia circumscripto modo substantie seu modo habitus a pronomine pronomen ipsum non manet amplius in specie sua. || Ergo nomen non significat per modum habitus seu per modum substantie.

Oppositum arguitur, quia omne, quod significat per modum permanentie, significat per modum substantie seu per modum habitus, quia modus permanentie modus essendi substantie est. Sed nomen significat per modum permanentie, quia per hoc distinguitur contra verbum, quod significat per modum fieri. Ergo nomen significat per modum substantie seu per modum habitus.

Item omnis pars declinabilis aut significat per modum substantie seu per modum habitus aut per modum fieri, vt patet intuenti. Sed nomen non significat per modum fieri. Ergo nomen significat per modum substantie seu per modum habitus.

Ad istam questionem dicendum est, quod nomen vnde nomen non significat per modum substantie accipiendo proprie modum substantie, sed dicendum, quod nomen significat per modum essentie.

Primum sic patet, quia modus significandi per modum substantie est acceptus a modo essendi ipsius substantie. Sed modus essendi substantie non est nisi quadruplex. Vel enim substantia dicitur substantia a substando, vt materia respectu forme et substantia composita respectu accidentium dicuntur substantie.

Vel substantia dicitur a per se essendo, vt substantia, que est actus vel actum habens, dicitur substantia, sicut intelligentia et homo dicuntur substantie. Tertio modo dicitur substantia pro non esse in alio, vt materia et compositum et vniuersaliter omnes termini significati in abstractione dicuntur termini substantiales, quia significantur non secundum quod insunt alteri. Quarto modo dicitur substantia ex eo, quod dat esse substantiale primo vt forma substantialis. Sed nomen vnde nomen non significat per modum substantie, qui est modus substandi alteri; sed non omne nomen substat alteri, quia nec nomen adiectuum est substantium. Nec etiam nomen vnde nomen significat per mo-

¹ nomen] pronomen Br. 35 nec] om. Br. adiectuum] non add. Br. 36 nomen²] om. W.o.

dum substantie, qui modus substantie est per se esse, quia nomina adiectua significant ens per accidens seu ens in alio. Item nomen vnde nomen non significat per modum substantie, qui est modus non essendi in alio, quia etiam multa nomina significant essentiam in alio. Nec etiam nomen vnde nomen significat ⁵ per modum substantie, que dat esse primo, quia accidentia significata per nomen non dant esse primo. Item etiam non potes dicere, quod nomen significat per modum communem abstractam ab istis, tum quia iste modus communis non est nisi modus essentie, tum etiam quia nomina adiectua nullum illo-¹⁰ rum modorum habent. Ergo nomen vnde nomen non significat per modum substantie accipiendo proprie modum substantie.

Est tamen intelligendum, quod modo dictum est, quod nomen significat per || modum substantie, quia modus significandi, qui ^{47 v. II} nominis est, prius debetur substantie quam aliis, quia quando ¹⁵ aliqua proprietas aliquibus diuersis debetur ita, quod vni illo-^{rum} primo et per se, aliis autem per attributionem ad aliud, tunc illa proprietas maxime est dicenda eius, cui primo et per se inest. Si ergo modus significandi nominis debetur et substantie et accidentibus, manifestum est, quod primo debetur substantie et aliis per attributionem ad substantiam, et propter hoc talis modus dicitur modus substantie. Et quia modus substantie, modus habitus, modus vt in facto esse et modus permanentie sunt idem, hinc est, quod dicitur, quod nomen significat per modum substantie; ideo etiam significat per modum habitus, ²⁵ per modum facti esse et per modum permanentis. Et considerandum, quod quamquam quantitates, qualitates etc. modum permanentie habeant, hoc tamen non est nisi per substantiam, quia quicquid permanet, aut est substantia aut non permanet nisi per naturam substantie. Nam accidentia permanentiam ha-³⁰ bent per substantiam generabilem, in qua sunt. Et substantie generabiles permanentiam non habent nisi per substantias ingenitas, et substantie ingenite permanentiam non habent nisi per substantiam primam, eternam, per se existentem, quia aliam causam nullam habet. Omne enim ens entitatem habet per causam ³⁵

¹ per] om. Br. ⁵ essentiam] om. Wo. ⁶ que] quia Wo. ¹⁰ modus essentie] per modum substantie Br. ¹¹ modorum] om. Br. ¹³ modo] vt Br. ¹⁹ et] om. Wo. ²⁰ accidentibus] accidenti Wo. ²⁶ considerandum] considerando Br.

primam, vt dicit commentator secundo methaphysice et actor libri de causis.

Secundum sic patet, quia nomen significat per modum essentie, quia ille est modus significandi essentialis generalis nominis,
⁵ qui contingit omni nomini et quo ablato aufertur nomen. Sed iste est modus essentie, qui se extendit ad omnem modum essentie, tam essentie secundum rem quam essentie secundum accidentem. Hic enim competit omni nomini, et ablato isto aufertur nomen, vt patet insipienti. Ergo nomen significat per modum
¹⁰ essentie, et patet, quod iste modus significandi accipitur a modo essentie in re, quia quicquid est ens, modum essendi siue essentie habet, quo distinguitur a quacumque accidentalis proprietate, siue accipiatur essentia rei per se siue rei per accidentem. Vnde sicut essentia se extendit ad omne ens, ita etiam modus essentie
¹⁵ ad omnem specialem modum essentie, ideo etc.

Et nota, quod quia essentia se extendit ad essentiam determinatam per formam seu per aliquod formale principium intelligendi, et essentia etiam se extendit ad essentiam non informatam seu non determinatam per formam seu per aliquod formale principium, ideo et sic significatur, sed primo modo per nomen, secundo autem modo per pronomen. Propter quod etiam dicitur, quod nomen significat per modum substantie, id est per modum essentie qualificate, pronomen autem significat per modum substantie, id est per modum essentie mere, id est non qualificate.

²⁵ Ad rationes in oppositum est dicendum. Cum dicitur primo, ||
^{48 r 1} quod illud, quod significat per modum qualitatis, non significat per modum substantie, dicendum, quod hec propositio est falsa, siue accipiatur modus substantie proprie siue modus substantie pro modo essentie, quia hic accipitur modus qualitatis pro modo
³⁰ certe apprehensionis seu pro modo informati. Sed constat, quod essentia vel substantia bene secum compatitur formale siue determinatum principium intelligendi, ideo etc.

Ad aliud. Cum dicitur, quod modus appropriatur rei, concedatur. Et cum dicitur, ergo modus substantie appropriatur sub-

14 etiam] om. Wo. 26 quod illud] om. Wo.

1 Averroes, metaphysica II, com. 4. 1-2 Liber de causis § 17 (Bardenhewer p. 179, 19; Steele p. 174, 24).

stantie, concedatur intelligendo modum substantie proprie dicte. Sed argumentum falsum supponit, quia supponit, quod modus significandi nominis vnde nomen est modus substantie proprie dicte. Sed non est ita, quia modus significandi nominis, vnde nomen est, est modus essentie, et propter hoc etiam iste modus ⁵ appropiat sibi essentiam quamcumque, vt prius dictum est.

Ad aliud. Cum dicitur, si nomen significaret per modum substantie seu per modum habitus, tunc illud, cui repugnat modus habitus, non posset significari nominaliter, concedatur hec consequentia. Et cum dicitur, quod consequens est falsum, dicendum, ¹⁰ quod consequens est verum.

Et ad probationem. Cum dicitur, quod tempus et motus et vniuersaliter illa, quorum esse est in successione, significantur nominaliter, verum est. Et tu dicas, quod eis repugnat modus substantie seu modus habitus; dicendum est, quod accipiendo ¹⁵ modum substantie seu modum habitus pro modo essentie motui et temporis non repugnat modus essentie seu modus habitus, quia licet motus et tempus habeant successionem partium, ita quod habent modum essendi per modum fieri, et secundum hoc debetur eis modus intelligendi et ex consequenti modus significandi per modum fieri, tamen quia partes id, quod sunt, indifferentes sunt secundum essentiam, ideo habent vnitatem et simultatem essentie, secundum quam proprietatem per modum essentie possunt designari. Nam quelibet res significari potest sub proprietate, secundum quam essentiam habet circumscriptionis ²⁵ omnibus aliis, ideo etc.

Ad aliud. Cum dicitur, quod due partes distincte ex opposito in specie non possunt habere aliquem modum essentialium communem, posset dici ad hoc per interemptionem, quia videmus, quod res extra intellectum bene habent aliquid commune etiam ³⁰ vniuoce, nam aliquid commune est homini et equo, qui differunt specie. Ergo et eodem modo in rebus rationis, que sunt partes orationis. Vel dicendum, quod modus significandi essentialis specificus vnius partis orationis non potest esse in alia parte

⁵ essentie] substantie Wo. ⁸ tunc] om. Br. ⁹ significari] significare Wo. hec] et Wo. ²¹ per modum fieri] modus significandi Br. ²⁹ ad hoc] om. Wo.

orationis, quia modus essentialis specificus constituit partem in specie sua. Modus tamen significandi essentialis generalis non specificus, qui est in vna parte orationis, potest esse in alia. Vnde licet pronomen significet rem suam per modum essentie, quia 5 tamen non est modus specificus respectu nominis, ideo nichil prohibet hunc esse in nomine.

Ad argumentum in oppositum. Cum dicitur primo, omne, quod significat per modum permanentie, significat per modum substantie, dicendum, quod modus permanentie est duplex, quia 10 quidam est modus permanentie in se, et hic debetur habentibus modum substantie, aliis est modus permanentie in alio, et hic 48 r. n. debetur accidentibus. Ex hoc ad maiorem || dicendum, quod omne, quod significat per modum permanentie in se, significat per modum substantie. Sed id, quod significat per modum permanentie in alio, non oportet, quod illud significet per modum substantie. Et ad minorem. Cum dicitur, quod nomen significat per modum permanentie, verum est, vel in se vel in alio, quia nomen non significat per modum permanentie in se tantum, nec per modum permanentie in alio tantum, sed indifferenter per modum 20 permanentie in se vel in alio, et quia istis communis est modus essentie, ideo nomen significat per modum essentie.

Ad aliud. Cum dicitur, quod omnis pars declinabilis aut significat per modum fieri aut per modum substantie, istud potest negari, quia accidentia multa, significata per nomen, non significant per modum fieri nec per modum substantie proprie dicte, vt dictum est. Propter quod possumus dicere, quod omnis pars declinabilis vel significat per modum essentie vel per modum esse, quod per inductionem patet in omnibus contentis sub partibus declinabilibus. Que autem sit necessitas huius, patebit in consequentibus.

Juxta hoc proceditur ad secundum, vtrum scilicet modus substantie seu modus habitus seu modus essentie, qui pro eodem accipiuntur ad presens, sit modus specificus nominis, et arguitur,

5 modus] *om. Wo.* 5-6 ideo—nomine] *tunc enim nihil hunc prohibet esse in homine Br.* 7 argumentum] *argumenta Br.* primo] *om. Wo.* 12 dicendum] *om. Wo.* 29 huius] *vsus Wo.*

32 qui] que *Wo Br.*

quod non, quia modus specificus est proprius partis, cuius est, nam differentia specifica propria est speciei, cuius est. Sed modus habitus seu modus essentie non est proprius nominis eo, quod invenitur in pronomine. Ergo modus essentie non est modus specificus nominis.

5

Item ille partes orationis, que habent vnum modum significandi specificum, sunt vna pars orationis. Sed modus habitus seu modus essentie est modus specificus pronominis. Ergo si modus essentie seu modus habitus esset modus specificus nominis, tunc nomen et pronomen essent vna pars orationis, et nomen esset 10 pronomen et econuerso, quod cum falsum sit, videtur, quod modus habitus seu modus essentie non sit modus specificus nominis.

Oppositum arguitur, quia omnis modus significandi partis aut est modus specificus aut accidentalis. Sed modus habitus seu 15 modus essentie non est modus accidentalis nominis, quia omne nomen vnde nomen significat per modum habitus seu per modum essentie. Ergo modus essentie seu modus habitus est modus specificus nominis.

Item ille modus significandi est specificus in parte, qui est 20 essentialis parti. Sed modus habitus seu modus essentie est essentialis nomini, quia ablato modo significandi || per modum 48 v. 1 habitus seu per modum essentie a nomine non amplius remanebit nomen, quare etc.

Ad istam questionem dicendum est, quod modus significandi 25 per modum habitus seu per modum essentie non est modus specificus nominis. Cuius ratio est, quia modus specificus partis est ille, quo habito habetur pars et quo ablato causaliter et formaliter aufertur pars secundum suam speciem. Hoc enim significat modus specificus, id est faciens speciem. Sed habito modo habitus 30 seu modo essentie non habetur nomen, nam pronomen bene habet modum habitus, et tamen pronomen non est nomen. Ergo modus essentie seu modus habitus non est modus specificus nominis. Si enim modus habitus esset modus specificus nominis, tunc habito nomine haberetur pronomen vel econuerso, quod falsum 35

1 partis] parti Br. 3 nominis] nomini Br. 23 amplius] om. Wo. 31 nam pronomen] om. Br. 35 vel econuerso] om. Br.

est, quia nomen et pronomen formaliter distinguuntur. Propter quod est intelligendum, quod cum modus habitus seu modus essentie non sit modus specificus nominis, oportet dare aliquem modum specificum, per quem distinguatur nomen a pronomine,
5 et iste communi nomine modus qualitatis nuncupatur.

Secundo est intelligendum, quod cum omne nomen significet per modum habitus, vnde nomen est, et cum etiam modus habitus non sit modus specificus nominis, quamquam sit nomini essentialis, ideo sequitur, quod in ordine modorum significandi 10 invenitur ordo seu gradus ita, quod aliquis est modus significandi essentialis generalis, aliquis autem est modus significandi essentialis specialis, aliquis vero est modus significandi accidentalis. Vnde cum modus habitus seu modus essentie non sit accidentalis, quia est de essentia cuiuslibet nominis, nec est modus 15 specificus, vt ostensum est, sequitur, quod est modus essentialis generalis habens se materialiter ad modum significandi, quo distinguitur nomen a pronomine formaliter.

Tertio est intelligendum, quod modus habitus seu modus essentie et modus fieri seu modus esse immediate opponuntur, et 20 ideo nulla res potest esse nec significari simul sub istis, nisi hoc sit equiuoce vt amor nomen et amor verbum. Vnde propter ipsorum oppositionem immediate diuidunt partes declinabiles ita, quod nomen et pronomen significant rem suam per modum habitus seu per modum essentie, verbum autem et participium 25 significant per modum fieri siue per modum esse. Et quia pronomen significant per modum habitus seu per modum essentie, manifestum est, quod iste modus significandi non est modus specificus nominis. — Propter hoc ad rationem in oppositum est dicendum. Cum dicitur primo, omnis modus significandi partis 30 aut est modus specificus aut modus accidentalis, dicendum, quod ibi est diuisio insufficiens. Nam aliquis est modus significandi, qui est essentialis generalis, qui non est modus specificus nec modus accidentalis, vt dictum est.

Ad aliud. Cum dicitur, iste modus significandi est modus specificus partis, qui est essentialis parti, dicendum ad hoc per in-

9 essentialis] essentiale Wo. 28 Propter hoc] om. Wo. 29 partis] om. Wo.
32 modus] om. Wo. 33 modus] om. Wo. 35 ad hoc] om. Wo.

teremptionem. Videmus enim, quod realiter loquendo non quodcumque essentiale est specificum, nam materia est de essentia compositi, et tamen materia non est specifica, id est faciens speciem. Item nec quodcumque formale principium est specificum, quia corporeum, animatum et sensibile sunt differentie ||⁵ essentiales et formales respectu hominis, nulla tamen earum est **48vii** differentia specifica hominis, ideo etc.

Tunc proceditur ad tertium, vtrum scilicet modus significandi per modum habitus seu per modum essentie continget nomini et pronomini equiuoce vel vniuoce tamquam aliquod ¹⁰ commune ad ea, et videtur, quod equiuoce, quia nichil est commune vniuocum et essentiale aliquibus distinctis secundum speciem. Sed nomen et pronomen differunt secundum speciem. Ergo modus significandi per modum habitus seu per modum essentie non est aliquod commune vniuocum nomini et pronomini. ¹⁵ Maior patet, quia illa, que differunt secundum speciem, per principia speciei differunt, et principia diuersarum specierum non sunt communia nec vniuoca in diuersis speciebus. Ergo que differunt specie, nichil habent commune vniuocum. Minor per se patet, ideo etc. ²⁰

Item commune vnde tale precedit illa, quibus est commune. Si ergo modus habitus seu modus essentie communis sit nomini et pronomini, ergo modus essentie seu modus habitus precedit nomen et pronomen. Quare est possibile, quod res aliqua significetur sub ipso, sed non per aliquam octo partium orationis. Ergo ²⁵ dabitur nona pars, per quam hoc fiat. Sed hoc est inconueniens, ergo et primum, scilicet quod modus essentie seu modus habitus sit communis et vniuocus ad nomen et pronomen. Equiuoce ergo se habebit ad ea.

Oppositum arguitur, quia illud est vniuocum ad aliqua, quod ³⁰ secundum se est vnius rationis ad ea et contrahitur ad ea per rationes speciales et formales. Sed modus habitus est vnius rationis ad nomen et pronomen, et descendendo in nomen contrahitur per modum determinate apprehensionis, et descendendo in

12 aliquibus] alicuius *Wo.* **21** quibus] quorum *Wo.* **28** Equiuoce]
Vniuoce *Br.* **31** ea per] earum *Wo.*

pronomen contrahitur per modum indeterminate apprehensionis. Ergo modus habitus seu modus essentie est vnius rationis ad nomen et pronomen.

Ad istam questionem dicendum est, quod modus significandi per modum habitus siue modus significandi per modum essentie vniuoce contingit nomini et pronomini, quia sic debetur modus significandi aliquibus, sicut eis debetur modus essendi, a quo accipitur talis modus significandi. Sed modus essendi, a quo accipitur modus significandi per modum habitus, vniuoce contingit nomini et pronomini, quantum de se est. Ergo modus essentie seu modus habitus contingit vniuoce nomini et pronomini. Maior patet, quia modi significandi proportionaliter sumuntur iuxta modos essendi. Minor patet, quia modus significandi per modum habitus seu per modum essentie accipitur a modo essentie in re. Modus autem essentie secundum se consideratus vnius rationis est ad nomen et pronomen. Quamquam enim per diuersas rationes speciales determinantes nomen et pronomen ad speciem ipsi nomini et pronomini contingat, tamen per vnam rationem generalem debetur modus habitus seu modus essentie nomini et pronomini.

Juxta quod intellige, quod quamuis modus essentie seu modus habitus competat nomini et pronomini per vnam rationem communem, nichilominus tamen pronomen distinguitur a nomine,
 49 r. 1 quia iste modus significandi, qui est modus essentie, || materia-
 25 lis est in modo significandi nominis, et superadditur nomini principium formale in suo modo significandi, per quod distin-
 guitur nomen a pronomine, et hoc est modus determinate appre-
 hensionis. Illud autem, quod materiale est in modo significandi nominis, hoc habet pronomen pro suo modo significandi, ita quod
 30 pronomen significat per modum essentie mere, id est non per modum determinate apprehensionis.

Item est considerandum, quod cum dictum sit, quod modus essentie contingat nomini et pronomini vniuoce, non est propter hoc intelligendum, quod modus essentie sit vnius rationis, sicut
 35 nec essentia est vnius rationis ad omnem essentiam, in qua ens

17 rationes] rationales Br. 24 modus²] om. Wo. 26 principium] om. Br.
 32 sit] est Wo.

habet esse. Tamen cum dicitur, quod modus essentie contingit nomini et pronomini vniuoce, intelligendum est, quod modus essentie, qui analogicus secundum se est respectu omnium entium, quibus contingit, nomini et pronomini contingit vniuoce, quia per vnam rationem, que est vna vnitate analogie, nomini 5 et pronomini contingit, ideo etc.

Ad rationes in contrarium est dicendum. Ad primum, cum dicitur, quod nichil est commune vniuocum aliquibus distinctis in specie, dicendum ad hoc per interemptionem. Natura enim generis bene contingit vniuoce rebus differentibus specie. Ergo 10 et similiter poterit esse in rebus rationis.

Ad aliud. Cum dicitur, quod commune vnde tale precedit illa, quibus est commune, dicendum, quod aliquid precedere alterum est dupliciter, vel secundum esse vel secundum rationem. Tunc dicendum est, quod si intelligatur, quod commune precedit illa, 15 quibus contingit, ita quod secundum esse, falsum est. Tamen secundum rationem bene precedit commune illa, respectu quorum est commune. Et cum dicitur, quod tunc erit ponere nonam partem orationis, verum est secundum rationem, et hoc non est inconueniens, quod detur nona pars orationis, que ab 20 strahit ab aliis tamquam aliquid commune secundum rationem. Vel potest dici, quod commune precedit illa, ad que est commune, verum est, si vtrumque illorum, respectu quorum aliquid est commune, aliquid addat supra ipsum commune, quia si alterum addat aliquid contrahens ipsum et alterum non, tunc non oportet sic esse, 25 ideo etc.

Deinde proceditur ad quartum, vtrum scilicet nomen in specie nominis manens possit priuari modo significandi per modum habitus seu per modum essentie, et videtur, quod non, quia nomen manens nomen non potest priuari illo, quod essentialiter 30 invenitur in omni nomine, vnde nomen est. Sed modus habitus seu modus essentie invenitur essentialiter in omni nomine, vnde nomen est, vt patet per inductionem. Ergo nomen manens in specie nominis non potest priuari modo significandi per modum || habitus seu modo essentie.

49 r II

5 vna] vnam Br. 6 contingit] om. Br. 7 est] om. Wo. 24 ipsum] illud Br.
28-29 significandi per modum] om. Wo. 34 significandi per modum] om. Br.

Item nomen manens nomen potest non priuari modo essentiali generali nominis. Ens enim non potest priuari principio essentiali eius. Sed modus significandi per modum habitus seu per modum essentie essentialis est nomini, vt patet consideranti,
⁵ ergo etc.

Oppositum arguitur, quia tria sunt principia essentialia nominis, videlicet vox, significatum, modus significandi specificus. Ex hoc arguitur: Nomen manens nomen essentialiter in specie nominis potest priuari illo, quod non est significatum nominis
¹⁰ nec vox significativa nominis nec modus significandi specificus nominis. Sed modus habitus seu modus essentie non est significatum nominis nec vox nominalis, vt de se patet, nec etiam modus significandi specificus nominis, vt patet, quia modus specificus nominis, quo distinguitur nomen ab aliis, est modus de-
¹⁵ terminatus apprehensionis, ergo etc. Et confirmatur, quod dictum est, quia res sufficienter habet esse per sua principia essentialia quolibet alio circumscripto.

Ad hanc questionem dicendum est, quod nomen manens nomen non potest priuari modo habitus seu modo essentie, quia
²⁰ priuari aliquo est esse sine illo, sub quo aptum natum est esse, ita quod res nature priuantur aliquo, cum sint sine ipso apta nata habere ipsum, et res rationis priuantur aliquo, cum intelligentur preter ipsum, sub quo apte nate sunt intelligi, quia in rebus rationis non differunt esse et intelligi. Sed nomen non
²⁵ potest intelligi preter modum habitus seu modum essentie. Nomen enim non potest intelligi sine illo, quod de necessitate presupponitur a modo specifico nominis, quia nomen suo modo specifico non priuatur. Sed modus habitus seu modus essentie presupponitur a modo specifico nominis, qui est modus certe
³⁰ apprehensionis, vt liquet ex dictis. Ergo nomen manens nomen non potest priuari modo habitus seu modo essentie.

Item nichil manens idem in actu priuari potest essentiali principio suo, siue sit principium potentiale siue actuale. Sed
^{49 v i} modus significandi per || modum essentie principium essentiale
³⁵ est nominis, quia altera pars modi significandi essentialis gene-

³⁻⁴ seu per modum essentie] *om. Wo.* ¹⁹ potest] *om. Wo.* ²¹ aliquo] *om. Br.*

²² nata] *tamen Wo.* ²⁶ sine illo] *om. Br.* ²⁷ presupponitur] *supponitur Wo.*

²⁸ modus²] *om. Wo.* ³² idem] *om. Wo.*

ralis ipsius est, vt patet ex dictis. Modus enim significandi nominis est significare per modum essentie certe apprehensionis, nam iste est modus significandi essentialis generalis, nomen in specie partium constituens. Est enim essentialis, quia de essentia nominis est, generalis autem est, quia generaliter contingit 5 omni nomini. Dicitur autem constituens speciem quantum ad formale principium nominis, quod est modus certe apprehensionis. Nomen igitur manens in specie nominis non potest priuari modo habitus seu modo essentie.

Ad rationem in oppositum. Cum dicitur, nomen potest priuari illo, quod nec est significatum nominis nec modus significandi nominis specificus nec vox significativa nominis, verum est, si etiam nec presupponitur ab aliquo istorum tamquam esse entiale principium nominis, aliter enim est maior falsa. Ad minorem. Cum dicitur, quod modus essentialis nichil 10 istorum est, verum est, presupponitur tamen a modo specifico nominis tamquam esse entiale principium nominis. Multa enim sunt essentialia, que non sunt formalia seu specifica, non tamen econuerso. Cum igitur modus specificus nominis presupponat modum habitus in nomine, ideo etc. Similiter etiam dici potest, quod et 15 significatum nominis et vox significativa nominis, vnde nominis est, quodam modo presupponit modum significandi per modum habitus seu per modum essentie, quia nichil est significatum nominis vnde nominis nisi cum causaliter cadit sub modo significandi specifico nominis. Nulla etiam est vox nominis vnde 20 nominis nisi causaliter ex hoc, quod significat mentis conceptum habens modum specificum nominis. Ex hoc enim et vox et significatum causaliter efficiuntur nominis. Cum igitur modus specificus nominis || modum habitus seu modum essentie pre- 49 v II supponat, ideo etc. 25 30

De modo qualitatis nominis.

Consequenter proceditur ad dubitandum circa partem formalem modi significandi nominis, quam consueti sunt ac-

5 est^{2]} om. Wo. 11-12 modus—specificus] modus specificus nominis Br.
19 presupponat] presupponit Wo. 23 nichil] aliud add. Br. 24 significandi] om. Wo. 25-26 vnde nominis] om. Wo. 26 nisi] quod add. Wo.
29 modum habitus seu] om. Br.

tores gramatice vocare modum qualitatis, et queritur vnum tantum, vtrum videlicet nomen significet per modum qualitatis, et videtur, quod non, quia modus significandi appropriat sibi rem significatam. Ergo modus qualitatis appropriat sibi rem, que est qualitas, quare si nomen vnde nomen significaret per modum qualitatis, significatum etiam nominis vnde nominis esset qualitas, et sic omne nomen significaret rem, que est qualitas. Sed hoc est falsum, ergo nomen non significat per modum qualitatis.

Item si nomen significaret per modum qualitatis, aut significaret per modum qualitatis substantialis aut per modum qualitatis accidentalis aut per modum indifferenter se habentem ad modum qualitatis substantialis et ad modum qualitatis accidentalis. Sed nomen vnde nomen non significat per modum qualitatis substantialis, quia multa sunt nomina significantia per modum forme seu qualitatis accidentalis. Nec etiam nomen significat per modum qualitatis accidentalis, quia multa nomina significant per modum qualitatis substantialis. Nomen etiam vnde nomen non significat per modum indifferente ad hanc vel ad illam, nam priuationes nec significant per modum qualitatis substantialis nec per modum qualitatis accidentalis. Ergo nomen vnde nomen non significat per modum qualitatis.

In oppositum sunt actores gramatice, qui dicunt, quod nomen significat substantiam cum qualitate.

Item arguitur ratione. Nam nomini debetur modus significandi, quo nomen distinguitur a pronomine, quia distinctio partium orationis est per suos modos significandi. Sed pronomen significant per modum habitus seu per modum essentie mere, id est non qualificate. Ergo per oppositum nomen debet significare per modum qualitatis.

Ad istam questionem dicendum est, quod modus qualitatis potest accipi multipliciter sicut et ipsa qualitas. Nam quedam est qualitas substantialis vt est illa, que indicatur per differentiam substantialem. Alia est qualitas proprie dicta, que est de predicamento qualitatis. Alia est qualitas, que est quecumque forma accidentalis. Quarto modo || potest accipi qualitas pro quo-

6 nominis^{2]}] nomen Wo. 16 multa] om. Br. 18 vel] et Wo. 25 pronomine] nomine Br. 33 proprie dicta] propria Wo.

cumque determinato principio essendi seu intelligendi. Tot etiam modis potest accipi modus qualitatis, vno modo pro modo qualitatis substantialis, alio modo pro modo qualitatis proprie dicte, tertio modo pro modo qualitatis, que indifferenter debetur cuicunque forme accidentalis, quarto modo potest dici modus 5 qualitatis modus determinate entitatis seu modus determinate apprehensionis.

Tunc ad questionem dicendum, quod nomen non significat per modum qualitatis substantialis tantum, nec nomen vnde nomen significat per modum qualitatis proprie dicte, nec per modum 10 qualitatis, que est quecumque alia forma accidentalis. Dico tamen secundo, quod nomen vnde nomen significat per modum qualitatis, id est per modum certe seu determinate apprehensionis.

Primum sic patet, quia si nomen vnde nomen significaret per 15 modum qualitatis substantialis, tunc nullum nomen significaret per modum qualitatis accidentalis, quod falsum est. Item par ratione, si nomen vnde nomen significaret per modum qualitatis proprie dicte, nullum nomen significaret per modum qualitatis substantialis nec per modum cuiuscumque alterius forme 20 accidentalis, quod falsum est. Similiter si nomen vnde nomen significaret per modum qualitatis, que est indifferenter quecumque forma accidentalis, tunc etiam nomini repugnaret significare substantialiter, quod falsum est. Nam nomen aliquod significat substantiam substantialiter vt homo, aliquod autem 25 nomen significat non substantiam, substantialiter tamen, vt albedo. Nomen igitur vnde nomen non significat per modum qualitatis substantialis nec per modum qualitatis proprie dicte nec per modum qualitatis, que dicitur quecumque alia forma accidentalis, et sic patet primum. 30

Secundum sic patet, quod nomen significat per modum qualitatis, id est per modum determinate apprehensionis, quia ille modus significandi debetur nomini tamquam etiam modus specificus nominis, qui competit omni nomini, et quo distinguitur nomen a quacumque alia parte orationis formaliter. Sed modus 35 determinate apprehensionis contingit omni rei significante per

11 alia] *om.* *Wo.* 13 seu determinate] *om.* *Wo.* 25 autem] *tamen Br.*

50 r II nomen, || quia quicquid significatur per nomen, vel est aliquid determinate in genere priuationum vel in genere habituum. Per modum etiam determinate apprehensionis distinguitur nomen a pronomine, quod significat per modum essentie mere, id est non determinate apprehense, et sic de aliis. Ergo nomen significat per modum qualitatis, id est per modum certe apprehensionis, et hic modus significandi accipitur a modo essendi, qui est modus determinati principii essendi vel in genere priuationum vel in genere habituum, et hoc patet cuilibet volenti experiri penes se.

10 Patet igitur ex premissis, quod modus significandi nominis, vnde nomen est, est modus essentie determinate apprehensionis.

Ad primam rationem. Cum dicitur, modus significandi appropriat sibi rem significatam, concedatur. Et cum dicitur, ergo modus qualitatis appropriat sibi rem, que est qualitas, verum est eo modo, quo est modus qualitatis, appropriat sibi rem, que est qualitas. Sed nomen significat per modum qualitatis, id est per modum certe apprehensionis, et ideo etiam appropriat sibi rem seu conceptum determinatum ad genus priuationum vel ad genus habituum. Vnde argumentum bene concludit, quod non appropriat sibi qualitatem proprie dictam.

Ad aliud. Cum dicitur, si nomen significaret per modum qualitatis, aut significaret per modum qualitatis substantialis aut per modum qualitatis accidentalis aut per modum indifferentie ad ista, verum est, vel per modum qualitatis, id est per modum determinate apprehensionis, vel in genere priuationum vel in genere habituum, et istud ultimum est verum.

Ad actoritates. Cum actores dicunt, quod nomen significat substantialiam cum qualitate, dicendum, nomen significat substantialiam cum qualitate, id est nomen significat essentiam determinatam et certam et per modum essentie determinate apprehensionis. ||

50 v I Ad aliud. Cum dicitur, quod ille modus significandi contingit nomini, quo distinguitur nomen a pronomine etc., dicendum, quod bene concluditur, quod nomen significat per modum qua-

2 determinate] om. Wo. in genere^{2]} om. Wo. 3 nomen] pronomen Br.

4 pronomine] nomine Br. 6 per modum^{2]} om. Br. 23 per modum^{1-2]} om. Wo.

24 vel] aut Br. 27 Cum] quas Wo. dicunt] dicent Br. 33 nomen] pronomen Br. pronomine] nomine Br.

litatis, id est certe apprehensionis, et non per modum qualitatis proprie dicte.

*De modo essentiali generali nominis in comparatione
ad modos significandi accidentales.*

Postmodum cum dubitatum sit circa modum essentiale generale nominis secundum se et absolute, nunc proceditur ad dubitandum circa ipsum in comparatione ad modos significandi accidentales, et queruntur quatuor. Primum est, vtrum modus significandi essentialis generalis nominis, qui dictus est, scilicet modus essentie seu modus habitus determinate apprehensionis sit causa omnium modorum posteriorum in nomine. Secundum est, vtrum nomen possit remanere nomen per suum modum significandi essentiale generale, qui dictus est, circumscriptis modis significandi posterioribus. Tertium est, quia dicunt aliqui, quod pars orationis non est pars per suum modum significandi essentiale generale solum, sed per aggregacionem omnium modorum significandi in parte, ideo queritur, vtrum nomen sit nomen per suum modum significandi essentiale generale vel per omnes suos modos significandi ita quod per aggregationem omnium suorum modorum significandi. Quartum est, vtrum modus habitus seu modus essentie determinate apprehensionis sit principium constructionis.

Circa primum sic proceditur et videtur, quod modus significandi per modum habitus seu per modum essentie determinate apprehensionis causet omnes modos significandi posteriores in nomine, quia in quolibet genere est reperire aliquod primum et minimum, quod est causa omnium aliorum illius generis, vt scribitur decimo metaphysice. Ergo et in genere modorum significandi erit dare aliquem modum significandi, qui sit causa omnium modorum significandi alicuius ordinis seu alicuius generis. Hoc autem non est nisi modus significandi es-

15 dicunt aliqui] diceret aliquis Br. 21 est] om. Wo.

30 causa] om. Br.

sentialis generalis, qui primus est in parte orationis. Ergo modus habitus seu modus essentie determinate apprehensionis est causa omnium modorum significandi posteriorum in nomine.

Item subiectum est causa omnium accidentium, que sunt in eo.^{50 v. II} Ergo quod || habet modum subiecti, causa est modorum accidentalium. Sed modus primus in nomine, qui est modus significandi per modum habitus seu per modum essentie certe apprehensionis, se habet in ratione subiecti respectu modorum significandi posteriorum, ergo etc.

- ¹⁰ Oppositum arguitur, quia ab uno non procedit nisi unum, ut habetur in secundo de generatione et libro de causis. Ergo si modus significandi essentialis generalis nominis causaret modos posteriores, non causaret nisi unum modum significandi tantum. Sed in nomine sunt plures modi significandi oppositi etc.
¹⁵ Ergo modus significandi essentialis generalis nominis non est causa modorum significandi posteriorum in nomine.

Ad istam questionem dicenda sunt duo. Primum est, quod modus significandi essentialis generalis nominis, qui dictus est, non est causa modorum significandi posteriorum in nomine, et idem intelligendum est in ceteris partibus orationis, scilicet quod modus significandi essentialis generalis, qui primus est in parte, nullum modum significandi posteriorem sufficienter causat. Secundum est, quod modus significandi essentialis generalis non debet habere repugnantiam ad modos significandi posteriorum res, sed debet esse tamquam dispositio ad eos.

Declaratio primi est, quia omnis effectus causalitatis alicuius vel attribuitur nature tamquam cause vel intellectui, ut seribitur septimo metaphysice. Nam ad istas duas causas reducuntur omnes aliae, que causare dicuntur. Modo ita est, quod modi significandi posteriores effectus quidam sunt et non possunt attribui modo significandi essentiali generali tamquam nature, quia natura, quicquid agit, agit per transmutationem materie,

² habitus] essentie Br. essentie] habitus Br. determinate] certe Br. 4-5 que sunt in eo] om. Br. 8 significandi] om. Br. 11 in secundo de generatione] de generatione secundo Wo. 14 etc.] om. Wo.

11 De generatione animalium II, 1. 734b—735a. 28 Metaphysica VII, 7. 1032a.

sed sic stultum est dicere modos significandi causari ab aliquo modo significandi transmutante ad illos. Relinquitur ergo, quod illud, quod agit seu causat modos significandi, hoc intellectus est, quamquam modi significandi accipiuntur a rebus, quia intellectus saltem speculativus a re mensuratur. Modus igitur significandi essentialis generalis nominis non est causa modorum significandi posteriorum, || et idem intelligatur in aliis partibus ⁵ _{51 r 1} orationis.

Declaratio secundi est, scilicet quod modus significandi essentialis generalis non debeat habere repugnantiam ad modos significandi posteriores, quia si modus significandi primus in parte haberet repugnantiam ad modos significandi posteriores, tunc pars orationis non posset informari modis significandi posterioribus, quod cum falsum sit, manifestum est, quod modus significandi essentialis generalis, qui primus est in parte, non debet habere repugnantiam ad modos significandi posteriores, sed debet esse dispositio ad ipsos. Vnde sequitur ex dictis, quod quamvis modus significandi essentialis generalis partis non sit causa sufficiens modorum significandi posteriorum, est tamen causa sicut disponens.

Ad primam rationem in oppositum. Cum dicitur, in quolibet genere est dare aliquod primum, quod est causa omnium aliorum, verum est vel sicut causa sufficiens vel sicut causa disponens. Propter hoc potest concedi, quod omnes modi significandi posteriores habent reduci ad aliquem primum modum significandi tamquam ad aliquod disponens.

Ad aliud. Cum dicitur, quod subiectum est causa omnium suorum accidentium, concedatur. Et cum dicitur, ergo illud, quod habet modum subiecti, est causa modorum accidentalium, potest dici, quod non est simile, quia subiectum reale est causa sufficiens accidentium suorum, sed modus primus seu habens modum subiecti non est sufficiens causa modorum significandi posteriorum, ideo etc. Vel potest dici, quod modus significandi essentialis generalis non habet modum subiecti respectu modorum posteriorum, sed significatum est subiectum omnium modorum significandi, vt visum est.

¹⁰ debeat habere] habet Wo. ¹⁷ ipsos] modos significandi posteriores Br.
²³ sufficiens] efficiens Wo.

Juxta hoc proceditur ad secundum, vtrum scilicet nomen possit remanere nomen per remanentiam sui modi significandi essentialis generalis circumscriptis omnibus suis modis significandi posterioribus, et videtur, quod sic, quia non videntur plura requiri ad hoc, quod nomen sit nomen, nisi suus modus significandi, vox et significatum, vt visum est. Sed modi significandi posteriores nichil horum sunt. Ergo nomen potest remanere nomen per remanentiam sui modi significandi circumscriptis omnibus suis modis significandi posterioribus.

10 Item quod nichil facit ad esse alicuius, ablato illo non propter hoc aufertur ipsum. Sed modi significandi posteriores nichil || 51 r ii faciunt ad esse partis, quia modus significandi specificus constituit esse partis. Nomen igitur potest remanere nomen per remanentiam sui modi significandi essentialis generalis, qui dictus est, circumscriptis omnibus modis significandi posterioribus.

Oppositorum arguitur, nam sicut est in rebus nature, sic debet esse in rebus rationis. Sed in rebus nature subiectum non potest priuari omnibus suis accidentibus seu passionibus. Ergo eodem modo pars orationis non poterit priuari omnibus suis accidentibus, cuiusmodi sunt modi significandi posteriores. Nomen igitur non poterit remanere nomen per suum modum significandi essentiali generalem circumscriptis omnibus suis modis significandi posterioribus.

Item si nomen posset priuari omnibus suis modis significandi posterioribus, iam esset ponere aliquod nomen, quod nec esset appellativum nec proprium nec substantivum nec adiectivum etc. Sed consequens falsum est, nullum enim habemus tale nomen, quod per inductionem patet. Consequentia est euidens, quia nomen appellativum, proprium etc. constituuntur per modos significandi posteriores. Non igitur nomen poterit remanere nomen per remanentiam sui modi significandi essentialis generalis circumscriptis modis significandi posterioribus.

Preterea pars orationis, vnde pars orationis est, non potest priuari illis, per que est pars orationis constructe. Pars enim

3 suis] om. Br. 9 suis] om. Br. 10-11 propter hoc] om. Wo. 11 ipsum] illud] Wo. 15 est] om. Wo. 20 significandi] om. Wo. 22 omnibus suis] om. Br. 24 suis] om. Br. 25 esset²] est Br. 26 appellativum] proprium Wo. proprium] appellativum Wo. 33 orationis²] om. Wo.

orationis non potest esse non pars. Sed pars orationis construitur per modos significandi posteriores, vt de se patet. Ergo pars orationis non potest priuari modis significandi posterioribus, quare etc.

Item si nomen vnde nomen posset priuari suis modis significandi posterioribus, tunc posset priuari numero, casu et persona. Sed nomen, vt probabitur, nullo istorum trium potest priuari. Ergo nomen vniuersaliter non potest priuari omnibus suis modis significandi posterioribus, ita quod remaneat nomen per suum modum significandi essentialem generalem. Quod autem nomen non possit priuari numero, sic patet, quia numerus consistit in vnitate et pluralitate. Sed per idem est aliquid ens et vnum. Quod igitur non potest priuari entitate, non potest priuari vnitate. Sed nomen manens nomen non potest priuari entitate. || Ergo nomen manens nomen non potest priuari vnitate, quare etc. ^{51 v i}

Item nec potest priuari casu, quia proprium non potest circumscribi ab eo, cuius est proprium. Sed casus est propria dispositio substantie, in qua fit nominum impositio. Ergo nomen non potest priuari casu.

Item quod nomen non possit priuari persona, probatur, quia persona accipitur a modo loquendi vel de se vt de se vel ad alium vt ad alium vel de alio vt de alio. Quod igitur non potest priuari modo loquendi, non poterit priuari persona. Sed nomen non potest priuari modo loquendi, quia de ratione nominis est vox. Vox autem est sermo seu loquela, ergo etc. ²⁵

Ad istam questionem dicendum est, quod nomen potest remanere nomen per remanentiam sui modi significandi essentialis generalis circumscriptis omnibus suis modis significandi posterioribus. Cuius ratio est, nam effectus quilibet, cum sit in sua causa, sic agitur in esse sicut est in potestate suarum causarum. ³⁰ Sed nomen est quidam effectus ipsius intellectus, et ipse intellectus, qui est agens respectu nominis, sic agit sicut cognoscit. Sed constat, quod intellectus distincte potest cognoscere modum significandi primum ipsius nominis, qui est modus significandi essentialis generalis nominis, non cognoscendo modos posteriores. ³⁵

5 suis] omnibus Br. 6 et] om. Wo. 8 suis] om. Br. 18 nomen] om. Wo.
21 a] ex Br. 28 suis] om. Br.

Ergo et sic potest agere nomen in esse. Quantum igitur est ex parte cause agentis ipsius nominis, nomen potest remanere nomen per remanentiam sui modi significandi essentialis generalis circumscriptis omnibus modis significandi posterioribus.

5 Item ex parte passiui, quod est significatum, patet idem, et etiam ex parte vocis significantis, quia significatum sic significatur sicut intelligitur, et vox etiam sic determinatur ad formam significandi et ita recipit significationem et modum significandi, sicut intellectus sibi tribuit. Sed intellectus distincte potest 10 intelligere modum significandi essentialiem generalem nominis, qui est modus habitus seu modus essentie determinate apprehensionis, preter modos significandi posteriores. Quare cum intellectus possit agere modum significandi primum in nomine, ita quod cum hoc non agat modos significandi posteriores,

15 ergo et significatum sic potest significari et vox potest significare, ideo etc.

Et confirmatur, quod dictum est, quia esse partis orationis et esse intellectum sunt idem, sicut vniuersaliter est verum in rebus rationis, quod idem est earum esse intellectum et esse 20 simpliciter. Cum igitur nomen possit intelligi sub suo modo significandi essentiali, de quo dictum est, non || intelligendo modos significandi posteriores, vt experimur in nobis, manifestum est, quod nomen potest remanere nomen per remanentiam sui modi significandi essentialis generalis circumscriptis omnibus 25 suis modis significandi posterioribus.

Ad rationes in oppositum est dicendum. Cum dicitur primo, sicut est in rebus nature, sic debet esse in rebus rationis, potest dici ad hoc per interemptionem, quia hec propositio falsa est et in essendo et in causando, vt dictum est supra, vel concedatur 30 illa maior. Et ad minorem. Cum dicitur, quod in rebus naturalibus subiectum non potest priuari omnibus suis accidentibus, dicendum, quod substantia potest priuari omni suo accidente, supra quod non habet sufficientem causalitatem, quia substantia bene stat in sua essentia completa preter sua accidentia.

35 Sed nomen vel quecumque alia pars orationis, vt visum est su-

¹⁰ significandi] *om. Br.* nominis] *om. Wo.* ¹¹ habitus] essentie *Br.* essentie] *om. Br.* ²⁶ est dicendum] *om. Br.* ³⁰ illa] *om. Br.* ³¹ suis] *om. Wo.*

perius, non habet sufficientem causalitatem supra suos modos significandi posteriores, ideo priuari potest omnibus modis significandi posterioribus. Vnde patet, quod non est simile de rebus nature et de rebus rationis, quia subiectum in rebus naturalibus bene habet sufficientem causalitatem supra quedam accidentia sua, nomen autem vel quecumque alia pars sufficientem causalitatem non habet supra aliquod suorum accidentium, ideo etc.

Ad aliud. Cum dicitur, si nomen manens nomen posset priuari omnibus modis significandi posterioribus, tunc esset dare aliquod nomen, quod non esset appellatum nec proprium etc., dicendum, quod argumentum verum concludit. Possible enim est dare tale nomen.

Ad aliud. Cum dicitur, pars orationis, vnde est pars, non potest priuari illis, per que est pars orationis constructe, dicendum est, quod pars orationis potest accipi vel vt pars orationis in habitu vel in actu. Tunc dicendum est, quod pars orationis manens pars in habitu bene potest priuari illis, per que construitur in actu; pars tamen orationis in actu non potest priuari illis, per que construitur in actu, et sic argumentum concludit.

Ad aliud. Cum dicitur, si nomen vnde nomen posset priuari omnibus modis significandi posterioribus, tunc posset priuari casu, numero et persona, concedatur. Et cum dicitur, quod nomen non potest priuari numero, casu et persona, dicendum ad hoc per interemptionem. Et ad probationes est dicendum. Cum probatur primo, quod nomen non posset priuari numero, quia numerus consistit in vnitate et pluralitate, concedatur. Et cum dicitur, quod per idem est aliquod ens et vnum, dicendum est, quod per idem est ens et vnum realiter loquendo, propter quod ens et vnum conuertuntur in suppositis, differenter tamen in ratione, || quia ens est ens per formam, sed ens dicitur vnum ab induiusione. Ex hoc sic. Quecumque differunt ratione, vnum potest intelligi et per consequens significari preter aliud. Sed ens et vnum differunt ratione. Ergo nomen potest intelligi et significari secundum quod ens preter hoc, quod intelligatur vt vnum, et preter hoc, quod significatur vt vnum. Nomen igitur manens nomen potest priuari numero.

⁸ priuari] significari Br. ⁹ omnibus modis] modis omnibus Wo. ¹⁴ est²] om. Br. ²³⁻²⁴ ad hoc] om. Wo. ²⁵ non posset] potest Br. ²⁷ est²] om. Wo.

Ad aliam probationem, qua probatur, quod nomen non possit priuari casu. Cum dicitur, quod proprium non potest priuari ab eo, cuius est proprium, dicendum, quod proprium non potest priuari ab eo, cuius est proprium, si illud, cuius est proprium,
 5 habet sufficientem causalitatem supra illud, cuius est proprium. Et tunc minor erit falsa quantum ad duo, quia casus non appropriatur nomini, nam debetur etiam aliis partibus. Item etiam nomen non habet sufficientem causalitatem supra casum, vt patet ex dictis, ideo etc.

- 10 Ad tertiam probationem, qua probatur, quod nomen non potest priuari persona. Cum dicitur, quod persona accipitur a triplici modo loquendi, concedatur. Et cum dicitur, quod nomen non potest priuari modo loquendi, dicendum ad hoc per interemptionem. Et ad probationem. Cum dicitur, quod nomen manens
 15 nomen non potest priuari voce, concedatur ad presens. Et cum dicitur, quod vox est sermo seu loquela, concedatur, et tamen non oportet propter hoc, quod nomen non possit priuari modo loquendi, quia essentia intelligi potest preter sua accidentia. Sed modus loquendi est accidens respectu ipsius vocis seu loquele.
 20 Ergo vox seu loquela intelligi potest preter modum loquendi. Quare et nomen, cuius pars est vox, intelligi potest preter modum loquendi. Sed in rebus rationis, cum non differat esse intellectum et esse simpliciter et cum nomen sit res rationis, manifestum est, quod nomen esse potest manens nomen in
 25 actu preter modum loquendi, et per consequens preter personam, ideo etc.

Consequenter proceditur ad tertium, vtrum scilicet pars orationis sit pars per suum modum significandi essentialiem generalem, qui primus est in parte, vel per omnes suos modos
 30 significandi ita quod per aggregationem omnium suorum modorum significandi, et videtur, quod per aggregationem omnium modorum significandi, quia sicut est in linea predicamentali,
 52r II ita videtur esse in parte orationis. Sed || in linea predicamentali

1 qua] per quam Br. 7 etiam¹] adhuc Br. 13 ad hoc] om. Br. 14 quod] om. Wo. 14-15 manens nomen] om. Wo. 16 et] om. Wo. 17 propter hoc, quod] quod propter hoc Br. 21 preter] omnem add. Br. 26 ideo] quare Br. 31-32 omnium modorum significandi] eorum Br.

ita est, quod cum dicimus predicamentum aliquod sicut predicamentum substantie, non dicimus tantum primum genus vel primam differentiam illius generis, sed totam aggregationem predicabilium secundum sub et supra. Ergo similiter cum dico partem orationis, non dico solum primam differentiam specificam illius partis, sed totam aggregationem omnium modorum significandi, ideo etc. Maior patet, quia sicut in linea predicamentali est ordo superioris et inferioris, prioris et posterioris, ita in parte orationis est ordo modorum significandi, quorum unus est essentialis generalis, alii essentiales speciales et alii modi significandi accidentales. Minor etiam patet, quia predicamentum nominat coordinationem predicabilium, quare etc.

Item per illa est pars orationis pars, sine quibus pars non potest esse perfecte et complete pars. Sed sine omnibus suis modis significandi non potest pars perfecte et complete esse pars orationis, quia vniuersaliter per omnes modos significandi complete fit constructio vnius partis orationis cum alia parte et non solum per modum significandi generalem. Ergo pars orationis est pars per totam aggregationem omnium modorum significandi et non per modum significandi essentialiem generalem.

Oppositum arguitur, quia per illud pars orationis est pars, per quod ponit in aliquam vnam constructionem. Sed nomen vel aliqua pars orationis in nullam constructionem ponit per aggregationem omnium suorum modorum significandi, vt per inductionem patet. Ergo pars orationis non est pars per aggregationem omnium modorum suorum significandi.

Ad istam questionem dicendum est, quod pars orationis essentialiter non est pars per totam aggregationem omnium modorum suorum significandi, sed per suum modum significandi essentialiem generalem. Cuius ratio est, quia illud, quod requiritur essentialiter ad partem orationis, hoc requiritur ad quodlibet eius individuum. Sed tota aggregatio omnium modorum significandi alicuius partis orationis non requiritur ad aliquod individuum alicuius partis orationis. Non enim tota aggregatione omnium modorum significandi alicuius partis orationis

16 orationis] *om. Br.* 33-35 Sed—individuum] *om. Br.* 36 omnium] *om. Wo.*

reperiri nec saluari potest in aliquo individuo eius, quia tunc op-
 52 v i posita essent in eodem. Nec valeret, si diceres, || quod aggrega-
 tio omnium modorum significandi constitutat partem orationis
 ex altera parte, vt est in nomine modus appellatiui et modus
 adiectiui etc., quia etiam possibile est, quod isti modi significandi
 non reperiantur in aliquo individuo partis. Ergo relinquitur,
 quod pars orationis non est pars per totam aggregationem omnium
 modorum significandi, sed per primum modum significandi,
 qui essentialis est cuilibet individuo illius partis.

10 Item pars orationis est pars per illud, per quod distinguitur es-
 sentialiter ab aliis partibus orationis. Sed hoc est modus signifi-
 candi essentialis generalis et non aggregatio omnium modorum
 significandi, quia per modum primum, qui est essentialis gene-
 ralis, differt pars a parte essentialiter, per reliquos autem modos
 15 significandi vt per modos significandi posteriores non differt
 pars a parte nisi accidentaliter. Pars igitur non est pars per
 totam aggregationem modorum significandi, sed per suum mo-
 dum significandi primum, qui essentialis generalis dicitur. Est
 tamen intelligendum, quod cum dictum sit, quod pars orationis
 20 est pars per suum modum significandi essentialalem generalem,
 hoc est verum de parte orationis secundum se, vt est pars in
 habitu accipiendo partem pro eo, quod est pars. Nichilominus
 tamen contingit, quod pars orationis, in quantum est pars, sit
 pars per totam aggregationem modorum significandi compatiens-
 25 tium se ad invicem. Sed hoc non est respectu vnius constructio-
 nis in quantum huiusmodi, sed respectu diuersorum, ideo etc.

Ad rationes in oppositum est dicendum. Cum dicitur primo,
 sicut est in linea predicamentali, ita debet esse in parte oratio-
 nis, dicendum, quod non est simile, nam predicamentum nomi-
 30 nat totam ordinationem predicabilium omnium, que sunt in
 illo genere. Pars autem orationis non nominat nisi relationem
 vocis significantis ad rem significatam sub modo significandi
 primo, per quem pars est pars, et ideo non est simile.

Ad aliud. Cum dicitur, per illud est pars orationis pars, sine
 35 quo impossibile est partem esse partem, dicendum sicut supra

3 omnium] om. Wo. 4 vt est] et Br. 7 omnium] om. Wo. 8 modum] om. Wo.
 significandi] om. Br. 12 omnium] om. Wo. 27 in oppositum] om. Br. 30 or-
 dinationem] aggregationem Br. omnium] om. Br.

dictum est, quod per illud est pars orationis pars in habitu et secundum se, sine quo impossibile est eam esse in habitu, et per illud est pars orationis pars in actu, sine quo impossibile est eam esse in actu, aliter falsa est illa maior. Et ad minorem. Cum dicitur, quod pars orationis non est pars sine aggregatione omnium modorum significandi, si intelligatur hoc de parte in habitu, dicatur ad hoc per interemptionem. Si autem intelligatur hoc de parte in actu, tunc verum est, quod aggregatio modorum significandi facit partem orationis. Sed hoc est respectu plurium constructionum, vt dictum est, ideo etc.

10

Ad argumentum in oppositum. Cum dicitur, quod per illud est pars orationis pars, per quod ponit in vnam constructionem, verum est vel per vnam rationem in vnam constructionem vel per plures rationes in plures constructiones. Et ad minorem. Cum dicitur, quod pars orationis non ponit in vnam constructionem per aggregationem modorum significandi, dicendum, quod pars orationis non ponit in vnam constructionem nisi per vnam rationem seu per vnum modum significandi, ponit tamen in plures per plures modos significandi, ideo etc. Cum igitur quilibet pars orationis est pars secundum se per suum modum significandi essentialiem generalem et modus significandi essentialis generalis nominis est modus habitus seu modus essentie determinate apprehensionis, vt ostensum est, relinquitur, quod nomen sit nomen per modum habitus seu per modum determinate apprehensionis.

25 v II

15

20

25

Tunc proceditur ad quartum, vtrum scilicet modus habitus seu modus essentie determinate apprehensionis sit principium constructionis, et videtur quod sic, quia cum aliisque cause ordinantur ad producendum aliquem effectum, quanto causa prior est, tanto magis confert ad esse sui effectus. Sed modi significandi nominis ordine quodam cause sunt constructionum, inter quos modus significandi per modum essentie seu per modum habitus determinate apprehensionis est primus, ergo maxime confert ad constructionem. Modus igitur habitus seu modus essentie determinate apprehensionis est principium construc-

35

⁵ non est pars] om. Br. 7-8 dicatur—actu] om. Br.

tionis. Maior patet per illam propositionem libri de causis: causa primaria magis influit supra suum effectum quam causa secundaria. Minor etiam patet, ideo etc.

Item constructibile, quod non potest esse sine aliquo, non 5 construitur sine illo. Sed constructibile, quod est nomen, non potest esse sine modo essentie sue siue sine modo habitus determinate apprehensionis, vt superius ostensum est. Ergo etiam nomen non potest construi sine ipso. Sed illud est principium constructionis nominis, sine quo nomen non potest construi. 10 Cum igitur nomen non possit construi sine modo habitus seu modo essentie determinate apprehensionis, relinquitur, quod modus essentie seu modus habitus determinate apprehensionis sit principium constructionis.

Oppositum arguitur, quia omnis modus significandi, qui est 15 principium constructionis, habet aliquem modum significandi sibi proportionalem. Sed modo habitus seu modo essentie determinate apprehensionis nullus modus significandi proportionatur. Ergo modus significandi per modum habitus seu per modum essentie non est principium constructionis. Maior patet, 20 quia constructio est constructibilem vnio per suos modos significandi proportionales. Minor declaratur, nam in nulla parte orationis potest sibi dari modus significandi proportionalis nisi sit in verbo. Sed nullus modorum significandi verbi proportiona-
53 r.1 tur modo habitus || etc., quia non modus significandi, per 25 quem verbum est verbum, qui est modus fieri distantis, quia iste est modus dependentis. Ergo exigit sibi proportionalem modum significandi per modum per se stantis. Sed modus essentie seu modus habitus determinate apprehensionis non est modus per se stantis, quia modus per se stantis accidit nomini. Item nec 30 alius modus quicumque in verbo proportionatur modo habitus, quod patet per inductionem. Modus igitur essentie seu modus habitus determinate apprehensionis non est principium constructionis.

Ad istam questionem intelligendum est, quod aliquem mo-

1 propositionem] constructionem Wo. 2 supra] in Br. 9 nominis] om. Wo.
24 non] est add. Br.

1 Liber de causis § 1 (Bardenhewer p. 163, 3—4; Steele p. 161, 4—5).

dum esse principium constructionis hoc est dupliciter, vel disponendo seu habilitando constructibile ad constructionem vel actu et immediate principiando constructionem. Dico autem modum significandi disponere seu habilitare constructibile ad constructionem, quando modus aliquis disponit ad modos significandi posteriores, qui immediate principiant constructionem aliquam, vt modus fieri disponit ad modum temporis et modus distantis ad modum finitum in verbo, et sic de consimilibus. Tunc ad questionem dicendum, quod modus habitus seu modus essentie certe apprehensionis non est principium immediatum constructionis, ita quod actualiter et immediate principiet constructionem. Modus tamen habitus seu modus essentie determinate apprehensionis disponit seu habilitat constructibile ad constructionem.

Primum sic patet, quia modus significandi, qui est actu principium constructionis, requirit actu aliquem modum significandi sibi proportionalem in alio constructibili. Nam ratio principii ratio respectiva est. Respectuum autem relativum est. Sed relativum non respicit quocumque, sed sibi proportionale. Si ergo modus aliquis significandi sit principium constructio-²⁰ nis, cum modus non proportionatur nisi modo, sequitur, quod debet habere aliquem modum significandi sibi proportionalem in alio constructibili. Sed modus habitus seu modus essentie nullum habet modum significandi proportionalem in aliquo constructibili, quia si modus habitus seu modus essentie haberet aliquem modum sibi proportionalem cum aliquo constructibili, aut hoc esset in constructione transitiva aut in constructione intransitiua. Non in constructione transitiva, quia constructio transitiva aut est actuum aut personarum. Sed in constructione transitiva actuum non habet modum proportionalem, quia eius principia immediata sunt accidentalis significatio et obliquus casus in constructione transitiva personarum, vt cum dicitur cappa Socratis, tum quia nomen proprium non construitur cum obliquo saltem secundum opinionem || plurimum, tum etiam ^{53 r II} quia principia constructionis nominis cum obliquo sunt specialia ³⁵

¹² essentie] om. Br. ²⁶ sibi] significandi Br. ²⁸⁻²⁹ quia constructio transitiua] om. Wo. ³² casus] potius: casus; nec.

principia et diuersa a modo habitus seu a modo essentie determinate apprehensionis, vt patebit.⁷

Item modus habitus non habet modum significandi proportionalem cum aliquo in constructione intransitiua, quia constructio⁶ intransitiua vel est a parte ante vel a parte post. Sed in neutra istarum habet modus habitus aliquem modum significandi sibi proportionalem, quod patet per inductionem. Modus igitur habitus seu modus essentie non est actualiter et immediate principium constructionis.

¹⁰ Secundum etiam sic patet, scilicet quod modus habitus seu modus essentie sit principium constructionis habilitando et disponendo constructibile ad constructionem, quia quicquid disponit ad causam, disponit etiam ad effectum. Sed modus habitus seu modus essentie determinate apprehensionis, quamquam non ¹⁵ sit causa sufficiens modorum significandi posteriorum in nomine, qui actu principiant constructionem, tamen disponit ad modos significandi posteriores vt ad speciem, genus, casum etc., et hec vel omnia vel saltem aliquando immediate principiant constructionem. Ergo modus habitus seu modus essentie disponit ²⁰ seu habilitat constructibile ad constructionem, et sic patet secundum.

Ad rationes vtriusque partis est dicendum. Cum dicitur primo, quando aliisque cause ordinantur ad producendum aliquem effectum, quanto causa est prior, tanto magis confert ad esse sui ²⁵ effectus, verum est, tanto magis, quia ad plura se extendit. Sed hoc est intelligendum per influentiam quandam seu dispositionem, et ideo bene concluditur, quod modus habitus seu modus essentie sit principium disposituum ad constructionem.

Ad aliud. Cum dicitur, constructibile, quod non potest esse ³⁰ sine aliquo, non construitur sine ipso, potest concedi, vel actualiter vel dispositive. Et ad minorem. Cum dicitur, quod nomen non potest esse sine modo habitus siue sine modo essentie, concedatur, et ideo bene concludis, quod nomen non potest construi sine modo habitus, sed hoc est intelligendum dispositiuem.

³⁵ Ad argumentum in oppositum. Cum dicitur, quod omnis

7 quod] hoc Br. 14 essentie] om. Wo. 15 in nomine] om. Br. 24-25 sui effectus] causati Br. 25 tanto] quanto Br. quia] om. Br. 32 siue sine] seu Br.

modus significandi, qui est principium constructionis, habet aliquem modum sibi proportionalem in alio constructibili, dicendum, quod hoc habet veritatem de illo, quod actu et immediate est principium constructionis, sed de illo, quod dispositiue || principiat constructionem, non habet veritatem, ideo etc.

53 v I

De modis significandi accidentalibus nominis.

De specie.

De specie et speciei differentiis in vniuersali.

De specie in se.

Post hec, cum visum sit de modo significandi essentiali generali nominis et secundum se et in comparatione ad modos significandi accidentales, querendum est circa modos accidentales nominis, que sunt species, genus, numerus, figura, persona, casus. Circa autem huiusmodi modos significandi accidentales sic proceditur, quod primo queretur circa speciem, secundo circa genus, tertio circa numerum et sic deinceps. Adhuc circa speciem dubitando hoc ordine proceditur, quod primo queretur circa speciem et circa speciei differentias in vniuersali, secundo queremus in speciali circa contenta sub differentiis speciei. Item circa speciem in vniuersali primo queremus de specie in se, secundo de eius differentiis. Item adhuc circa speciem in se queruntur duo tantum. Primum est, vtrum species accidat nomini, secundum est, vtrum species sit principium constructionis.

Circa primum sic proceditur et videtur, quod species non accidentat nomini, quia Donatus non enumerat speciem inter accidentia nominis. Ergo per locum ab auctoritate species non accidentat nomini.

Item arguitur sic ratione. Modi significandi accidentales nominis sunt principia constructionis. Nam modi significandi accidentales in hoc videntur habere quandam differentiam a

17 proceditur] procedemus *Br.* 18 queretur] queremus *Br.*

26 Donati ars grammatica II 2 (Keil IV p. 373).

modo significandi essentiali generali, quod modi significandi accidentales actu principiant constructionem, modus autem essentialis generalis disponit seu habitat constructibile ad constructionem. Sed species nominis non est principium constructionis, quod patet ex duobus: primum, quia non potest dari constructio nominis nec cum partibus declinabilibus nec cum partibus indeclinabilibus, cuius principium sit species; secundo etiam, quia nullum modum significandi proportionalem potes dare speciei. Ergo species non accidit nomini.

10 Preterea illud est accidentis rei, quod aduenit enti in actu contingens sibi non inesse. Sed species non potest nomini non inesse, quia de necessitate omne nomen vel est primitive vel deriuative speciei. Species igitur non accidit nomini.

In oppositum est actoritas domini Prisciani, qui speciem 15 enumerauit inter accidentia nominis.

53 v. II Et arguitur ratione, quia omne illud accidit || nomini, quod reperitur in nomine non existens de essentia nominis. Sed species reperitur in nomine nec est de essentia nominis. Ergo species accidit nomini. Maior patet, quia accidentis contingit inesse non 20 significans quod quid est rei. Minor patet, quia aliquod nomen est primitive speciei et aliquod deriuative. Item nec est de essentia nominis, quia essentialia principia nominis sunt vox nominalis, significatum nominis et modus significandi essentialis generalis nominis. Sed species nichil horum est, vt patet per se. 25 Ergo species accidit nomini.

Ad istam questionem intelligendum est primo, quod species in nomine nichil aliud est quam modus significandi rem sub esse priori vel sub esse posteriori. Propter quod dicitur communiter, quod species est primaria vel secundaria dictionis origo. Vnde 30 et quedam species primitiva dicitur, que est modus significandi rem vt entem in sua natura primaria siue sub esse priori. Alia autem dicitur deriuativa species, que est modus intelligendi rem sub esse posteriori, id est secundum quod res habet descendens quandam a sua natura primaria et affinitatem quandam ad

6 cum partibus²] om. Wo. 8 potes dare] potest dari Wo. 14 domini] om. Br. 24 nominis] om. Wo. 29 primaria] primitiva Wo. 30 et] est Br.

14 Prisc. II 22 (Keil II p. 57).

res alias. Et dicitur deriuatiua species a de et riuus, eo quod sicut riuus a fonte descendit, ita deriuatiua species descensum quendam habet a sua natura primaria ad aliquas alias res denominando ipsas. Mons enim dicitur primitive speciei, quia significat naturam entis, id est aliquid secundum se in natura sua primaria. Montanus autem significat rem eandem, vt habet quendam descensum et inclinationem ad alia, vt dicendo homo montanus, et sic de consimilibus. Et quia modi descensus seu inclinationis rei ex sua natura primaria sunt multi et diuersi, propter hoc multe sunt species. 10

Ex hoc ad questionem dicendum est, quod species accidit nomini, quia quicquid aduenit nomini, postquam nomen est in actu vel tempore vel natura vel vtroque modo, hoc accidit nomini. Sed species accidit nomini, postquam nomen est ens in actu vel in tempore vel in natura vel vtroque modo. Ergo species 15 accidit nomini. Maior patet, nam accidentis est aduenticie nature et non est de essentia rei, propter quod aduenit rei, postquam est ens actu vel tempore vel natura vel vtroque modo. Minor patet ex dictis, || quia nomen est nomen in actu per suum modum 54 r1 significandi essentialē generalem, qui est modus habitus seu 20 modus essentie determinate apprehensionis, et nunquam sibi aduenit species et tempore et natura, quia species est modus significandi rem sub esse priori siue in se vel sub esse posteriori siue in descensu a sua natura propria ad aliam rem. Sed constat, quod prior est modus essentie quam modus essentie in se vel 25 in alio, ita quod etiam in tempore potest dici prior, quia modi significandi effectiue sunt ab intellectu. Sed intellectus prius tempore potest intelligere modum essentie quam modum essentie in se vel in alio, ergo etc. Species igitur accidit nomini.

Est tamen intelligendum, quod quamvis species, genus, 30 numerus et vniuersaliter omnes modi significandi posteriores nominis dicantur accidentales, hoc est cum ordine quodam, ita quod de istis modis significandi quidam prius et immediatus aduenit nomini et quidam posterius. Propter quod priores dicuntur modi significandi essentialē speciales, cuiusmodi sunt modi 35 significandi, quos complectitur species nominis, id est modus

¹ Et] Vnde et Br. ⁵ entis] montis Br. id] ut Br. ³⁶ id] ut Br.

appellatiui, modus proprii, modus substantiui, modus adiectui etc. Et intellige, quod modi isti dicuntur essentiales speciales, quia modi essentiales sunt illi, quibus stantibus et non variatis possunt variari modi significandi posteriores. Sed stante modo appellatiui et modo proprii etc. variatio potest fieri penes genus, numerum, casum etc. Ergo modus appellatiui, modus proprii etc. sunt modi significandi essentiales. Speciales autem dicuntur ad differentiam modi significandi essentialis generalis ipsius nominis et quia constituant species sub parte. Vnde per oppositum 10 modus significandi essentialis generalis dicitur generalis, quia generaliter contingit omni nomini et per differentiam ad modos significandi essentiales speciales. Modi autem accidentales dicuntur, quia variantur stantibus invariabiliter modis significandi prioribus. Sed omnes modi significandi aduenientes parti 15 in actu sunt huiusmodi respectu modi significandi essentialis generalis, ideo et omnes respectu ipsius dicuntur modi significandi accidentales. Sed inter modos significandi sic aduenientes parti aliqui postremo adveniunt, propter quod dicuntur omnino accidentales vt genus, numerus, casus etc., quia istis variationis non oportet variari modum significandi essentialem generalem nominis nec modos significandi essentiales speciales eius,

54 r ii propter quod dicuntur modi accidentales || non solum respectu modi significandi essentialis generalis, verum etiam respectu modorum significandi essentialium specialium. Sed modi significandi essentiales speciales, quamquam dicuntur esse modi significandi accidentales respectu primi modi, qui est essentialis generalis, tamen dicuntur modi significandi essentiales per differentiam ad modos significandi penitus accidentales. Vnde ex dictis sequitur, quod in nomine sicut etiam in quibusdam aliis 25 partibus orationis est quadruplex genus modorum significandi. Nam quidam est modus significandi essentialis generalis, vt est modus habitus seu modus essentie, alius est modus significandi essentialis generalis specificus nominis, vt est modus determinate apprehensionis, alii sunt modi significandi essentiales speciales 30 35 vt modus appellatiui, substantiui etc., alii vero sunt modi

5 et] uel Br. 6 modus proprii] om. Br. 18 adveniunt] aduenerunt Br.
32 significandi] om. Br. 35 vero] om. Br.

significandi accidentales vt sunt genus, numerus, casus etc. Species igitur, que complectitur modum appellatiui, modum substantiui etc., quamuis sit modus significandi essentialis specialis respectu modorum penitus accidentalium, tamen accidentalis est respectu nominis vnde nomen, propter quod dici-⁵ mus, quod species accidit nomini.

Ad rationem primam in oppositum. Cum dicitur, quod Donatus non enumeravit speciem inter accidentia nominis, dicendum, quod Donatus non enumeravit speciem inter accidentia nominis, quia minus facit ad constructionem quam alia accidentia ¹⁰ nominis, vel dicendum est et melius, quod Donatus non posuit speciem esse accidens nominis, ita quod sit penitus accidens, perpendens, quod species sit modus significandi essentialis specialis nominis, sed per hoc tamen non excluditur, quin species accidat nomini. ¹⁵

Ad aliud. Cum dicitur, quod modus significandi accidentalis nominis debet esse principium constructionis, verum est vel dispositio vel actualiter. Ad minorem. Cum dicitur, quod species non est principium constructionis, si intelligatur, quod neuter predictorum modorum, dicendum per interemptionem. ²⁰ Et ad probationes dicendum. Cum dicitur primo, quod non potest dari constructio nominis nec cum partibus declinabilibus nec cum partibus indeclinabilibus, cuius principium sit species, dicendum, quod hoc est falsum, quia species principiat constructionem actualiter etiam, vt patet discurrendo per multos modos ²⁵ speciei, quia nomen || appellativum construitur per se cum nomine ^{54 v i} diuiduo, et nomen adiectuum cum nomine substantiuo, et sic de aliis. Ergo species est constructionis principium. Et cum dicitur secundo, quod nullum modum significandi proportionalem possumus dare speciei, dicendum per interemptionem, et ³⁰ causa interemptionis patet ex iam dictis, et patebit melius in sequenti questione.

Ad aliud. Cum dicitur, quod illud est accidens rei, quod ad-

¹ casus] om. Wo. ² modum²] om. Wo. ³ significandi] om. Br. ⁴ penitus] om. Br. ⁵ est] esse Wo. ¹⁷ vel] om. Br. ²² cum] in Wo. ²³ cum] in Wo. ²⁷ nomine] om. Wo.

venit enti in actu contingens sibi non inesse, concedatur. Ad minorem. Cum dicitur, quod species non potest non inesse nominis, dicendum ad hoc per interemptionem. Et ad probationem dicendum, quod quamquam omne nomen sit primitive vel deriuative speciei, hoc tamen non est de necessitate, quia possibile est impositori imponere nomen ad significandum sine quocumque istorum, cum primitiva et deriuativa species non sint de essentia nominis, vt ostensum est.

Juxta hoc proceditur ad secundum, vtrum scilicet species sit principium constructionis, et videtur, quod non, quia omnis modus significandi, qui est principium constructionis, respectius est. Constructio enim non est aliquid absolutum, sed est alicius ad alterum. Nunc autem species non est modus significandi respectius, vt de se patet, quia dato quod dictio numquam ordinaretur cum alia dictione in contextu partium orationis, adhuc posset significare rem suam vel primitive vel deriuative. Ergo species non est principium constructionis.

Item modus significandi, qui est principium constructionis, debet habere aliquem modum significandi sibi proportionalem. Sed speciei, vnde species est, nullus modus significandi proportionatur, quod patet per inductionem in singulis partibus orationis. Species ergo nominis non est principium constructionis.

Oppositum arguitur, quia illud est principium constructio-
nis, quo mutato mutatur constructio. Sed mutata specie mu-
tatur constructio. Ergo species est principium constructionis.

Maior patet, quia ablata seu mutata causa aufertur seu mutatur effectus. Minor declaratur, quia hoc, quod est lapis primitive speciei existens, construitur in ratione suppositi. Si autem aufe-
54 v ii ratur ei primitua species || et significetur eadem res deriuative,
30 dicendo lapideus, non habet constructionem eandem quam prius, ergo etc.

Item omnes modi significandi finaliter dati sunt dictioni propter constructionem. Sed species nominis quidam modus significandi nominis est, vt patet ex dictis. Ergo species est principium constructionis.

3 ad hoc] *om. Wo.*

30 eadem] *om. Br.*

Ad istam questionem intelligendum est, quod sicut dictum est superius, aliquem modum significandi esse principium constructionis, hoc est vel habilitative seu dispositive vel actualiter vel vtroque modo. Tunc ex hoc ad questionem dicendum, quod species nominis est principium constructionis et habilitative seu 5 dispositive et etiam actualiter et immediate principiando constructionem.

Primum sic patet, quia modus ille significandi est principium constructionis habilitando seu disponendo constructibile ad constructionem, qui presupponitur a modis significandi posterioribus et disponit ad modos significandi posteriores, qui per se et actualiter principiant constructionem. Talis autem est modus significandi, qui est species in nomine. Nam species presupponitur a modis significandi posterioribus nominis, puta a genere, numero et casu etc., et isti modi significandi per se et actualiter 15 principiant constructionem, et ad hos modos significandi nominis disponit species in nomine. Ergo species nominis est principium constructionis habilitando seu disponendo constructibile ad constructionem.

Secundum sic patet. Nam ille modus significandi est principium constructionis actu et immediate, qui actualiter proportionatur modo significandi alicuius constructibilis. Sed species proportionatur alicui modo significandi alicuius constructibilis, quod patet inducendo in aliquibus modis speciei. Nam nomen primitive speciei, vt est nomen appellatum, proportionatur per 25 suum modum significandi modo significandi nominis diuidui, et nomen substantium, quod etiam est primitive vel deriuative speciei, per suum modum significandi proportionatur modo significandi adiectui, et sic est de aliis multis modis significandi speciei, quamquam forte non sit hoc verum de omnibus. Species 30 igitur nominis actualiter et immediate est principium constructionis, et sic patet secundum.

Ex hiis autem duobus, que iam dicta sunt, duo sequuntur. Vnum est, quod quamuis species nominis quantum ad omnem modum sui non sit principium constructionis actu et immediate, 35

6 etiam] om. Wo. et immediate] om. Br. 8 significandi] om. Wo. 11 ad] om. Wo. 29 significandi] om. Wo. 34 quamuis] quamquam Br.

vniuersaliter tamen species nominis est principium constructionis disponendo || seu habilitando constructibile ad constructionem. Secundum, quod sequitur, est, quod quando species principiat constructionem habilitando et disponendo constructibile ad constructionem ex eo, quod disponit ad modos significandi posteriores, qui immediate principiant constructionem, tunc dicitur species modus significandi essentialis specialis. Quando autem species principiat constructionem actu et immediate per diuersos modos speciei, vt iam dictum est, et etiam per comparationem ad modum significandi essentialalem generalem, tunc dicitur species modus significandi accidentalis nominis. Vtique tamen modo, vt ostensum est, species est principium constructionis.

Ad primum argumentum in oppositum. Cum dicitur primo, omnis modus significandi, qui est principium constructionis, est respectiuus, potest dici per interemptionem, quia de modis significandi habilitantibus seu disponentibus constructibile ad constructionem non habet hoc veritatem, cuius ratio patet ex dictis; vel potest dici, quod non oportet omnem modum significandi principiantem constructionem esse respectiuum per se, sed vel per se vel per accidens, quia ad constructionem sufficit vnum modum significandi esse illud, quo aliquid dependet, et alium modum significandi in alio constructibili oportet esse illud, quo determinatur dependentia alterius modi, et sic vnum modus est respectiuus per se, alius autem vt videtur non nisi per accidens; vel concedatur illa maior. Ad minorem. Cum dicitur, quod species non est modus significandi respectiuus, dicendum per interemptionem, quia multi modi speciei vt adiectui, diuidui etc. sunt modi respectui per se etc. Et ad probationem. Cum dicitur, quod dato quod dictio nunquam ordinaretur cum alia, adhuc posset significare rem suam primitive vel deriuative, dicendum, quod idem argumentum potes habere de quolibet modo significandi. Si enim dictio numquam construeretur cum alia dictione, adhuc esset alicuius generis, alicuius numeri, alicuius casus, properter quod non valet.

Ad aliud argumentum. Cum dicitur, omnis modus significandi,

3 quod sequitur] *om. Wo.* 7 essentialis] *om. Wo.* 18 hoc] *om. Wo.*

qui est principium constructionis, habet aliquem modum significandi sibi proportionalem, dicendum, quod hoc est verum de modis significandi principiantibus constructionem in actu, sed non habet veritatem de modis significandi habitantibus seu disponentibus constructibile ad constructionem, vt appareat ex 5 dictis; vel concedatur illa maior. Ad minorem. Cum dicitur, quod species nullum habet modum significandi sibi proportionalem, dicendum per interemptionem, nam speciei proportionatur modus significandi aliquis, quod patet, si inducatur in diuersis modis speciei, vt dictum est.

10

De differentiis speciei.

Tunc proceditur ad dubitandum circa differentias speciei, que sunt primitium et derivatiuum, et queruntur duo tantum. Primum est, vtrum primitiuatio et derivatio possint esse in grammatica. Secundum est, || dato quod sic, vtrum scilicet primitiva 55 rii species sit prior deriuativa vel econuerso.

Circa primum sic proceditur et videtur, quod primitiuatio et deriuatio non sint possibilia in grammatica, quia si primitiuatio et deriuatio essent possibilia in grammatica, aut possibilia essent a parte rei aut a parte vocis aut a parte modorum significandi, quia non sunt in plura. Sed primitiuatio et deriuatio non possunt esse a parte rei nec a parte vocis nec a parte modorum significandi. Ergo primitiuatio et deriuatio non possunt esse in grammatica. Maior patet. Minor declaratur. Nam a parte rei non possunt attendi primitiuatio nec deriuatio in grammatica, quia eadem res significatur per primitium et deriuatiuum. Sed eadem res non potest deriuari a se ipsa. Ergo a parte rei non potest attendi primitiuatio et deriuatio in grammatica. Nec a parte vocis, quia a parte illius nichil attenditur in grammatica, quod non est grammaticae considerationis. Sed vox non est grammaticae considerationis saltem per se. Ergo etiam primitiuatio et deriuatio non debent attendi a parte vocis. Nec etiam a parte modorum significandi, quia vnum oppositorum non derivatur ab altero.

16 species] om. Wo. 20 significandi] om. Wo. 25 nec] et Br. 28 attendi] deriuari Br. 33 altero] alio Br.

Sed modi significandi ipsius primitivi et deriuativi sunt oppositi, vt de se patet. Primitiuatio igitur et deriuatio non sunt possibilia in grammatica.

Item primitiuum et deriuatiuum consistunt in ratione prioris et posterioris seu in ratione essendi in se vel in alio. Ex hoc arguitur. Cuius est considerare prius et posterius seu modum essendi in se vel in alio, eius est considerare primituationem et deriuationem. Sed methaphysi et non gramatici est considerare prius et posterius esse in se vel in alio. Ergo primitiuatio et 10 deriuatio considerantur a methaphysico et non a grammatico. Non igitur sunt possibilia in grammatica.

Oppositum arguitur, quia illa sunt possibilia in grammatica et a grammatico per se considerantur, que per se sunt principia constructionis. Sed species primitiva et deriuativa per se sunt principia constructionis, vt liquet ex precedenti questione. Ergo primitiuatio et deriuatio sunt possibilia in grammatica.

Ad istam questionem dicendum est, quod primitiuatio et deriuatio sunt possibilia in grammatica. Cuius ratio est, quia modi significandi sunt possibles, quibus respondent determinati et proportionati modi essendi in re, et qui etiam sunt principia constructionis. Sed primitiva et deriuativa species sunt modi significandi, quibus respondent modi essendi, et sunt etiam principia constructionis. Ergo primitiva et || deriuativa species sunt possibles in grammatica. Maior patet, nam modi significandi non debent esse facti, sed a re accepti, et debent esse principia constructionis vel actualiter vel saltem dispositive. Minor etiam patet ex dictis, quia primitiva species est modus significandi rem sub esse priori, deriuativa autem species est modus intelligendi rem sub esse posteriori. Sed constat, quod istis respondent modi essendi in re vt esse prius et posterius, et item primitiva species et deriuativa sunt principia constructionis vel actu vel dispositive saltem, vt prehabitus est, ergo etc.

Juxta quod est intelligendum, quod cum species consistat in primitivatione et deriuatione, que nichil aliud sunt nisi modus

7 primituationem] primitiuum Wo. 8 deriuationem] deriuatiuum Wo. 14 principia] principium Wo. 17 est] om. Wo. 21 significandi] essendi Br. 22 essendi] significandi Br. etiam] om. Wo. 23 species] om. Br. 34 nisi] quam Br.

significandi rem sub esse priori vel sub esse posteriori, etiam primitiuatio et deriuatio non sunt attendenda a parte vocis in gramatica, quia nec vox nec esse vocis sunt gramaticae considerationis. Item nec debent attendi a parte rei tantum, quia eadem res significatur per primitivam et deriuativam speciem. Idem autem secundum quod idem non potest dici primitiuari et deriuari respectu suimet, et ideo primitiuatio et deriuatio non possunt attendi a parte rei tantum. Nec etiam debent attendi a parte modorum significandi tantum, quia primitivum et deriuativum sunt oppositorum modorum significandi. Vnum autem oppositorum non est ab altero deriuabile. Ergo primitiuatio et deriuatio non debent attendi a parte modorum significandi, sed dicendum est, quod primitiuatio et deriuatio attendenda sunt a parte rei sub suis modis significandi ita, quod res sub esse priori dicatur primitive speciei, res autem eadem sub esse posteriori dicatur deriuative speciei. Et est simile: aqua existens eadem secundum numerum esse habet aliquando in fonte et aliquando in riuo — nam aqua in fonte existit sub esse priori, in riuo autem existens est sub esse posteriori —, propter quod aqua existens in riuo deriuari a se ipsa respectu esse, quod habuit in fonte; similiter res significativa sub esse posteriori deriuative speciei respectu sui ipsius prius existentis sub esse priori.

Circa quod est considerandum, quod cum primitiuatio in gramatica est modus significandi rem sub esse priori et deriuatio est modus intelligendi seu significandi rem sub esse posteriori, quod prius et posterius dicuntur dupliciter. Nam quoddam est prius simpliciter, et quoddam est prius quoad nos, simpliciter aliquid est posterius simpliciter, aliquid autem est posterius quoad nos. Et est illud prius simpliciter, quod est prius secundum naturam suam, vt substantia est prior suis accidentibus et vniuersaliter causa est prior suo effectu. Prius autem quoad nos est illud, quod primo cognoscimus, secundum quem modum dicimus, quod accidentia sunt priora || quoad nos, quia prius cognoscimus ea quam substantiam, et hoc etiam modo quoad nos

¹ sub esse^{2]} om. Wo. ¹⁰ oppositorum^{2]} oppositum Br. ¹² est] om. Br.

¹⁴ suis modis] suo modo Br. ¹⁵ dicatur] om. Br. ³¹ suo] om. Wo. ³⁴ quoad nos] om. Br.

effectus sunt priores suis causis, tamen posteriores sunt simpliciter. Tunc dicendum est, attendendo ad ordinem prioris et posterioris quoad nos potest dici, quod abstractum deriuatur a concreto, quia concretum significat rem entem in alio, abstractum autem significat rem entem in se et in sua natura. Sed prius cognoscimus aliquid in alio quam cognoscimus ipsum in sua natura per abstractionem ab illis, que distinguuntur essentialiter contra ipsum. Nam cognitio nostra a sensibilibus incipit, et ideo si antiqui ad istum ordinem prioris et posterioris aduerterunt et 10 non ad naturam litterarum et sillabarum, dicendo abstractum deriuari a concreto vt fortitudinem ab hoc, quod est fortis, bene dixerunt, et aliter non. Si autem attendamus ad ordinem prioris et posterioris simpliciter, tunc dicendum est concretum deriuari ab abstracto, nam concretum significat rem informantem aliud, abstractum autem significat rem entem in se. Sed naturaliter seu simpliciter est vnumquodque ens prius in se aliquid quam in alio, et ideo simpliciter loquendo de primitiuatione et deriuatione concretum simpliciter dicendum est deriuari ab abstracto, vt hoc, quod est fortis, a fortitudine. Vnde ex hiis, que 15 dicta sunt, patet primitiuationem et deriuationem esse possibles in grammatica.

Ad rationes in oppositum dicendum est. Cum dicitur primo, quod si deriuatio et primitiatio possibles essent in grammatica, aut hoc essent a parte rei aut a parte vocum aut a parte modorum significandi, dicendum, quod nec a parte vocis tantum nec a parte rei tantum nec a parte modorum significandi tantum, sed a parte rei significate sub suis modis significandi. Et ad minorem. Cum dicitur, quod nec a parte vocis nec a parte rei nec a parte modorum significandi attenduntur primitiatio et deriuatio, dicendum, quod hoc est verum accipiendo vnumquodque predictorum precise seu diuerse. Si autem intelligatur, quod primitiatio et deriuatio non possunt attendi a parte rei significate sub suis modis significandi, dicendum per interemptionem. Et ad probationem. Cum dicitur, quod eadem res significatur per 30 primitium et deriuatiuum, verum est sub alia et alia ratione,

5 autem] *om. Br.* 6 ipsum] *om. Br.* 19 vt hoc, quod est] *vti Br.* 23 quod] *om. Wo.* et primitiatio] *om. Br.* 28 a parte²] *om. Wo.* 29 a parte] *om. Wo.*

et ideo nichil prohibet idem derivari a se ipso sub alio et alio esse seu sub alia et alia ratione. Et cum dicitur, quod vnum oppositorum non potest derivari ab altero, hoc est verum, vnde opposita sunt duo, tamen opposita respectu tertii, in quo sunt, bene succedunt sibi, et sic ponimus hic deriuationem, vt patet ex⁵ dictis, ideo etc.

Ad aliud. Cum dicitur, quod primitium et derivatum consistunt in esse priori et || posteriori, concedatur. Et cum dicitur,^{56 r1} cuius ergo est considerare prius et posterius, eius est considerare primitivum et derivatum, concedatur. Et ad minorem. Cum dici-¹⁰ tur, quod metaphysici et non gramatici est considerare esse prius et posterius, dicendum est, quod modus prioris et posterioris possunt considerari dupliciter: Vno modo secundum quod nominant aliquos modos essendi entium seu secundum quod sunt differentie entis, et sic metaphysicus et non grammaticus con-¹⁵ siderat modum prioris et posterioris. Alio modo possunt considerari, vt sunt consignificata partium orationis et vt aliquid faciunt ad modum construendi, et sic grammaticus bene considerat modum essendi prioris et posterioris et per consequens considerabit primituationem et derivationem.²⁰

Juxta hoc proceditur ad secundum, vtrum scilicet species primitiva sit prior quam deriuativa, et videtur, quod deriuativa sit prior, quia in rebus rationis, quod est prius etiam cognitum, prius est simpliciter. Sed primitiva et deriuativa species sunt res rationis, et deriuativa species prius cognoscitur quam primitiva.²⁵ Ergo species deriuativa prior est quam primitiva. Maior patet, quia in rebus rationis idem est esse cognitum et esse simpliciter. Minor declaratur. Nam modi significandi res rationis sunt. Sed primitiva et deriuativa species sunt modi significandi. Ergo sunt res rationis. Item patet secunda pars minoris, quia deriuativa species habet modum concreti et primitiva species habet modum abstracti. Sed prius cognoscitur concretum quam abstractum, ergo etc.

2 et alia] om. Br. dicitur] etiam add. Br. 10 Et] om. Wo. 11 esse] om. Br.
12 est] om. Wo.

21 primitiva] deriuativa Br. 22 deriuativa] primitiva Br. 24 species]
om. Br. 31 species^{2]}] om. Br.

Oppositum arguitur, quia illud est prius, quod est primum. Sed primitiva species est prima etiam respectu deriuative speciei. Ex hoc enim nomen accepit primitiva species, quia non esset primitiva, nisi esset prima respectu etiam deriuative speciei. Ergo ⁵ primitiva species prior est deriuativa specie.

Item talis debet esse ordo in modis significandi, qualis est ordo in modis essendi, cum modi significandi sint accepti a modis essendi. Sed prior est modus essendi, a quo accipitur modus significandi, qui est primitiva species, quam modus essendi, ¹⁰ a quo accipitur deriuativa species saltem secundum ordinem naturalem, quia species primitiva, sicut dictum est, accipitur a modo essendi, secundum quem res est in sua natura primaria absolute sine omni inclinatione et descensu ad res alias; deriuativa autem species accipitur a modo essendi, quo res habet in ¹⁵ clinationem quandam a sua natura primaria ad alias res denominando eas. Sed prior naturaliter est modus essentie in se quam in alio. Ergo primitiva species prior est deriuativa specie.

Oppositum autem vtriusque predictorum sic arguitur. Quando aliqua duo sic se habent, quod vnum illorum non presupponit ^{56 r II} reliquum nec econuerso, vnum || non est prius altero. Sed primitiva et deriuativa species sic se habent, quod vna illarum non presupponit reliquam. Ergo primitiva species non est prior deriuativa specie nec econuerso. Maior patet. Minor declaratur, quia nichil prohibet nomen esse deriuative speciei, dato quod ²⁵ nunquam fuisse impositum aliquod nomen primitive speciei, et econuerso, quare etc.

Item modi significandi ex opposito distincti ad invicem in specie non habent ordinem prioris et posterioris inter se. Sed primitiva et deriuativa species sunt modi significandi ex opposito distincti in specie, vt de se patet. Ergo non habent inter se ordinem prioris et posterioris, quare vnum illorum non est prius altero.

Ad istam questionem intelligendum est, quod prius est illud, quod est propinquius principio, et posterius est illud, quod est

² primitiva] *om. Br.* ^{est]} *om. Br.* ⁵ est] *om. Wo.* ⁶ ordo²] *om. Br.*

¹¹ sicut dictum est] *om. Br.* ¹³ absolute] *om. Br.* ^{descensu]} *dessensu Wo.*

¹⁸ autem vtriusque predictorum] *huius et omnium aliorum Br.*

remotius a principio, vt patet ex quinto methaphysice. Sed principium entium est duplex, scilicet natura rei et intellectus, ex quibus principiis, ita quod per comparationem ad ipsa, accipitur duplex ordo prioris et posterioris, scilicet ordo prioris et posterioris simpliciter et ordo prioris et posterioris quoad nos. Primus autem 5 istorum ordinum dicitur ordo naturalis et secundus ordo est ordo secundum rationem et cognitionem, et ista satis liquent ex dictis in precedenti questione. Quod enim propinquius est rei, prius est ordine naturali, et quod remotius est a re, posterius est ordine naturali. Similiter quod propinquius est virtuti cognoscenti, prius est ordine cognitionis, et hoc est illud, quod prius est cognitum, et per oppositum, quod est remotius a virtute cognoscitiva, hoc est posterius ordine cognitionis, et hoc est illud, quod est posterius cognitum. Et intelligantur hec, que dicta sunt, de ordine cognitionis humane. Ex hiis est ad questionem 15 dicendum, quod ordine reali seu naturali primitiva species prior est deriuativa specie, ordine tamen cognitionis deriuativa species prior est primitiva specie.

Primum sic patet, quia quandocumque fit impositio dictionum sub suis modis significandi secundum ordinem naturalem, qui 20 attenditur in modis essendi per comparationem ad rem ipsam, tunc necessario oportet ordinem modorum significandi esse secundum ordinem modorum essendi, a quibus accipiuntur illi modi significandi. Sed impositio dictionum multarum fit sub modis significandi, qui sunt primitiva et deriuativa species. Ergo 25 ordine naturali illa species est prior, cui correspondet modus essendi prior secundum rem. Sed primitive speciei correspondet modus essendi prior existens naturali ordine quam modus essendi, qui correspondet deriuative speciei, quia modus essendi, a quo accipitur || primitiva species, est modus essendi in se. Modus 56 v1 autem essendi, a quo accipitur deriuativa species, est modus essendi in alio. Sed naturaliter prius est aliquid in se quam in alio. Quare cum esse in se propinquius sit naturaliter essentie

4 posterioris^{1]}] quod est add. Br. 7 est ordo] om. Br. 9 est a re] om. Br.
10 virtuti cognoscenti] virtutis cognoscentis Wo. 15 est] om. Br. 20 secundum] per Br. 33 sit] om. Wo.

rei, manifestum est, quod naturali ordine primitiva species prior est deriuativa specie.

Secundum sic patet, scilicet quod ordine cognitionis deriuativa species sit prior primitua specie: nam ordine cognitionis procedit ab illis, que notiora sunt nobis. Sed ordine cognitionis deriuativa species notior est nobis quam primitiva species, quia prius cognoscitur. Ergo deriuativa species prior est quam primitiva species. Maior patet, quia in cognoscendo et addiscendo non semper procedimus ex illis, que sunt priora in re, sed solum ex illis, que sunt notiora nobis, siue sint in re priora siue posteriora. Nullus enim credit ex minus credibilibus vel ex equaliter credibilibus, sed ex magis credibilibus. Vnde que sunt priora in doctrina, frequentius sunt posteriora in re. Minor etiam patet ex dictis, quia deriuativa species est modus significandi rem per descensum seu inclinationem ad aliam rem. Sed prius cognoscimus aliquid esse in alio quam in se, vt experimur in nobis. Ergo ordine cognitionis deriuativa species prior est primitiva specie, tamen reali seu naturali ordine primitiva species prior est quam deriuativa species.

Ad rationes vtriusque partis dicendum est. Cum dicitur primo, in rebus rationis, quod est prius cognitum, prius est simpliciter, dicendum est, quod rem rationis possumus accipere dupliciter, vel per comparationem ad ipsam virtutem cognoscentem vel per comparationem ad rem, a qua accipitur, que mensura est ipsius virtutis cognoscentis. Primo modo verum est, quod illud, quod est prius cognitum, prius est simpliciter in genere rerum cognitarum, vnde cognite sunt. Secundo autem modo non est verum, quod illud, quod est prius cognitum, prius est simpliciter, scilicet per comparationem ad rem ipsam. Vnde ratio bene probat, quod ordine cognitionis deriuativa species sit prior quam primitiva species, et hoc est concedendum.

Ad aliud. Cum dicitur, illud est prius, quod est primum, dicendum, quod illud est prius reali ordine, quod est primum realiter, et illud est prius ordine cognitionis, quod est primum secundum cognitionem. Et ad minorem. Cum dicitur, quod primitiva

23 cognoscentem] cognoscendi *Br.* 24 ipsius] *om. Br.* 27 non] *om. Br.*
33.34 primum] prius *Br.*

species est prima, verum est realiter quantum ad suum modum essendi, a quo accipitur, et per comparationem ad derivativam speciem, et ideo bene concluditur, quod ordine reali primitiva species sit prior quam deriuativa species.

Ad aliud. Cum dicitur, talis debet esse ordo in modis significandi, qualis est ordo in modis essendi, dicendum, quod talis debet esse ordo naturalis seu realis in modis significandi, qualis est ordo in modis essendi, sed non oportet, quod talis sit ordo cognitionis in modis significandi, qualis est in modis essendi, quia licet vna res habeat multas seu plures proprietates, quarum quedam naturaliter sunt priores et quedam posteriores, tamen in imponendo || vocem ad significandum seu ad consignificandum impositor non semper prius imponit vocem ad significandum sub prioribus proprietatibus naturaliter quam sub posterioribus. Et possibilitas huius est, quia licet ille proprietates inter se habeant ordinem naturalem, quia tamen per essentiam differunt et posterior proprietas prius cognoscitur quam prior, ideo impositor potest imponere rei vocem ad significandum sub posteriori proprietate et prius preter hoc, quod imponat vocem ad significandum sub priori proprietate. 20

Ad aliud. Cum dicitur, quando duo sic se habent, quod vnum illorum non presupponit reliquum, vnum non est prius altero, dicendum, quod aliquid presupponere alterum dupliciter est, vel secundum se et absolute vel per comparationem ad tertium. Et tunc ad minorem. Cum dicitur, quod deriuativa species non presupponit primitivam vel econuerso, potest dici, quamquam deriuativa species non presupponit primitivam speciem nec econuerso secundum se et absolute, tamen per comparationem ad tertium, puta vel ad rem vel ad intellectum, vnum illorum bene presupponit, et hoc in diuersis generibus ordinis, vt dictum est. 25

Ad aliud. Cum dicitur, modi significandi ex opposito ad invicem in specie distincti non habent ordinem prioris et posterioris inter se, dicendum est, quod species distincte ex opposito, quamquam non habeant ordinem prioris et posterioris inter se, tamen per comparationem ad tertium bene ordinem sortiuntur. 30

¹ prima] primum *Br.* ⁶ ordo] om. *Wo.* ¹⁰⁻¹¹ quarum quedam] tamen *Br.*
¹¹ quedam] om. *Br.*

Sic autem est de primitiva et deriuativa specie, quod per comparisonem ad rem vel ad intellectum ordinem habent, non obstante quod inter se distinguuntur ex opposito in specie, ideo etc.

⁵ *De contentis sub differentiis speciei in speciali.*

Post hoc proceditur ad dubitandum in speciali circa contenta sub differentiis speciei hoc ordine, quod primo queretur, vtrum nomen appellatiuum, nomen proprium, nomen adiectiuum et substantiuum etc. sint accidentia nominis, secundo ¹⁰ queretur de vnoquoque illorum secundum ordinem.

Circa primum sic proceditur et videtur, quod nomen appellatiuum, nomen proprium etc. non accidentia nomini, quia secundum intentionem Prisciani quinque sunt accidentia nominis, scilicet species, genus, numerus, figura, casus. Sed ¹⁵ men appellatiuum, nomen substantiuum etc. nichil horum sunt. Ergo nomen appellatiuum, nomen substantiuum etc. non accidentia nomini.

Item arguitur secundum intentionem Donati, qui inter illa, que enumerat pro accidentibus nominis, non ponit nomen appellatiuum, substantiuum etc. Ergo nomen appellatiuum, substantiuum etc. non accidentia nomini.

Item arguitur ratione, quia illa, que sunt modi significandi essentiales nominis, non videntur accidere nomini. Sed nomen appellatiuum, substantiuum etc. sunt modi significandi essentiales nominis. Ergo nomen appellatiuum, proprium, substantiuum etc. non sunt accidentia nominis. Maior patet, quia essentiale et accidentale repugnant. Minor etiam verificatur, quia modus significandi nominis appellatiui, nominis proprii etc. sunt modi significandi essentiales speciales constituentes species ³⁰ sub nomine, ergo etc.

7 speciei] et add. Br. ordine] procedemus add. Br. 8 nomen^{3]}] om. Br.

16-17 Ergo—nominis] Ergo non sunt accidentia nominis Br. 18-30 Item—nominis. Item—ergo etc.] Item—ergo etc. Item—nominis Wo. 20 substantiuum^{1]}] om. Wo. 21 etc.] om. Br. 25-26 nomen—substantiuum] om. Br. 28 nominis^{1]}] om. Wo.

13 Prisc. II 22 (Keil II p. 57). 18 Donati ars grammatica II 2 (Keil IV p. 373).

Oppositum arguitur, quia omne illud, sine quo nomen potest esse complete nomen, si nomini adueniat, || ipsum accidit ^{57 r1} nomini. Sed sine appellatio, proprio, substantio, adiectuo etc. nomen complete potest esse nomen. Nam nomen potest remanere nomen per remanentiam sui modi significandi essentialis genera- ⁵ lis circumscriptis omnibus modis significandi posterioribus, vt habitum est supra. Ergo appellatiuum, substantiuum etc. sunt accidentia nominis.

Item omne illud, quod aduenit alicui, postquam est ens in suo esse specifico et completo, omne tale accidit ei. Sed omnes ¹⁰ modi significandi posteriores nominis, cuiusmodi sunt modus appellatiui, modus substantiui etc. adueniunt nomini, postquam nomen est in suo esse specifico et completo, vt liquet ex supra dictis. Ergo nomen appellatiuum, substantiuum etc. sunt accidentia nominis. ¹⁵

Ad hanc questionem dicendum est, quod nomen appellatiuum, nomen substantiuum etc. sunt accidentia nominis et non solum sunt accidentia nominis, verum etiam separabilia sunt a nomine.

Primum sic patet. Nam species ipius nominis accidit nomini. Sed nomen appellatiuum, nomen substantiuum etc. continentur ²⁰ sub specie. Modus enim appellatiui, modus substantiui, modus proprii, modus adiectiui etc. sunt quidam speciales modi primiuationis et deriuationis. Ergo nomen appellatiuum, proprium etc. sunt accidentia nominis.

Et confirmatur, quod dictum est, quia quicquid est accidens ²⁵ respectu posterioris, multo fortius est accidens respectu prioris. Sed nomen appellatiuum, substantiuum etc. accidentia sunt respectu speciei nominis, que posterior est ipso nomine. Nam de intellectu speciei, vnde species est, nec est nomen appellatiuum nec substantiuum etc. Ergo nomen appellatiuum, substantiuum ³⁰ etc. sunt accidentia respectu nominis.

Juxta quod est intelligendum, quod quamuis modi significandi posteriores nominis seu aliarum partium parti accident,

1 omne] *om. Br.* 2 ipsum] *ei Br.* 3 nominis] *om. Br.* proprio] *om. Wo.*
adiectiuo] *om. Wo.* 5 nomen] *om. Br.* 10 omnes] *om. Br.* 12 etc.] *om. Br.*
13 est] *completum add. Br.* 14 nomen—etc.] *om. Br.* 20 nomen^{2]}] *om. Wo.*
21-22 modus proprii] *om. Wo.* 29 nec] *om. Br.* 30 substantiuum^{2]}] *om. Br.*
33 nominis] *om. Wo.*

tamen hoc est ordine quodam, quia quidam prius et immediatus sibi adueniunt et quidam posterius. Piores autem dicuntur modi significandi essentiales speciales, in cuius signum Petrus Helye formidans appellatium nomen et nomen substantium etc. accidentia nominis appellare exponendo dixit, quod nomen appellatium, nomen substantium etc. sunt accidentia nominis, id est contingentia nominis, verumptamen accidentia sunt respectu ipsius nominis, quamquam non sint accidentia respectu modorum significandi posteriorum, cuiusmodi sunt genus, numerus, figura, casus. Et isti posteriores modi significandi dicuntur accidentales simpliciter in nomine, quia vltimo adueniunt nomini. Et nota, quod dicuntur magis accidentales quam alii modi. Illi enim modi dicuntur maxime accidentales, qui variantur remanentibus modis significandi prioribus non variatis. Sed tales sunt modi significandi, qui sunt genus, numerus etc. et omnes modi vniuersaliter, qui vltimo adueniunt parti respectu modorum priorum, ideo dicuntur penitus accidentales. ||

57 r II Similiter etiam modi significandi essentiales speciales dicuntur accidentales, quia variantur modo essentiali generali non variato, et ideo respectu huius dicuntur accidentales. Vnde ex dictis relinquitur, sicut etiam superius aliqualiter tactum est, quod quadruplex est gradus modorum significandi, quia quidam est modulus significandi essentialis generalis non specificus, alias est modulus essentialis generalis specificus, qui scilicet partem facit esse partem. Tertius est modulus significandi essentialis specialis, qui constituit speciem sub parte orationis. Quartus est modulus significandi accidentalis simpliciter, sicut dicuntur vniuersaliter illi, qui parti vltimo adueniunt. Patet igitur, quod nomen appellatium, substantium etc. accidentia nominis. Nam species quan-

2 posterius] posteriores Wo. 4 nomen^{2]} om. Wo. 5 nominis] noluit Wo.

6 nomen] om. Wo. 13 Illi enim] quia illi Br. 19 accidentales] om. Br.

20 et] om. Wo. huius] eius Wo. 27 dicuntur] sunt Br.

3-4 Petrus Helie fol. 21r: et uide, quod accidentia partium orationis duplíciter dicuntur, partim enim dicuntur uocum proprietates communes, partim secundarie significaciones. Species enim dicitur accidens nomini, quia communis est proprietas omnium nominum ab aliquo deriuari uel a nullo, que proprietas dicitur species, sicut postea demonstrabimus. Numerus uero est tale accidens nomini, quod eius est secundaria significatio.

tum ad omnem modum speciei accidit nomini, ex quo etiam sequitur corollarie, quod diuisio speciei in appellatiuum, proprium etc. est diuisio proprietatis accidentalis nominis in proprietates posteriores.

Secundum sic patet, scilicet quod nomen appellatiuum, proprium etc. sint accidentia separabilia a nomine, quia illa accidentia sunt separabilia a nomine, a quorum intellectibus separatur intellectus nominis, vnde nomen est, quia in rebus rationis idem est esse intellectum et esse simpliciter. Sed intellectus nominis vnde nomen separatur ab intellectu appellatiui,¹⁰ substantiui etc. Experimur enim, quod nomen intelligere possumus non intelligendo nec appellatiuum neque substantium etc. Nomen igitur appellatiuum, substantium etc. sunt accidentia separabilia a nomine, et sic patet secundum.

Ad argumentum primum. Cum dicitur, secundum intentionem¹⁵ Prisciani quinque sunt accidentia nominis, verum est considerando accidentia nominis in genere, specialiter tamen considerando accidentia nominis quantum ad omnia contenta sub illis quinque valde multa sunt accidentia nominis. Et ad minorem. Cum dicitur, quod nomen appellatiuum, proprium, adiectiuum²⁰ etc. non sunt aliquod illorum quinque, dicendum ad hoc per interemptionem pro tanto, quia appellatiuum, substantium etc. continentur sub specie, vt patet ex dictis.

Ad aliud. Cum dicitur, quod Donatus in enumerando accidentia nominis non ponit nomen appellatiuum, substantiuum²⁵ etc., dicendum est, quod Donatus comprehendebat appellatiuum, substantiuum etc. sub qualitate, quam posuit esse accidentis nominis, quam etiam distinxit in qualitatem communem et propriam, ideo etc.

Ad tertium. Cum dicitur, illa, que sunt modi significandi essentiales nominis, non videntur accidere nomini, dicendum, quod illi modi, qui sunt essentiales modi nominis vel sicut modus essentialis generalis nominis vel sicut modus essentialis specifici-

² corollarie] correlarie *Wo Br.* ⁵ proprium] substantiuum *Br.* ⁶ accidentia^{2]}] *om. Wo.* ¹² nec] ut *Br.* ¹³ accidentia] *om. Wo.* ²⁰ adiectiuum] *om. Br.* ²⁶ appellatiuum] adiectiuum *Wo.* ³² vel] sunt *add. Br.*

cus nominis, vnde nomen est, tales modi non accidentur nominis,
57 vi quia sunt de essentia eius in primo modo dicendi per se. || Et
 ad minorem. Cum dicitur, quod appellatiuum, substantiuum
 etc. sunt modi essentiales nominis, si intelligatur, quod sint modi
⁶ essentiales nominis vel sicut modus essentialis generalis nominis
 vel sicut modus specificus eius, dicendum est ad hoc per inter-
 emptionem. Si vero intelligatur, quod sint modi essentiales no-
 minis, quia sunt essentiales speciales, id est facientes speciem sub
¹⁰ parte orationis, que nomen est, hoc est concedendum. Sed hec
 essentialitas non tollit, quin sint modi accidentales simpliciter
 respectu nominis, vnde nomen est, licet sint essentiales respectu
 modorum posteriorum, qui vltimo adueniunt nomini.

De nomine appellatiuo, proprio etc.

De nomine appellatiuo secundum se.

15 **T**unc proceditur ad dubitandum specialiter circa appella-
 tiuum, proprium etc., que continentur sub differentiis speciei,
 et quia omne nomen seu primitive seu deriuative vel fit nomen
 appellatiuum vel proprium, ideo circa ista proponimus aliqua
 inquirere et secundum hunc ordinem, quod primo queremus
²⁰ circa nomen appellatiuum et circa nomen proprium, secundo
 descendemus ad contenta sub istis de vnoquoque eorum se-
 cundum ordinem dubitando. Item primo queremus circa nomen
 appellatiuum, quia communis est, ad plura enim se extendit.
 Secundo queremus circa nomen proprium. Adhuc circa nomen
²⁵ appellatiuum primo queremus de ipso secundum se, secundo in
 comparatione ad nomen proprium et ad constructionem. Adhuc
 circa nomen appellatiuum secundum se queremus duo. Primum
 est, vtrum nomen appellatiuum secundum quod appellatiuum
 sit gramatice considerationis, secundum, a qua proprietate rei
³⁰ accipiatur modus significandi nominis appellatiui.

Circa primum sic proceditur et videtur, quod nomen appella-
 tiuum non sit gramatice considerationis, quia grammaticus

⁶ est] *om. Wo.* ⁸ speciem] species *Wo.* ¹¹ respectu²] *om. Br.*

¹⁹ inquirere] inquirenda *Br.* ²¹⁻²² secundum ordinem] *hoc ordine Br.*
²⁹ rei] *om. Wo.*

nichil considerat nisi illud, quod vel est principium constructionis vel constructibile vel constructio ipsa. Sed nomen appellatum non est principium constructionis, quia nullam constructionem talem dare potes, cuius principium sit nomen appellatum. Nec nomen appellatum est constructibile, quia constructibile vnde 5 huiusmodi habet modum significandi, cui proportionalis est modus significandi in alio constructibili. Sed modo significandi nominis appellatiui nullus modus proportionatur, quod patet per inductionem. Item nomen appellatum non est ipsa constructio, vt de se patet. Ergo nomen appellatum non est gramatice con- 10 siderationis.

Item nomen appellatum significat rem suam per modum abstracti a condicionibus indiuiduantibus. Nomen enim appellatum naturaliter est commune multorum. Ex hoc arguitur. Cuius non est considerare modum abstrahendi, eius non est con- 15 siderare nomen appellatum. Sed gramatici non est considerare modum abstrahendi rem a condicionibus indiuiduantibus, nam hoc ad naturalem pertinet. Ergo gramatici non est considerare nomen appellatum.

Preterea nomen appellatum et vniuersale sunt idem. Sed 20 vniuersale non est gramatice considerationis, ergo nec nomen appellatum.

Oppositum arguitur, quia omnis species nominis et vniuersali-
ter omne illud, quod est principium constructionis per suum
modum significandi, est gramatice considerationis. Sed nomen 25
appellatum est species nominis, vt patet per actores gramatice,
et etiam nomen appellatum est principium constructionis
per suum || modum significandi, vt patebit postea. Ergo nomen 57 v II
appellatum est gramatice considerationis.

Ad istam questionem dicendum est, quod nomen appellatum, 30
quod naturaliter est commune multorum, potest considerari
multipliciter. Vno enim modo potest considerari, secundum quod
ens est seu vna differentia entis, et sic metaphysicus considerat
nomen appellatum, secundum quod est ens commune seu
vniuersale est, quia metaphysicus considerat ens et omnem: 35

³⁰ est] om. Br.

differentiam entis. Sed commune seu vniuersale est differentia entis, secundum quod ens est, quia omne ens aut est vniuersale aut particulare. Ergo methaphysicus hoc modo considerat nomen appellatiuum.

- 5 Alio modo potest considerari nomen appellatiuum, secundum quod est ens abstractum per principia, que requiruntur ad modum abstrahendi, et sic naturalis considerat nomen appellatiuum, quia naturalis philosophi est considerare abstrahibile, abstrahens illa, a quibus fit abstractio, et vniuersaliter illa, que
¹⁰ requiruntur ad esse abstractum ad hoc, quod fiat intelligibile in actu, vt patet ex tertio de anima. Sed nomen appellatiuum, secundum quod appellatiuum est, est abstractum, quia significatum nominis appellatiui tales condiciones habet, secundum quod experimur, quod abstractum est a condicionibus indiuiduantibus, et quod eius nature non repugnat esse in multis, et quod circa naturam eius nichil implicatur, quod non pertinet ad totam speciem, et etiam quod natura eius non appropriatur vnicō indiuiduo. Naturalis igitur id, quod est nomen appellatiuum, hoc secundo modo considerat.
- 20 Tertio modo potest considerari id, quod est nomen appellatiuum seu nomen commune, in quantum in ipso fundantur intentiones, que sunt principia modi arguendi, et sic logicus nomen appellatiuum seu nomen commune considerat, quia logicus habet considerare modum arguendi et principia modi arguendi et
²⁵ vniuersaliter omnia illa, quorum diuersificatio modum arguendi diuersificat. Sed nomen appellatiuum seu nomen commune principium est modi arguendi, secundum quod in ipso fundantur intentiones secunde, que principia modi arguendi sunt. Nam in nomine appellatiuo fundatur ratio generis, ratio speciei, differē
³⁰ rentie etc., que modum arguendi diuersificant. Sicut enim in nomine communi, cuius nature non repugnat esse in pluribus, fundatur alia et alia ratio communitatis, vt iam dictum est, ita alia et alia ratio communitatis est principium alterius et alterius

3 aut] est add. Br. 11 ex] in Wo. 23 commune] om. Br. 29 differentie] om. Wo.

11 De anima III, 7. 431a.

modi arguendi, et ideo logicus hoc tertio modo nomen appellatiuum considerat.

Quarto modo potest considerari nomen appellatiuum, secundum quod per suos modos || significandi principium est constructionis, et sic gramaticus nomen appellatiuum considerat.⁵ Nam gramaticus habet considerare omnem modum significandi, qui principium est constructionis vel disponendo vel actualiter principiando constructionem, et vniuersaliter omne illud, quod attributionem habet ad modum construendi. Sed modi significandi nominis appellatiui sunt principia constructionis. Diversificant enim constructionem vel habilitando vel actu principiando constructionem. Nam in nomine appellatiuo sunt duo, est enim nomen et nomen appellatiuum. Quantum ad id, quod nomen est, est principium constructionis habilitando constructibile ad constructionem per modum significandi, vt visum est supra. In quantum autem nomen appellatiuum est, principium est constructionis actualiter, vt cum dicitur omnis homo, non enim bene dicitur omnis Socrates. Gramaticus igitur hoc quarto modo nomen appellatiuum considerat.

Ad rationem primam in oppositum. Cum dicitur, gramaticus nichil considerat nisi illud, quod vel est constructibile vel constructio ipsa vel principium constructionis, concedatur. Et ad minorem. Cum dicitur, quod nomen appellatiuum non est principium constructionis, dicendum ad hoc per interemptionem. Et tu dicas, quod non potest dari constructio, cuius principium sit nomen appellatiuum; dicendum, quod falsum est, quia nomen appellatiuum, vnde appellatiuum est, per suum modum significandi est principium huius constructionis, que est nominis appellatiui cum nomine diuiduo, dicendo omnis homo.

Item cum dicitur, quod nomen appellatiuum non est constructibile, negandum est. Et cum dicitur, quod non habet modum significandi, cui proportionalis est modus significandi in alio constructibili, dicendum, quod falsum est, quia modo significandi nominis appellatiui proportionatur modus significandi distributiui siue nominis diuidui.³⁵

4 est] om. Br. 13 est²] om. Br. 16 est constructionis] constructionis, est Br.
28 huius] om. Br. 29 dicendo] cum dicitur Wo.

Ad aliud. Cum dicitur, quod nomen appellatiuum significat rem suam per modum abstracti a condicionibus indiuiduantibus, concedatur. Et cum dicitur, cuius non est considerare modum abstrahendi, eius non est considerare nomen appellatiuum, ⁵ dicendum ad hoc per interemptionem, quia cuius non est considerare modum abstrahendi, eius bene est considerare nomen appellatiuum, secundum quod principium argumentationis vel secundum quod principium constructionis est. Verumtamen cuius non est considerare modum abstrahendi, eius non est considerare nomen appellatiuum sub ratione esse abstracti, et 10 ideo ratio bene probat, quod gramatici non est considerare id, quod est nomen appellatiuum, secundum quod habet rationem esse abstracti, quod est concedendum.

Ad aliud. Cum dicitur, quod nomen appellatiuum et vniuersale sunt idem, potest dici, quod sunt idem subiecto, sed ratione differunt et hoc diuersis modis, vt dictum est. Ad minorem. Cum dicitur, quod gramaticus non considerat vniuersale, verum est, secundum quod est differentia entis vel secundum quod habet esse abstractum vel secundum quod est principium arguendi; 20 ipsum tamen bene considerat, secundum quod principium constructionis est, ideo etc.

Juxta hoc proceditur ad secundum, scilicet a qua proprietate in re accipitur modus significandi per modum communis, et reducendo questionem ad formam logicalem queritur, vtrum modus significandi nominis appellatiui accipiatur a modo essendi || ^{58 r II} per modum communis pluribus vel a modo essendi rei, vnde res est, vel etiam a modo essendi forme sub tali vel tali gradu, et arguitur primo, quod non accipiatur a modo essendi per modum communis pluribus, secundo quod non accipiatur a modo essendi rei vnde res est, tertio quod non accipiatur a modo forme sub tali vel tali gradu forme.

Primum arguitur sic, quia ab illo, quod nichil est in re, ab illo nullus modus significandi accipi potest, tunc enim ille modus significandi esset figmentum. Sed modus essendi per modum

⁸ est] om. Br. ¹⁴ vniuersale] commune Wo. ¹⁸ est] om. Br. ²⁰ quod] om. Wo. ²¹ est] om Br.

²² secundum] tertium Br. ²⁷ est] om. Br. ³⁰ est] om. Br.

communis pluribus nichil est in re, quia quicquid est in re, particolare est. Ergo modus significandi nominis appellatiui non accipitur a modo essendi per modum communis pluribus.

Item si modus significandi nominis appellatiui acciperetur a modo essendi per modum communis pluribus, tunc multe positiones vere essent false. Consequens falsum est et ergo et antecedens. Consequentia patet, quia propositio falsificatur non solum ex repugnantia rerum significatarum, verum etiam ex repugnantia modorum significandi, quod patet dicendo album est albedo, vel Socrates est homines, et sic de consimilibus. Sed si modus nominis appellatiui acciperetur a modo essendi per modum communis pluribus, iam dicendo Socrates est homo, Plato est homo, predicaretur homo sub modo significandi repugnante Socrati. Socrates enim non est homo communis pluribus. Ergo modus significandi nominis appellatiui non accipitur a modo essendi per modum communis pluribus.

Oppositum arguitur, quia modus significandi vniogenee nature est cum modo essendi, quia idem sunt substantialiter, vt ostensum est supra. Sed nomen appellatiuum commune est et significat per modum communis pluribus. Ergo modus essendi, a quo accipitur, debet esse modus essendi per modum communis pluribus.

Secundo arguitur, quod modus significandi nominis appellatiui non accipiatur a modo essendi seu a proprietate rei vnde res est, quia si hoc esset verum, tunc omne nomen esset appellatiuum. Sed consequens est falsum, ergo et antecedens. Et patet consequentia, quia quodlibet nomen rem significans habet modum essendi, quo significatum suum res est, quare, cum posita causa debet poni effectus, sequitur, quod omne nomen sit appellatiuum, quod falsum est, ideo etc.

Oppositum arguitur, quia modus significandi nominis appellatiui modus abstracti est ab omnibus illis, que non ingrediuntur essentiam eius. Sed talis modus non est nisi modus rei, vnde res est. Ergo modus significandi nominis appellatiui accipitur a proprietate seu a modo essendi rei vnde res est.

Tertio arguitur, quod modus significandi nominis appellatiui

12 homo] uel add. Br. 23 Secundo] Tertio Br.

non accipiatur a modo essendi forme sub tali vel tali gradu forme, quia tunc esset ponere gradus in formis, quod falsum est vel inopinabile, quia contra opinionem plurium est.

Oppositum arguitur, nam modo significandi nominis appellatiui debet aliiquid || correspondere in re, et diuersis modis nominis appellatiui seu nominis communis debet correspondere alius et alius modus essendi. Sed alium et alium modum communis habet genus seu nomen generale vt animal, et alium modum habet nomen speciale vt homo, quod non esset, nisi ei correspondentes diuersi modi formarum participabilium a pluribus. Nec valet, si dicatur, quod diuerse operationes correspondent istis diuersis constructionibus, quia ex hoc sequeretur, quod non posset haberi intellectus essentialis generis et speciei, sicut patet pertractanti, quod falsum est. Quare relinquitur, quod modus significandi nominis appellatiui seu nominis communis accipitur a modo essendi forme sub tali vel tali gradu.

Ad istam questionem dici potest, quod proprietas, a qua accipitur modus significandi nominis appellatiui, est modus essendi seu proprietas rei vnde res est. Ad cuius intellectum est notandum, quod res secundum quod res precedit seipsam, in quantum communicabilis est pluribus, et seipsam precedit, in quantum particularis est. Intellectus enim simplicior est, qui intelligit rem, secundum quod res est, quam ille, qui intelligit rem, secundum quod communicabilis est pluribus vel vt particularis est, et similiter est in modis significandi, quod modus ille simplicior est, qui est modus significandi rem vt res quam ille modus significandi rem, vt est communicabilis pluribus vel vt particulata est. Si ergo debeamus dare nomini appellatiuo modum significandi, qui competit vniuersaliter nominibus appellatiuis, non est aliquis modus significandi nisi modus significandi rei vnde res est, secundum quod sibi non repugnat esse in pluribus vel particulatam esse. Cuius probatio est, nam dictio, secundum quod ponitur in oratione, non debet recipere innovationem in

1 vel] sub add. Br. 5 correspondere] respondere Br. 6 seu nominis communis] om. Wo. correspondere] respondere Br. 9 nomen] modum Wo. 11 correspondent] respondent Br. 16 vel] sub add. Br. 23 est] om. Br. 23-24 secundum quod] ut Br. 24 est] om. Br. 25 similiter] sic Wo. 26 ille] om. Br. 29 competit] competit Br. 31 est] om. Br.

suo modo significandi. Sed modo est ita, quod aliquod nomen appellatiuum positum in oratione habet modum significandi rem, vt res est, vt hoc nomen homo, cum dicitur homo est species, quia constat, quod hoc, quod est homo, non habet modum significandi per modum communis pluribus. Nam nullus homo est species nec omnis homo potest esse species. Item nec hoc, quod est homo, habet modum particularis. Ergo si modus vnum significandi debeatur omnibus nominibus appellatiuis, et cum nullus alius modus significandi || nomini appellatiuo, vnde ^{58vii} appellatiuum est, possit conuenienter assignari, igitur modus significandi, qui constituit nomen appellatiuum, est modus significandi rem, vnde res est, secundum quod sibi non repugnat esse in pluribus vel in vno solo. Modus igitur significandi nominis appellatiui acceptus est a modo essendi rei, vnde res est, secundum quod sibi non repugnat esse in pluribus vel in vno solo. ¹⁵

Juxta quod sunt duo intelligenda. Primum est, quare nomen appellatiuum sic nuncupatum est. Secundum est, quomodo distinguuntur nomina appellatiua.

Circa primum est intelligendum, quod nomen appellatiuum dictum est appellatiuum, quia appellare idem est quam vocare. ²⁰ Rei autem signatae sub modo significandi nominis appellatiui, qui dictus est, competit vocatio, que est respectu ad sua supposita, et ex hoc dictum est, quod terminus communis habet appellatiua, que sunt supposita, pro quibus accipitur de se terminus aptitudinaliter. Actualiter autem accipitur pro ipsis per ²⁵ aduentum signi distributivi seu nominis diuidui.

Juxta secundum est intelligendum, quod cum modus significandi nominis appellatiui sit modus rei vnde res, cui non repugnat esse in pluribus aut in vno solo, tunc diuersitas nominum appellatiuorum accipi debet penes diuersitatem illius modi ³⁰ significandi, qui generaliter loquendo potest diuersificari tot modis, quot modis alicui non repugnat esse in multis vel in vno solo, et hoc secundum quod huiusmodi diuersitas aliquid facit ad diuersitatem constructionis. Propter quod posset dici sine

⁶ potest esse] est Wo. species] specie Br. item] ita Br. ⁷ si] cum Br.

⁸ significandi] om. Wo. omnibus] om. Wo. ⁹ nominis] in nomine Wo.

¹² est] om. Br. ¹³ igitur] nominis add. Br. ¹⁴ est²] om. Br. ¹⁷ est¹]

om. Br. ²⁰ est¹] om. Br. ³³ diuersitas] om. Br.

mortalii peccato, quod realiter et radicaliter loquendo diuersitas nominum appellatiuorum seu nominum communium reduci habet ad diuersitatem, que est rei sub diuersis formarum gradibus, vel saltem ad diuersitatem seu ad pluralitatem operationum, vt 5 plures dicunt, cuius inquisitio dimittatur ad presens, quia alias discussum est. Concedatur igitur, quod modus significandi nominis appellatiui non accipitur a modo essendi per modum communis, sicut probauerunt rationes adducte.

Ad rationes in contrarium est dicendum. Cum dicitur primo, 10 quod modus significandi debet esse nature vngenee cum modo essendi, hoc est verum, quod modi essendi et modi significandi debet esse proportio, sicut eiusdem ad se ipsum est proportio 59.11 sub esse priori et sub esse posteriori. Si autem absolute || intelligatur maior, falsa est, quia cum aliquid sit in causa et effectu, 15 non oportet, quod sit in utroque eodem modo, quamquam idem sit in utroque. Nam effectus est in sua causa virtute, est autem in se ipso formaliter. Sic etiam modus communis est in intellectu formaliter et est in re virtute ita quod sub alio esse, et ideo non oportet, quod modus appellatiui seu modus communis 20 acceptus sit a modo essendi per modum communis.

Ad aliud. Cum dicitur, si modus significandi nominis appellatiui acciperetur a modo essendi rei unde res, tunc omne nomen esset appellatiuum, dicendum ad istam consequentiam per interemptionem, si intelligatur, quod modus appellatiui accipiatur a 25 modo essendi rei, unde res est, secundum quod sibi non repugnat esse in pluribus vel in uno solo. Et ad probationem. Cum dicitur, quod omne nomen habet significatum per modum essendi rei, unde res est, si intelligatur hoc, quod omne nomen habet significatum suum per modum rei, vt res est, cui non repugnat esse in multis et in uno solo, dicendum ad hoc per interemptionem, quia nominibus propriis repugnat hoc et solum nomini appellatio conuenit, ideo etc.

Alia argumenta, que tangunt gradus formarum, dimittantur

2 nominum²] om. Wo. **4** ad diuersitatem seu] om. Wo. **8** probauerunt] probant Br. **9** contrarium] oppositum Br. **10-11** cum modo essendi] om. Wo. **11** essendi] significandi Br. significandi] essendi Br. **14** cum] si Br. sit] est Br. **19** modus²] om. Br. **20** acceptus] conceptus Br. **25** est] om. Br. **28** unde] vt Br. **31** nominibus] omnibus Br.

ad presens, quia alias satis de hoc in aliis ueritas dilucidata est. Expedit tamen sine dubio, quod ponatur materia illa in directo oculorum aspectu cuiuslibet volentis in philosophia veritatem cognoscere.

*De nomine appellatiuo in comparatione ad nomen
proprium et ad constructionem.*

5

Tunc proceditur ad dubitandum circa nomen appellatiuum in comparatione ad nomen proprium et ad constructionem, et circa hoc queruntur duo. Primum est, vtrum nomen appellatiuum et nomen proprium differant secundum speciem. Secundum est, vtrum nomen appellatiuum per suum modum significandi sit principium constructionis.

Circa primum sic proceditur et videtur, quod nomen proprium et nomen appellatiuum non differant in specie, quia distincta nomina in specie habent distinctas constructiones in specie.¹⁵ Sed nomen proprium et nomen appellatiuum non habent distinctas constructiones in specie. Ergo nomen appellatiuum et nomen proprium non differunt in specie. Maior patet, quia cum idem secundum idem semper sit natum facere idem, ergo diuersa secundum quod diuersa semper sunt nata facere diuersa. Minor²⁰ declaratur per hoc, quod in quaecumque constructionem ponit nomen proprium, in eandem ponit nomen appellatiuum, quamquam forte non sit econuerso, ergo etc.

Item idem secundum quod huiusmodi non differt a se ipso in specie. Sed vnum et idem nomen potest esse nomen proprium²⁵ et nomen appellatiuum, vt est hoc, quod est magnus, secundum quod adiectuum est, appellatiuum est, secundum autem quod substantiuum est, sic est nomen proprium. Ergo nomen proprium et nomen appellatiuum non differunt in specie.

Preterea. Sicut se habet res ad rem, ita modus ad modum.³⁰ Sed res subiacentes modis significandi || nominis proprii et nominis appellatiui non differunt in specie. Socrates enim et homo

1 ad presens] *om. Wo.* de hoc] *om. Wo.*

14 nomen] *om. Wo.* 18 Maior patet] *om. Br.* 21 per hoc] *om. Wo.*
22 quamquam] *quam Br.* 26 est¹] *om. Br.*

non differunt in specie. Ergo nomen appellatum et nomen proprium non differunt in specie.

Oppositum arguitur, quia omnia opposita differunt secundum rationem et speciem, quod patet per inductionem. Sed nomen appellatum et nomen proprium distinguuntur ex opposito, quod patet per Priscianum et alios actores gramatice. Ergo nomen proprium et appellatum differunt in specie.

Ad istam questionem dicendum est, quod nomen proprium et nomen appellatum differunt in specie gramatice loquendo. Cuius ratio est, quia illa nomina gramatice loquendo differunt in specie, quorum modi significandi differunt in specie. Sed modi significandi nominis proprii et nominis appellatiui differunt in specie. Ergo nomen proprium et nomen appellatum differunt in specie. Maior patet, quia distinctio partium orationis et spe-
cierum sub parte est per distinctionem modorum significandi. Minor declaratur, quia quecumque proprietates seu modi essendi rerum, a quibus accipiuntur modi significandi, differunt secundum speciem de necessitate, sicut patet ex supra dictis. Sed modi essendi, a quibus accipiuntur modi significandi nominis proprii et nominis appellatiui, differunt in specie. Nam modus essendi, a quo accipitur modus significandi nominis appellatiui, est modus rei vnde res, secundum quod sibi non repugnat esse in pluribus nec in uno solo. Modus autem, a quo accipitur modus significandi nominis proprii, est modus rei, secundum quod sibi repugnat indifferentia essendi in pluribus et in uno solo. Sed constat, quod isti modi distinguuntur directe ex opposto. Nam nomen appellatum secundum rationem suam diuisibile est in multa supposita. Nomen autem proprium est indivisi-
bile in supposita, propter quod dicitur indivisum., ergo etc.
Nomen igitur proprium et appellatum differunt in specie.

Et confirmatur, quod dictum est, quia quecumque differunt in arte, differunt secundum speciem, eo quod nulla scientia des-

⁷ differunt in specie] *om. Br.* ⁸ istam] *hanc Br.* ¹⁶ proprietates] *proprietas Br.* modi] *modus Br.* ¹⁸ speciem] *et modi significandi ab illis accepti* differunt secundum speciem add. *Wo.* ¹⁹ modi²] *modus Br.* ²⁰ proprii] *appellatiui Br.* et] *modus significandi add. Br.* appellatiui] *proprii Br.* ³⁰ in specie] *om. Br.* ³² secundum] *om. Br.*

6 Prisc. II 24-25 (Keil II p. 58).

cendit ad indiuidua. Sed nomen proprium et nomen appellatiuum differunt in arte grammatica, differunt enim ratione et effectus grammaticales diuersificant. Ergo nomen appellatiuum et nomen proprium differunt secundum speciem.

Ad rationem primam in oppositum. Cum dicitur⁶, quod distincta nomina in specie habent distinctas constructiones in specie, ad hoc potest dici per interemptionem, quia solum illa, que habent modos significandi distinctos actu principiantes constructiones, illa solum habent distinctas constructiones. Sed si modi significandi illorum habilitant ad constructiones, non oportet, quod actu habeant distinctas constructiones, sed solum dispositio, vt liquet ex dictis, vel concedatur maior. Et tunc ad minorem. Cum dicitur, quod nomen appellatiuum et nomen proprium non habent distinctas constructiones, dicendum per interemptionem. Et ad probationem. Cum dicitur, quod in quamcumque constructionem ponit nomen proprium, in eandem ponit nomen appellatiuum, posset dici ad hoc per interemptionem, quia cum nomen proprium significet per modum indiuisibilis et indiuisi, tunc est possibile habere aliquod signum, quod denotet hanc indiusionem, || quam conuenienter potest construere cum indiuiduo. Sed constat, quod additio huius signi repugnat nominis appellatiuo, secundum quod appellatiuum est. Item nominis appellatiuo debetur constructio cum signo diuiduo. Sed constat, quod additio signi seu nominis diuidui repugnat nominis proprio, ergo etc.^{25 v i}

Ad aliud. Cum dicitur, quod idem secundum quod idem non differt a seipso in specie, concedatur. Et ad minorem. Cum dicitur, quod idem est nomen proprium et appellatiuum, dicendum, quod hoc est equiuoce, quia magnus potest dicere vel extensio nem secundum quantitatem vel secundum virtutem, vel potest dicere nomen proprium alicuius. Sed constat, quod hoc est per aliam et aliam rationem, quare etc.²⁵

Ad aliud. Cum dicitur, sicut se habet res ad rem, ita modus ad modum, dicendum ad hoc per interemptionem, quia hec propositio falsa est et in essendo et in causando, quia quamvis res

⁶ in²] om. Wo. 9 constructiones] om. Br. 10 significandi] om. Wo. 17 ad hoc] om. Wo. 19 et indiuisi] om. Wo. 22 est] om. Br. 29 vel] om. Br. 30 secundum virtutem] cum virtute Br. 32 quare] ideo Br. 34 ad hoc] om. Br.

non sit sine re, tamen modus bene est sine modo. Et item quamvis res sit causa rei, tamen modus non est causa modi, sed res et intellectus. Vnde quamvis res sub modis significandi nominis proprii et appellatiui non distinguantur in specie, tamen ad distinguendum modos significandi in specie sufficit distinctio apud intellectum.

Tunc proceditur ad secundum, vtrum scilicet nomen appellatiuum per suum modum significandi sit principium constructionis, et videtur quod non, quia si nomen appellatiuum per suum modum significandi esset principium constructionis, tunc aliquam constructionem haberet nomen appellatiuum, quam non haberet nomen proprium. Sed consequens falsum est, vt dicitur communiter, ergo et antecedens. Consequentia patet, quia sicut vnum constructibile differt ab alio per suum modum significandi, ita distinete principiat constructionem. — Tu forte dices ad hoc duo. Primum est, quod nomen appellatiuum habet constructionem cum verbo pluralis numeri in ratione suppositi, vt dicendo homines currunt. Sed talem constructionem non potest habere nomen proprium dicendo Socrates currunt. Ergo nomen appellatiuum habere potest constructionem, quam nomen proprium non habet nec potest habere. Item dices tu, quod nomen appellatiuum potest habere constructionem cum obliquo vt dicendo asinus Socratis, et non nomen proprium vt dicendo Brunellus Socratis. Ergo non est verum dicere, quod nomen appellatiuum nullam constructionem habet, quam non habet nomen proprium.

Contra primum arguitur sic. Modus significandi pluraliter et modus significandi nominis appellatiui sunt modi significandi distincti. Sed modus significandi pluraliter principium est constructionis cum verbo pluralis numeri. Inter enim suppositum et appositum reperitur proportio modorum. Ergo modus significandi nominis appellatiui non est principium talis constructionis.

Contra secundum opponitur, quia dubium assumitur. Que est enim ratio, propter quam hanc non dicis ita constructam Bru-

7 Tunc] Juxta hoc Br. 13 patet] hoc add. Br. 28 significandi^{2]} om. Wo.

29 pluraliter] om. Br. 31 reperitur] requiritur Br. modorum] numerorum Br.
34 dicis] dicit Wo.

nellus Socratis sicut hanc asinus Socratis? Constat, quod huius rationem non potes dare bonam, || ideo etc. Nomen ergo appellatum per suum modum significandi non est principium constructionis.^{59 v II}

Oppositum arguitur, quia omnis res, que ordinatur ad aliquem finem, aliquo modo est causa et principium illius finis. Sed modus significandi datur dictioni finaliter propter constructionem. Ergo si nomen appellatum habet modum significandi, ipsum per suum modum significandi est principium constructionis.

Ad istam questionem dicendum est, quod nomen appellatum est principium constructionis dupliciter, et dispositive et actualiter. Primum patet sic, quia quicquid disponit ad principium immediatum constructionis, ipsum principiat constructionem dispositive, quia quod disponit ad causam, disponit etiam ad effectum. Sed nomen appellatum per suum modum significandi ad numerum pluralem disponit. Omnis enim numerus pluralis in nomine presupponit modum significandi nominis appellatiui, quia nomen proprium non potest esse numeri pluralis. Ergo modus nominis appellatiui disponit ad numerum pluralem. Sed constat, quod numerus pluralis est per se et immediate principium constructionis. Ergo sequitur, quod nomen appellatum per suum modum significandi est principium constructionis dispositive, et sic patet primum.

Secundum sic patet, scilicet quod nomen appellatum per suum modum significandi sit principium constructionis actu aliter et immediate, quia principium constructionis actu et immediate est illud, quod per se habet rationem termini vel dependentie, et hoc est illud, quod requirit actualem proportionem cum alio. Et ratio huius est, quia ratio principii ratio respectiva est. Ratio autem respectiva ratio relativi est. Ratio autem relativi est esse in ratione dependentis vel in ratione terminantis, et ideo quod est principium constructionis actualiter, vel habet rationem termini actualiter vel rationem dependentis actualiter. Sed nomen diuiduum sicut est hoc, quod est omnis vel nullus, significat per modum dependentis ad alterum diuidentis ipsum.³⁵

7 propter] per Br. 19 nominis] om. Wo. 33 termini] principii Br.

Sed nichil significat per modum termini et diuisibilis respectu huiusmodi dictionis nisi solum nomen appellatiuum. Nam sicut in signo diuiduo sunt duo, vnum scilicet, quo est adiectiuum, et aliud, quo est diuiduum, ita in nomine appellatiuo sunt duo, ⁵ vnum scilicet, quo est substantiuum, et aliud, quo est appellatiuum diuisibile in plura supposita, et ideo omnimoda proportio modorum significandi est inter nomen appellatiuum et nomen diuiduum. Nomen ergo appellatiuum est actualiter et immediate principium constructionis.

- ¹⁰ Et confirmatur, quod dictum est, quia quilibet effectus habet reduci in suam causam, et specialis effectus in specialem causam et proximam. Sed constructio nominis diuidui cum alio est effectus quidam. Ergo habet reduci in causam suam specialem et proximam. Sed illam non potes dare nisi proportionem modi ^{60 r. 1} significandi nominis appellatiui || cum modo significandi nominis diuidui. Ergo modus significandi nominis appellatiui est principium actuale et immediatum constructionis.

Ad rationem in oppositum. Cum dicitur, si nomen appellatiuum esset principium constructionis, tunc nomen appellatiuum ²⁰ posset habere aliquam constructionem, quam non haberet nomen proprium, concedatur. Et cum dicitur, quod consequens est falsum, dicendum ad hoc, quod consequens verum est. Et ad probationem, cum dicitur, quod vsus tenet hoc communiter, dicendum est, quod hoc non est vsus, sed abusio.

²⁵ Ad aliud. Cum dicitur, quod nomen appellatiuum habet constructionem cum verbo pluralis numeri in ratione suppositi, dicendum, quod hoc non habet ratione nominis appellatiui, sed ratione nominis vnde est pluralis numeri.

Ad aliud. Cum dicitur nomen appellatiuum habet constructio-
³⁰ nem cum obliquo et non nomen proprium, dicendum ad hoc per interemptionem. Juxta quod est intelligendum, quod constructibile proportionale genitiuo casui est dictio significandi rem suam vt alterius, et modus ei proportionalis est modus significandi, vt cuius est alterum. Sed iste eque bene contingit nomini pro-
³⁵ prio sicut appellatiuo, ergo etc.

13 suam] om. Br. 23 communiter] conuenienter Br. 34 eque] om. Br.

De nomine proprio.

Post hec proceditur ad dubitandum circa nomen proprium, et circa ipsum queremus tria. Primum est, vtrum modus significandi nominis proprii accipiatur ab aliqua rei proprietate. Secundum est, vtrum modus significandi nominis proprii possit 5 esse principium constructionis. Tertio ad euidentiam dicendorum queretur, vtrum nomen proprium possit esse adiectiu[m].

Circa primum sic proceditur et videtur, quod modus significandi nominis proprii non accipiatur ab aliqua proprietate rei, quia si modus significandi nominis proprii acciperetur ab aliqua 10 proprietate rei, tunc acciperetur a proprietate, secundum quam aliquid est indiuiduum. Sed talem proprietatem non potes dare, quia in indiuiduo non sunt plura quam materia et forma et condicione[s] indiuiduantes. Sed modus proprii nominis non accipitur a modo essendi materie nec a modo essendi forme, quia ista 15 pertinent ad speciem, que non est indiuidua de se, vt hic loquimur de indiuiduo. Nec modus significandi nominis proprii accipitur a modo essendi sub condicioneibus indiuiduantibus, et hoc propter duo, tum quia non omnibus nominibus propriis contingunt principia indiuiduantia vt deo et vniuersaliter intelligentiis, tum etiam quia nomen indiuidui non significat condiciones indiuiduantes. Modus igitur significandi nominis proprii non accipitur ab aliqua proprietate in re.

Item eadem res potest significari per nomen proprium et per nomen appellatiuum, vt homo et Socrates significant vnam et 25 eandem rem. Tunc arguitur. Vna et eadem res non potest habere oppositas proprietates. Sed modus significandi nominis appellatiui et modus significandi nominis proprii sunt oppositi. Ergo si modus significandi nominis appellatiui accipiatur ab aliqua proprietate rei, vt videtur, modus significandi nominis proprii 30 non accipietur ab aliqua proprietate rei.

Oppositum arguitur, quia nullum eorum, que docentur in scientia, debet esse figmentum intellectus. Tota enim scientia

2 hec] ea Br. 5 Secundum est] Secundo Br. 6 Tertio] Tertium Wo.

14 nominis] om. Wo. 15 essendi^{1]}] om. Br. 16 loquimur] loquitur Wo.

19 nominibus] principiis Br. 24-25 per nomen] om. Wo.

nostra est causata a rebus, vt scribitur libro de causis. Sed etiam modus significandi nominis proprii docetur in gramatica. Ergo ^{60 r II} non debet esse figmentum, || quia figmento nichil respondet in re. Ergo, vt videtur, modus significandi nominis proprii accipitur ⁵ ab aliqua proprietate rei.

Ad cuius intellectum est notandum, quod res, secundum quod res, non est vniuersalis nec indiuiduata, sed esse vniuersale contingit sibi per esse intellectum, esse autem indiuiduale debetur sibi per esse extra intellectum. Sed tunc est difficultas, quid est ¹⁰ illud in re extra intellectum, quod facit eam esse indiuidualem?

Et circa hoc est notandum, quod cum corporale et incorporele non sint eiusdem rationis, tunc cum aliqua indiuidua sint corporalia, aliqua autem incorporalia, non possunt dici indiuidua esse per vnam rationem, quia intelligentia per illud idem, per ¹⁵ quod est intelligentia, per illud idem est indiuiduata, et hoc est actus seu forma; propter quod non est possibilis multiplicatio indiuiduorum sub vna specie in intelligentiis, quia quelibet habet totum illud et non plus quam quod requiritur ad suam speciem, vnde etiam quelibet intelligentiarum est sua species. Sed indiui-²⁰ dua corporalia aliquid addere videntur supra speciem, scilicet significationem per principia indiuiduantia. Propter quod, vt videtur, proprietas indiuidui, qua indiuiduum est in rebus corruptibilibus, est modus essendi rei sub condicionibus indiuiduantibus. Vnde illud, quod est commune saltem secundum ana-²⁵ logiam indiuiduo corruptibili et indiuiduo incorruptibili, est proprietas essendi, secundum quam repugnat alicui esse in multis et secundum quam alicui contingit esse vni soli.

Ex hoc formatur ratio. Modus significandi dictionis accipitur a proprietate rei, secundum quam aliquid contingit vni soli et ³⁰ secundum quam rei repugnat esse in multis, cui rei et nulli alii contingit esse in uno solo et cui repugnat esse in multis. Sed modus significandi nominis proprii est huiusmodi, quod per ipsum nomini proprio contingit esse in uno solo et per ipsum repugnat sibi esse in multis. Ergo modus significandi nominis proprii ³⁵ accipitur a proprietate rei, secundum quam res contingit vni

³ non] om. Wo. ⁴ modus] modo Wo. ⁶ est] om. Br. ^{quod]} om. Wo.

¹⁰ indiuidualem] indiuisibilem Br. ¹³ aliqua] alia Wo. ¹⁴ esse] om. Wo.

²⁷ alicui] aliquid Br. ^{esse]} om. Br. ²⁹ aliquid] res Br.

soli et secundum quam ei repugnat esse in pluribus, et hec proprietas secundum analogiam quandam debetur rei corruptibili et rei incorruptibili.

Et confirmatur, quod dictum est, quia nomini proprio || debe- ^{60 v1}
tur modus significandi, quo distinguitur ex opposito in specie ⁵
contra nomen appellatium et qui etiam accipitur ab opposita
proprietate rei contra proprietatem rei, a qua accipitur modus
significandi nominis appellatiui. Sed iste modus significandi est
modus, secundum quem res contingit vni soli et secundum quam
ei repugnat esse in pluribus, quare etc. ¹⁰

Juxta quod est intelligendum, quod cum modus significandi
nominis proprii competat tam rei corruptibili quam incorrup-
tibili, hinc est, quod tam res corruptibilis quam incorruptibilis
potest significari per nomen proprium.

Item cum modus significandi nominis proprii, qui dictus est, ¹⁵
competat tam substantie quam accidentibus singulis, hinc est
etiam, quod sicut contingit habere propria nomina substantia-
rum, ita possibile est habere propria nomina accidentium. Quam-
quam autem aliqua nomina accidentium sint imposita, vt pro-
pria nomina locorum, non tamen omnibus propriis accidentibus ²⁰
sunt nomina imposta. Modus igitur nominis proprii acceptus est
ab aliqua proprietate rei.

Ad primum argumentum in oppositum. Cum dicitur primo,
si modus significandi nominis proprii acciperetur ab aliqua pro-
prietate rei, tunc acciperetur a proprietate, secundum quam ali- ²⁵
quid est indiuiduum, concedatur. Et ad minorem. Cum dicitur,
quod talis non potest dari, dicendum ad hoc per interemptio-
nem, quia in re incorruptibili accipitur modus significandi no-
minis proprii a modo essendi forme seu actus, in rebus autem
corruptilibus accipitur a modo essendi sub condicionibus ³⁰
indiuiduantibus. Et tu dicis, quod indiuiduum non significat
principia indiuiduantia. Nec oportet, tamen indiuiduum re-
spectum habet ad principia indiuiduantia, ideo etc.

Ad aliud. Cum dicitur, quod eadem res potest significari per
nomen proprium et appellatum, dicendum, quod verum est, ³⁵

7 rei] om. Br. 10 ei] sibi Br. 12 rei] om. Br. 13 res] om. Wo. 15 qui
dictus est] om. Wo. 21 nominis] om. Wo. 22 ab aliqua] a Wo. 27 ad hoc]
om. Wo.

sed non eodem modo significatur appellatiue et proprie. Et cum dicitur, quod eadem res non potest habere oppositas proprietates, verum est, nisi hoc sit per comparationem ad diuersa, et ideo, si eadem res significetur appellatiue et proprie, hoc est per comparationem ad diuersa, quia nomen appellatiuum significat rem suam simpliciter abstractam ab omni eo, quod non pertinet ad totam speciem, nomen autem proprium significat rem per modum vnius solius in numero, quod est extra rationem speciei, ideo etc.

Juxta hoc proceditur ad secundum, vtrum scilicet nomen ¹⁰ prium per suum modum significandi sit principium constructionis, et videtur quod non, quia omnis modus significandi, qui est principium constructionis, requirit proportionem cum alio modo significandi. Sed non potes dare aliquem modum significandi proportionalem modo significandi nominis proprii, saltem ¹⁵ adhuc non est datus. Ergo nomen proprium per suum modum ⁶⁰ significandi || non est principium constructionis.

Item ille modus significandi non est principium constructionis, quo ablato adhuc potest remanere omnis species constructionis. Sed ablato modo significandi nominis proprii adhuc potest ²⁰ remanere omnis species constructionis et transitiva et intransitiua, partium declinabilium et partium indeclinabilium et partis declinabilis cum parte declinabili, vt patet intuenti. Ergo modus significandi nominis proprii non est principium constructionis.

Oppositum arguitur, quia que differunt in specie, debent ²⁵ habere effectus distinctos in specie. Sed modus significandi nominis proprii differt a quocumque alio modo significandi in specie. Ergo debet habere distinctum effectum in specie. Sed ille effectus non est nisi constructio, cuius principium est modus significandi nominis proprii. Ergo modus significandi nominis proprii ³⁰ est principium constructionis.

Ad hanc questionem dicendum est, quod nomen proprium per suum modum significandi est principium constructionis dispositive saltem. Secundo dico, quod nomen proprium per suum

3 hoc] om. Br. 8 in] om. Br.

12 alio] om. Wo. 13 potes] potest Wo. 19 adhuc] om. Br. remanere] manere Br. 29 Ergo] Igitur Wo.

modum significandi potest principiare aliquam constructionem in actu.

Primum sic patet, quia quod disponit ad actuale et immediatum principium alicuius constructionis prohibens fieri constructionem ei oppositam, illud est principium constructionis saltem ⁵ dispositive. Sed modus significandi nominis proprii disponit ad actuale et immediatum principium constructionis prohibens fieri constructionem ei oppositam. Ergo nomen proprium per suum modum significandi est principium constructionis disposituum. Maior patet, quia disponens ad causam disponit ad effectum et ¹⁰ tollit oppositum effectus. Minor etiam est euidens, quia modus significandi nominis proprii disponit ad singularem numerum, qui principiat constructionem actu.

Item modus significandi nominis proprii prohibet dictionem, cuius est construи cum alia dictione pluraliter, quia prohibet dic- ¹⁵ tionem esse pluralis numeri, et sic disponit ad actuale et immediatum principium alicuius constructionis prohibens fieri constructionem illi oppositam, ideo etc.

Secundum patet, quia sicut nomen appellatiuum significat per modum rei, que communicabilis est, quia multiplicabilis est per ²⁰ multa, ita nomen proprium significat per modum non multiplicabilis seu per modum indiuisi et indiuisibilis. Sed nomini appellatiuo debetur actualiter constructio cum nomine diuiduo, quod significat per modum diuidentis et denotat nomen appellatiuum actu teneri multiplicatum in supposita. Ergo similiter nomini ²⁵ proprio, vnde significat per modum indiuividuati seu appropriati, correspondere poterit aliquid denotans illam indiuisionem, et tale signum imponibile est, quamquam non sit impositum.

Et confirmatur, quod dictum est. Nam videmus, quod nomen appellatiuum indifferens est ad hoc, quod teneatur pro nomine ³⁰ appellatiuo vel pro nomine proprio. Cuius signum est, quia aliquando tenetur pro appellatiuo dicendo homo est species, aliquando pro supposito seu nomine proprio, quod denotat pronomen demonstratiuum || dicendo iste homo, aliquando etiam pro omni- ^{61 r1}

1 aliquam] om. Br. 5 ei] illi Br. 8 ei] illi Br. 9 significandi] om. Br.

17 alicuius] om. Wo. 18 illi] constructioni add. Br. 19 Secundum] Item Br.

20 est, quia] et Wo. est²] om. Wo. 22 seu] sed Br. 23 quod] quia Br.

28 est] om. Br. 33 supposito seu] om. Wo.

bus suppositis, quod denotat signum diuiduum dicendo omnis homo. Ergo si pronomen demonstrativum denotat circa nomen appellativum acceptiōnem eius pro vno supposito seu pro nomine proprio, similiter etiam aliquid poterit denotare in diuīsione nominis proprii, et sic patet secundum, quia hoc dicimus actu principiare constructionem, cui correspondet actualiter aliquod immediatum principium constructionis. Modo autem significandi nominis proprii possibile est, quod correspondeat aliquod principium constructionis actu, quia nomen proprium significat ⁶ per modum appropriati vni soli seu per modum indiuisi. Modus autem significandi alicuius denotantis illam indiuisionem constat, quod ei proportionatur actu, ideo etc.

Ad argumentum in oppositum est dicendum. Ad primum. Cum dicitur, omnis modus significandi, qui est principium constructionis, requirit proportionem cum alio modo significandi, verum est, si principiat constructionem in actu, si autem principiat constructionem dispositive, non oportet, et tunc potest dici, quod modus significandi nominis proprii principiat constructionem dispositive solum, et ideo non oportet, quod habeat modum ¹⁵ significandi proportionalem sibi, vel concedendo, quod nomen proprium per suum modum significandi principiat constructionem in actu, dicatur ad minorem per interremptionem, quia modus significandi alicuius denotantis indiuisionem nominis proprii modo significandi nominis proprii proportionatur. Et tu ²⁰ dicas, quod talis modus significandi nondum est datus, dicendum, quod possibilis est, ideo etc.

Ad aliud. Cum dicitur, quod ille modus significandi non est principium constructionis, quo ablato adhuc potest remanere omnis species constructionis, concedatur. Ad minorem. Cum dici-²⁵ tur, quod ablato modo significandi nominis proprii remanere potest omnis species constructionis, dicendum per interemptionem, nam tollitur saltem constructio nominis proprii, vnde est singularis numeri, ad quem singularem numerum disponit modus significandi nominis proprii, vel dicatur, quod ablato

⁶ correspondet] respondet *Br.* actualiter] *om. Wo.* ⁸ est] *om. Wo.* corresponds] respondeat *Br.* ¹² proportionatur] apponatur *Wo.* ¹³ est] *om. Wo.* ¹⁹ solum] *om. Wo.*

modo significandi nominis proprii tollitur quedam constructio nominis proprii cum aliquo denotante indiuisionem seu appropriationem nominis proprii, ideo etc.

Tunc proceditur ad tertium ad maiorem evidentiam dicendorum, et est questio, vtrum nomen proprium possit esse⁹ adiectium, et videtur, quod non, quia illud, quod solum reperitur in nomine appellatiuo, illud non reperitur in nominibus propriis. Sed solum nomen adiectuum reperitur in nominibus appellatiuis, quod patet inducendo in singulis nominibus adiectiuis positis a Prisciano. Ergo nomen proprium non potest esse¹⁰ adiectium.

Item dicit Priscianus, quod omnia nomina adiectiua significant accidentia. Sed propria nomina non significant accidentia, sed substantias. Ergo nomen proprium non potest fieri adiectiuum.¹⁵

Oppositum arguitur, quia illud est possibile proprio nomini, ad quod proprium nomen habet repugnantiam nullam per suum modum significandi, per quem est proprium nomen. Sed nomen proprium per suum modum significandi non habet repugnantiam || ad essendum adiectiuum, quia adiectiuum significat per^{61 r II} modum inherentis seu per modum dependentis ad alterum. Sed nomini proprio non repugnat dependere ad alterum. Ergo nomen proprium bene potest esse adiectiuum.

Item sicut contingit reperire substantiam sub modo substantie appropriatam et indiuiduatam, ita contingit reperire acci-²⁵ dens sub modo accidentis particulatum et indiuiduatum seu appropriatum, quare, vt videtur, nomen proprium potest esse adiectiuum.

Ad hanc questionem dicendum est, quod nomen proprium potest esse adiectiuum. Juxta quod est intelligendum, quod, sicut³⁰ patet ex dictis, modus significandi nominis proprii est modus

9 inducendo] *om. Wo.* 14 nomen—adiectiuum] etc. *Wo.* 17 nomen] non add. *Br.* nullam] *om. Br.* 24 reperire] *om. Br.* 26 particulatum] particulatam *Br.* 26-27 indiuiduatum seu appropriatum] indiuiduatam seu appropriatam *Br.*

10 Prisc. II 28 (Keil II p. 60).

appropriati vni soli, modus autem significandi adiectui est modus concreti seu modus dependentis ad alterum. Ex hiis sic. Cui sunt compossibles modus significandi per modum appropriati vni soli et modus significandi per modum adiacentis seu dependentis ad alterum, illud possibile est simul esse et proprium nomen et adiectuum. Sed proprio nomini bene sunt compossibles modus significandi nominis propriae et modus significandi nominis adiectui, ut in hoc, quod est Achilleus. Hoc enim nomen Achilleus significat eandem rem quam significat hoc, 10 quod est Achilles, et eam significat per modum dependentis seu adiacentis alteri. Ergo nomen proprium potest esse nomen adiectuum.

Juxta quod est notandum, quod cum nomini proprio non repugnat esse adiectuum et adiectuum significat per modum 15 adiacentis alteri, tunc quot modis potest aliquid adiacere alteri, tot modis etiam nomen proprium potest fieri adiectuum. Hoc autem est multis modis, vel quia aliquid adiacet alteri sicut suo effectui vel sicut sue possessioni vel aliquibus aliis modis, ut dicendo Aristotelicum, Priscianicum, vel quia opus seu effectus 20 Aristotelis vel eius possessio.

Secundo est intelligendum, quod cum nomen proprium existens adiectuum significet per modum dependentis ad alterum, et cum hoc non solum contingat nomini proprio significanti substantiam, verum etiam nominibus propriis aliorum generum significantium qualitatem ut hoc aliquid vel quantitatem ut hoc quantum etc., 25 ideo vniuersaliter nomina propria possunt fieri adiectua ut dicendo Aristotelicum, hoc quantum, hoc quale, per que circumloquimur propria nomina quantitatis et qualitatis, et Rō 61 v i manus, quod est proprium nomen || adiectuum proprium locum 30 significans, et sic de aliis.

Tertio est intelligendum, quod nomina propria non sint ita frequenter imposta in concretione sicut in abstractione. Causa huius est, quia nomina in concretione significant per modum adiacentis, et sic significant per modum accidentis. Accidens autem

1 appropriati] appropriatus *Br.* 5 illud] illo *Br.* 9-10 hoc, quod est] *om.* *Wo.*
 16 fieri] esse *Wo.* 25 vt¹] aut *Wo.* 28 quantitatis] quantitate *Br.* qualitatis] qualitate *Br.* 31 Tertio] Tertium *Br.* quod] quare *Br.* 32 imposta] importata *Br.* 34 et sic—accidentis] *om.* *Wo.*

non habet indiuisionem per se, sed per suum subiectum, sicut etiam accidenti non debetur nisi per suum subiectum. Ideo propria nomina magis significantur in abstractione quam in concretione. Nota etiam, quod propter eandem causam magis sunt imposita nomina nominibus propriis significantibus substantias 5 quam accidentia. Nomen igitur proprium potest esse adiectuum.

Ad primum argumentum in oppositum. Cum dicitur, quod reperitur solum in nominibus appellatiuis, non reperitur in nominibus propriis, concedatur. Et ad minorem. Cum dicitur, quod nomen adiectuum reperitur solum in nominibus appellatiuis, 10 dicendum ad hoc per interemptionem. Et cum probatur hoc per inductionem in nominibus adiectiuis positis a Prisciano, dicendum, quod Priscianus aliquando posuit nomina propria esse adiectua ut Priameus et Achilleus, vel potest dici, quod Priscianus et vniuersaliter priores actores gramatice considerantes ap- 15 propriationem seu indiuisionem contingere substantie per se, aliis autem per accidens, ideo magis imposuerunt nomina rebus substantialibus et hoc in abstractione magis quam in concretione.

Ad aliud. Cum dicitur, quod Priscianus dicit, quod omnia 20 nomina adiectua significant accidentia, potest dici ad hoc per interemptionem, quia multa nomina adiectua significant substantias vt Petrinus, Achilleus, Aristotelicus, Priscianicus etc. Saluando tamen Priscianum, cum dicit, quod omnia nomina adiectua significant accidentia, dicendum ad hoc, quod est 25 verum vt in pluribus. Vel potest dici, quod omnia nomina adiectua significant accidentia, id est per modum accidentis, quia significant per modum dependentis, et modus dependentis videatur esse modus accidentis, ideo etc. Item ad minorem. Cum dicitur, quod nomina propria significant substantias, dicendum 30 per interemptionem, si vniuersaliter intelligatur, vel potest dici,

1 sicut] nec add. Br. 2 non] om. Br. 3 magis] om. Wo. 4 propter] per Br.
8 appellatiuis] et add. Br. 17 imposuerunt] imposuere Wo. posuerunt Br.
20 quod¹] om. Br. 21 ad hoc] om. Wo. 23 Petrinus] patronus Br. Priscianicus] om. Wo. 25 ad hoc] om. Wo. 26 omnia nomina adiectua] om. Wo.
28 significant] om. Wo. 28-29 et—etc.] om. Wo. 30 nomina] omnia Br.

13 Prisc. I 53) Keil II p. 39). 20 Prisc. II 28 (Keil II p. 60).

quod huiusmodi nomina propria vt plurimum imposita sunt substantiis, causa autem visa est supra.

De nomine substantiuo.

Postmodum proceditur ad dubitandum circa contenta sub nomine proprio et sub nomine appellatiuo, et quia tam nomen proprium quam nomen appellatiuum diuiditur per substantiuum et adiectiuum, vt patet ex supra dictis, ideo primo queretur circa nomen substantiuum et circa nomen adiectiuum et secundo de contentis sub eisdem. Adhuc primo dubitamus circa nomen substantiuum et nomen adiectiuum, secundum quod reperiuntur in nominibus appellatiuis. Secundo dubitamus de eis, secundum quod inueniuntur in nominibus propriis. Quia au-
61 v 11 tem prius est aliquid ens in se quam ens in alio, || ideo prius queremus de nomine substantiuo et secundo de nomine adiectiuo.
16 Item adhuc primo de nomine substantiuo, secundo de contentis sub ipso. Et circa nomen substantiuum queremus duo. Primum est, a qua proprietate rei accipitur modus significandi nominis substantiui. Secunda questio est, vtrum nomen substantiuum per suum modum significandi distinguitur a nomine adiectiuo
20 secundum speciem.

Prima igitur questio est, a qua proprietate rei acceptus sit modus significandi nominis substantiui, quam consueuimus vocare modum per se stantis seu substantis modum. Et quia omne substans vel habet modum substandi, secundum quem 25 dicimus materiam substare forme, vel habet modum substantis, quo dicimus substantiam compositam substare accidentibus, ideo queretur, vtrum modus significandi nominis substantiui accipiatur a proprietate materie informate, id est a modo essendi aggregati, vel a proprietate materie non informate, id est accepte 30 preter omnem informationem. Et arguitur primo, quod accipiatur

6 nomen²] om. Wo. 7 supra] om. Wo. 8 substantiuum] adiectiuum Wo. circa nomen] om. Wo. adiectiuum] substantiuum Wo. 10 substantiuum] proprium Wo. adiectiuum] substantiuum Wo. 11 in] om. Br. 15 primo] om. Wo. 17 accipitur] sumitur Wo. 18 Secunda questio est] Secundo Wo.

23 vocare modum] om. Wo. 25 habet modum substantis] om. Wo.

a modo substanti composite, quia modus substanti est modus per se stantis seu modus per se entis. Ab illo igitur accipitur modus substanti, quod per se stat vel per se existit, ita quod per priuationem cuiuslibet cause aliene. Sed tale per se existens non est materia preter informationem, sed substantia ⁵ composita. Ergo modus significandi substanti accipitur a modo essendi substantie composite.

Contra. Modus substanti videtur accipi a modo substanti. Sed nichil est, quod ita nec tantum substatis sicut materia, quia omne, quod substatis, per naturam primi substantis substatis, quod ¹⁰ est materia. Nam ipsa substatis forme substantiali, et aggregatum ex materia et forma substantiali substatis accidentibus et deinde accidentis accidenti, ut superficies colori, et sic materia est primum substans. Modus igitur substanti accipitur a modo substanti materie.

15

Oppositorum arguitur utriusque istorum, quia deus et intelligentia et anima substantia sunt, sed non habent modum materie nec modum substantie composite, ut de se patet. Ergo modus substanti non accipitur a modo substanti materie nec substantie composite.

20

Item albedo et universaliter accidentia significata in abstractione nec habent modum essendi materie nec modum substantie composite, et tamen sunt substantia. Non igitur modus substanti accipitur a modo essendi materie nec a modo essendi substantie composite.

25

Ad istam questionem dicenda sunt duo. Primum est, quod modus significandi nominis substanti non accipitur a modo essendi materie nec a modo essendi substantie composite. Secundo dico, quod modus substanti accipitur a modo essentie in se.

30

Primum sic patet, quia modus significandi nominis substanti debet competere omni contento sub nomine substantio. || Sed nec modus materie nec modus substantie composite competit omni contento sub nomine substantio, quia deo, intelligentia

² est] om. Wo. modus²] om. Wo. 3 vel] quod add. Br. 4 cuiuslibet] om. Wo.

6 significandi] om. Wo. 7 essendi] substandi Br. 9 sicut] om. Wo. 10 substati¹] stat Br. 12 substatis] ex add. Wo. 17 modum] om. Br. 18 modum]

om. Wo. 22 modum²] om. Wo. 24 essendi²] om. Wo. 28 essendi²] om. Wo.

62 r 1

tie, anime et albedini neuter dictorum modorum competit. Ideo modus substantiui nec est modus substandi materie nec modus substandi materie composite.

Et confirmatur, quod dictum est, quia si modus substantiui esset modus substandi materie, tunc non habens modum substandi materie non esset substantium, quod falsum est. Similiter si modus substantiui esset modus substandi substantie composite, tunc non habens modum substandi substantie composite non esset substantium, quod falsum est. Et patet falsitas vtriusque, ideo etc.

Preterea. Si per modum substantiui intelligatur modus substandi, quo materia substat forme, vel modus substandi, quo substantia composita substat accidentibus, tunc illud, quod non habet modum substandi, quo materia substat forme, vel modum, quo substantia composita substat accidentibus, non esset nomen substantium. Sed nomina incorporalia vt anima et deus etc. et vniuersaliter accidentia in abstractione non habent modum substandi, quo materia substat forme vel substantia composita accidentibus. Ergo huiusmodi nomina non essent nomina substantiua, quod cum falsum sit, ideo etc.

Secundum sic patet, quia ab illa proprietate rei accipitur modus significandi nominis substantiui, qua posita ponitur substantium et qua ablata aufertur substantium et que conuenit omnibus contentis sub nomine substantiuo, ex qua etiam redditur causa omnium effectuum omnium nominorum substantiiorum. Sed talis est proprietas in re, secundum quam dicimus aliquid habere essentiam in se. Ergo modus substantiui accipitur a modo essendi in se. Maior patet de se. Vnde et philosophus dicit quarto phisicorum, quod tunc pulcherrime determinatur vnumquodque, cum ex eo potest reddi causa omnium apparentium de re. Minor declaratur, nam vbiunque ponitur modus essentie in se, ibi ponitur substantium, quod patet inducendo.

1 neuter] neutrum Br. 7 substandi] om. Br. 8 substandi] om. Wo. 11 per modum substantiui] modus substantiui Wo. 12 modus substandi] om. Wo. 14 modum²] om. Wo. 16 anima et deus] deus, anima Br. 19 nomina²] om. Wo. 23 qua] illa Br. substantium] om. Wo. que] om. Br. 25 omnium²] om. Br. 27 se] re Wo. 28 essendi] essentie Br. 29 quarto] decimo Br. determinatur] diffinitur seu declaratur Br. 32 ibi] om. Wo.

Nam dicendo materia, forma, homo, deus, angelus, quantitas, albedo etc., vnumquodcumque istorum intelligitur, vt habet essentiam in se distinctam ab omni alio, et si ab aliquo istorum tollas modum essendi in se, tunc tolles ei esse substantium.

Item modus essentie in se contingit omnibus contentis sub nomine substantiuo. Ex hac etiam proprietate redditur causa omnium constructionum nominum substantiuorum, vnde substantia sunt, quia omnia habentia || modum essendi in se construi possunt et constructione intransitiua personarum, que est constructio adiectiu cum substantiuo, et possunt construi et constructione intransitiua actuum, que est substantiu seu suppositi cum adiectiuo. Modus igitur substantiu accipitur a modo essendi in se.

Est autem intelligendum, quod dico modus essendi in se ad remotionem illorum, que habent essentiam in alio, cuiusmodi sunt concreta, que distinguuntur formaliter contra substantia, vt patebit consequenter.

Secundo est intelligendum, quod modus essentie in se non est vnius rationis secundum vniocationem. Nam deus, intelligentia, compositum, forma, materia et albedo non habent essentiam secundum eandem rationem vniuocam, sed sicut ens in se dicitur secundum analogiam ad ens primum, quod primo est ens in se, ita modus essentie in se secundum analogiam dictus primo contingit enti, cui primo debetur essentia, et ex consequenti aliis. Ex quo sequitur, quod nomina substantia non sunt substantia per eandem rationem vniuocam, sed secundum analogiam eo modo, quo dictum est. Ratio pro hac parte concedenda est.

Ad primam rationem in oppositum. Cum dicitur, modus substantiu est modus per se stantis seu modus per se existentis, dicendum, quod si intelligis per modum per se stantis seu per modum per se existentis modum entis seu modum essentie in se,

¹ angelus] *om.* *Wo.* ³ ab omni] a quolibet *Br.* ⁴ tunc] *om.* *Wo.* ⁸ essendi] essentie *Br.* ¹⁰ et²] *om.* *Wo.* ¹² adiectiuo] apposito *Br.* ¹³ essendi] essentie *Br.* ¹⁴ essendi] essentie *Br.* ¹⁸ est¹] *om.* *Wo.* ²¹ sicut] secundum *Br.* ²² adj aut *Wo.* ²³ dictus] *om.* *Wo.* ²⁴ debetur] contingit *Wo.* ²⁵ substantia²] nomina *Wo.* ²⁸ Cum dicitur] *om.* *Wo.* ²⁹ modus²] *om.* *Wo.* ³⁰ stantis] entis *Wo.* ³¹ modum³] *om.* *Br.*

tunc concedendum est, si autem aliter, dicendum est per interemptionem, et ratio interemptionis visa est.

Ad aliud. Cum dicitur, quod modus substantiui accipitur a modo substandi, dicendum est similiter, quod non est verum, nisi per modum substandi intelligas modum essentie in se, vt dictum est. Patet igitur, quod nomen substantium significat per modum essentie in se.

Juxta hoc proceditur ad secundum, vtrum scilicet nomen substantium distinguatur a nomine adiectiuo secundum speciem, et videtur quod non, quia per accidentia nominum non differunt nomina in specie. Sed substantium et adiectuum sunt accidentia nominum. Ergo nomen substantium et adiectuum non differunt secundum speciem.

Item aliquid vnum et idem non differt a se ipso in specie. Sed idem potest esse substantium et adiectuum. Ergo adiectuum et substantium non differunt secundum speciem. Maior patet. Minor declaratur, quia hoc, quod est magnus, est adiectuum et substantium. || — Preterea illa nomina non differunt secundum speciem, quorum modi significandi non accipiuntur a rebus distinctis secundum speciem. Sed modus significandi nominis substantiui et adiectui bene competit eidem rei secundum speciem, vt dicendo albus et albedo. Nomen igitur adiectuum et substantium non differunt in specie.

Oppositum arguitur, quia que differunt per differentias non materiales, illa differunt in specie. Sed nomen adiectuum et nomen substantium differunt per differentias non materiales sed formales, que non se simul compatiuntur, vt de se patet, quare etc.

Item quecumque differunt et non differunt secundum speciem, illa sunt indiuidua eiusdem speciei. Sed nomen substantium et adiectuum non sunt indiuidua alicuius speciei. Ergo differunt plus quam indiuiduum. Hoc autem non est nisi quia

9 distinguatur] distinguitur *Wo.* 11 nomina] accidentia *Br.* substantium] nomen adiectuum *Br.* adiectuum] substantium *Br.* 15-16 adiectuum et substantium] *om. Wo.* 20 substantiui] adiectui *Br.* 21 adiectui substantiui *Br.* 22 vt] quod patet *Br.* 25 illa] *om. Wo.* 25 . 26 nomen] *om. Wo.* 27 compatiuntur] patiuntur *Br.* 30 illa] *om. Wo.* 32 quam] secundum *add. Br.*

differunt secundum speciem, quare etc. Maior patet, quia quemque differunt, vel sunt indiuidua eiusdem speciei vel sunt diuerse species vel genera vel continentur sub diuersis generibus vel speciebus. Minor patet, tum quia nomen substantium et adiectuum sub se continent indiuidua tum etiam quia differunt ⁵ in arte, que non descendit ad indiuidua seu particularia, ideo etc.

Ad hanc questionem dicendum est, quod nomen adiectuum et substantium, secundum quod sunt adiectuum et substantium, differunt in specie, non tamen differunt secundum quod nomina sunt. ¹⁰

Primum sic patet. Primo per causam, secundo per signum. Per causam sic. Illa nomina differunt secundum speciem, quorum sunt distincti modi significandi secundum speciem accepti a distinctis modis essendi secundum speciem. Sed nomen substantium et adiectuum vnde huiusmodi habent distinctos modos significandi in specie acceptos a distinctis modis essendi secundum speciem. Ergo nomen substantium et adiectuum vnde huiusmodi differunt in specie. Maior patet, quia distinctio constructibilium secundum speciem vniuersaliter est ex distinctione modorum significandi secundum speciem. Minor declaratur, quia ²⁰ modus substantiui est modus entis in se, modus autem adiectui est modus entis in alio. Sed constat, quod isti modi differunt secundum speciem, quia distinguuntur formaliter ex opposito. Item accipiuntur ex diuersis modis essendi distinctis in specie, quia modus essendi, secundum quem aliquid est ens in se, et ²⁵ modus essendi, quo aliquid est ens in alio, differunt secundum speciem, et sic patet causaliter, quod nomen substantium et adiectuum differunt secundum speciem.

Item patet ex signo duplici. Primum est, quia distincte constructiones in specie arguant distincta constructibilia per distinctos modos significandi in specie, sicut effectuum proprietatum distinctio arguit distinctionem causarum secundum speciem. Sed

2 sunt²] om. Wo. 6 indiuidua seu] om. Br. 7 est] om. Wo. 9 differunt²] om. Wo.
11 sic] om. Br. 13-14 accepti—speciem] etc. Wo. 14 nomen] om. Wo.
16-17 acceptos—speciem] om. Wo. 17-18 substantium et adiectuum vnde huiusmodi] adiectuum, vnde adiectuum est, et nomen substantium, vnde substantium est, Br. 21 modus¹] significandi nominis add. Br. entis] essendi Wo. 22 modi] om. Wo. 24-27 Item—speciem] om. Wo.

nominis adiectui et substantiui est distincta constructio secundum speciem, quia substantium per se supponit, adiectum autem non, sed magis apponit seu addicitur alteri. Nomen igitur adiectuum et substantium differunt secundum speciem, et sic patet primum signum, secundum quod effectus aliquo modo est signum sue cause. Secundum signum est, quia que differunt secundum artem seu que habent diuersam doctrinam, differunt secundum speciem, quia ars seu doctrina non descendit circa particularia, tum quia sunt infinita, tum quia sunt corruptibilia.

Sed substantium et adiectum diuersificant doctrinam, vt patet per Priscianum et per alios actores gramatice, et hoc docent eorum distincte constructiones et eorum distincti modi significandi, et item, || nisi diuersam haberent doctrinam, tunc determinare de vno superflueret determinare de reliquo, quod falsum est. Distincta igitur doctrina substantiui et adiectui signum est, quod differant secundum speciem. Patet igitur primum, scilicet quod nomen substantium et adiectum differant secundum speciem in quantum adiectum et substantium.

Secundum sic patet, scilicet quod nomen substantium et adiectum, vnde nomina sunt, non differunt secundum speciem, quia que participant formale principium nominis, scilicet modum significandi, vnde nomen est, non differunt in specie nominum, vnde nomina sunt. Sed nomen adiectum et substantium participant modum nominis, per quem nomen est nomen, quia modus significandi nominis substantiui est modus entis seu modus essentie in se, modus autem adiectui est modus entis in alio, modus autem communis ad ista est modus essentie seu modus entis simpliciter, per quem nomen est nomen, cui accidit modus entis in se et modus entis in alio, quia indifferens est ad ipsos. Nomen igitur adiectum et substantium non differunt, secundum quod nomina sunt.

Ad primum argumentum in contrarium. Cum dicitur, nomina non distinguuntur per accidentia sua in specie, potest dici,

4-6 et—cause] om. Wo. 8 circa] ad Br. 9 sunt^{2]}] om. Wo. 10 vt patet] om. Br. 11 per²] om. Wo. 14 reliquo] alio Br. 15 substantiui et adiectui] adiectui et substantiui Br. 17 substantium et adiectuum] adiectuum et substantium Br. 18 quantum] sunt add. Br. 21 scilicet] suum add. Br. 22 est] illa add. Br. 26 modus¹] om. Br. modus³] essentie seu add. Br. 27 ista] istos Br.

quod non ita proprie accipitur hic distinctio sicut in naturalibus, quia in rebus naturalibus non est genus actu preter suas species. Vnde nomen ipsum bene est aliquid in actu preter suas species, quia in rebus rationis non est ita omnino sicut in naturalibus, quia in rebus rationis genus seu habens modum generis ⁵ bene est preter suas species. Propter quod potest dici, quod maior est falsa, vel aliter falsificando eam potest dici, quod non est idem modus accidentis, quo inferius accidit suo superiori et quo accidens accidit suo subiecto. Primo modo potest nomen distinguui in specie per accidentia, que sunt, sicut inferiora accidentunt ¹⁰ superiori. Secundo tamen modo potest maior aliqualiter habere veritatem, vel dicatur breuiter, quod nomina secundum quod nomina non distinguuntur in specie per accidentia nominis, nomina tamen secundum quod talia bene differunt in specie per ea, que accidentunt nomini. Nam aliqua accidentunt nomini secun- ¹⁵ dum quod nomen, que tamen sunt essentialia nominibus secundum quod talia, puta adiectuum vel substantium, et est simile, quia album et nigrum accidit subiecto, non tamen secundum quod est album et nigrum. Et ad minorem. Cum dicitur, quod substantium et adiectuum sunt accidentia nominis, ve- ²⁰ rum est secundum quod nomen, non tamen sunt accidentia nominis, secundum quod adiectuum et substantium, ideo etc.

Ad aliud. Cum dicitur, aliquid vnum et idem non differt a se ipso in specie, concedatur. Et ad minorem. Cum dicitur, quod idem nomen est adiectuum et substantium, dicendum, quod ²⁵ hoc est per diuersos modos significandi in specie, et hoc equiuoce.

Ad aliud. Cum dicitur, quorum modi significandi non accipiuntur a rebus distinctis secundum speciem, illa non differunt secundum speciem, dicendum per interemptionem, quia modi significandi non accipiuntur a re immediate, sed a modis essendi ³⁰

3-6 Vnde—species] in rebus tamen rationis bene est genus seu habens modum generis et preter suas species, vnde nomen ipsum bene est aliquid in actu preter species Br. 8 suo] om. Wo. 13 distinguuntur] differunt Br. 15 ea] illa Br. nominis¹] om. Br. 18 et nigrum] om. Br. tamen] accidit subiecto add. Br. 20 verum] illud Br. 22 quod] nomen est add. Br. 23 Ad aliud. Cum dicitur] om. Wo. vnum et] om. Br. 24 quod] aliquid add. Br. 25 adiectuum] substantium Br. substantium] adiectuum Br. 26 hoc²] om. Wo. 28 illa] om. Wo.

rei, propter quod dicendum, quod illa nomina non differunt in specie, quorum modi essendi non differunt in specie, et tunc minor est falsa, vt patet ex dictis. ||

De nominibus substantiis repertis communiter in

5 *nominibus appellatiis et propriis.*

De nomine corporali et incorporali.

63 r 1 **C**onsequenter queritur de contentis sub nomine substantiuo et appellatiuo, et quia quedam substantiua reperiuntur communiter in nominibus appellatiis et in nominibus propriis, quamquam secundum aliam et aliam rationem, quedam vero tantum reperiuntur in nominibus appellatiis, ideo primo queremus de substantiis repertis communiter in nominibus appellatiis et propriis, secundo autem de substantiis repertis in nominibus appellatiis tantum. Nomina autem substantiua reperta in nominibus appellatiis et propriis communiter quatuor sunt, scilicet nomen corporale vt homo et Socrates, nomen incorporale vt virtus et deus, nomen onomimum scilicet equiuocum vt canis et Socrates, si plures vocantur illo nomine, et quartum est nomen sinonimum vt gladius, ensis, mucro, Marcus Tullius. De hiis 15 igitur queremus, et primo de nomine corporali et incorporali, secundo de onomimo et sinonimo. Adhuc circa nomen corporale et incorporale duo queremus. Primum est, vtrum nomen corporale et incorporale different secundum speciem. Secundum est, vtrum nomen corporale et incorporale per suos modos significandi sint 20 principia constructionis.

Circa primum sic proceditur et videtur, quod nomen corporale et incorporale non different secundum speciem. Nam illa non sunt distincta in specie, que non habent distinctos modos significandi. Sed nomen corporale et incorporale non habent

1 differunt] distinguuntur *Br.* 2 differunt] distinguuntur *Br.*

11 queremus] queretur *Br.* 16 vt] *om. Br.* 17 onomimum] ononimum *Wo Br.* 18 illo] *hoc Br.* nomen] *om. Br.* 22 et incorporale] *om. Wo.* queremus] querentur *Br.* 23 Secundum est] Secundo *Wo.*

26-27 nomen—incorporale] *om. Br.*

modos distinctos in specie, ergo etc. Maior patet. Minor declaratur, quia modi significandi eorum, secundum quos distinguntur in specie, nondum dati sunt.

Item illa nomina non distinguntur in specie, que non habent distinctas constructiones in specie per suos modos significandi 5 distinctos in specie. Sed nomen corporale et incorporale non habent constructiones distinctas in specie, quia in quamcumque constructionem ponit nomen corporale vt asinus, in eandem ponit nomen incorporale vt deus, et econuerso. Nomen igitur corporale et incorporale non differunt secundum speciem. 10

Oppositum videtur per Priscianum, qui distinguit nomen corporale a nomine incorporali, et vt videtur, non nisi secundum speciem, ergo etc.

Item scientia aliqua non descendit ad particularia. Sed grammatica descendit ad nomen corporale et incorporale. Ergo non 15 descendit ad ea vt ad particularia. Ergo descendit ad ea vt distincta secundum speciem. Nomen igitur corporale et incorporale differunt secundum speciem.

Ad istam questionem dicendum est per intelligendum tum quid sit corporale et incorporale. Et est sciendum, quod differentia est inter corporale et corporeum et inter incorporale et incorporeum proprie accipiendo vocabula, quia corporeum est illud, cuius significatum vel pars significati est corpus vt homo, animal, corpus etc. Corporale autem est illud, cuius esse est aliquid esse corporis vt pertinens ad corpus vt indiminutum, album etc. 20 Incorporale autem est, quod non adiacet corpori, sed magis anime seu intellectui, vt virtus, beatitudo et alia huiusmodi. Incorporeum vero est illud, quod non includit corpus per se ens vt deus, angelus et huiusmodi. 25

Ex hiis igitur ad questionem non faciendo differentiam inter corporale et incorporale, corporeum et incorporeum, potest dici, quod nomen corporale et incorporale differunt in specie rerum scilicet corporalium et || incorporalium, non tamen distinguun- 63 r. II

9 et] etiam add. Br. **9-10** Nomen—incorporale] Ergo Br. **17** Nomen—incorporale] Ergo Br. **24** corpus] om. Br. **25** etc.] om. Br. **26** autem] om. Wo. **27** alia] om. Wo.

tur in specie nominum. Primum patet sic, quia corruptibile et incorruptibile differunt secundum speciem, immo nichil est eis commune vniuocum. Sed corporale et incorporale sic videntur se habere sicut corruptibile et incorruptibile, quia corporale per naturam corporis materiam includit, que principium corruptionis est, incorporale autem non. Ergo corporale et incorporale in specie rerum differunt.

Secundum potest sic declarari, scilicet quod non differant in specie nominum, quia illa non differunt in specie nominum, in quibus grammaticus non habet, vnde distinguat seu ponat differentiam inter illa. Sed grammaticae loquendo nichil habet grammaticus, vnde ponat differentiam inter nomen corporale et incorporale in specie nominum, quia nulla proprietas rei debet esse grammaticae considerationis, nisi vel sit habilitans constructibile ad constructionem vel principians constructionem in actu. Sed quamcumque proprietatem habilitantem constructibile ad constructionem vel principiantem actu constructionem habet nomen corporale, eandem habet nomen incorporale. Non igitur distinguuntur in specie nominum, quia distinctio specierum nominum per distinctos modos significandi est. Et tunc ad Priscianum potest dici, quod ipse non distinxit inter nomen corporale et incorporale distinctione modorum significandi, sed distinctione rerum, que non est grammaticae considerationis.

Ad aliud. Cum dicitur, quod nulla scientia descendit ad indiu-
dua, potest dici, quod hoc est verum per se, per accidens tamen potest, scilicet vel ratione vniuersalium, que in eis saluatur, vel aliquo alio modo. Et tu dicis, quod grammaticus descendit ad nomen corporale et incorporale; potest dici, quod descendit ad ea per accidens vel ratione nominis appellatiui et proprii, que salvantur in nomine corporali et incorporali, vel ratione ipsarum rerum, que sunt corporales et incorporales differentes secundum speciem, ideo etc.

Ad hanc tamen questionem sine preiudicio et saluando Priscia-

¹ patet] potest declarari *Wo.* 6 autem] *om. Br.* 21 inter] *om. Br.* 22-23 sed distinctione rerum] *om. Br.* 25 hoc] *om. Wo.* 30 ipsarum] *om. Wo.* 32 ideo etc.] *om. Br.* 33 saluando] ad saluandum *Br.*

num et ad maximam diuersitatem, que est inter nomen corporeale et incorporeale, attendendo possumus dicere, quod nomen corporale et incorporeale differunt secundum speciem. Cuius ratio est, quia que habent distinctos modos essendi in specie, possunt habere distinctos modos intelligendi et ex consequenti distinctos modos significandi. Sed nomen corporeale et incorporeale distinctos habent modos essendi et differentes secundum speciem. Ergo et habebunt distinctos modos intelligendi secundum speciem et ex consequenti distinctos modos significandi in specie. Sed nomina habentia distinctos modos significandi in specie ¹⁰ distincta nomina sunt in specie. Nomen igitur corporeale et incorporeale sunt distincta nomina secundum speciem. Maior patet, quia consimilis est distinctio modorum significandi sicut modorum intelligendi et modorum essendi, quia secantur scientie quemadmodum et res. Minor declaratur, quia corporeale et in- ¹⁵ corporale distinguuntur ex opposito in specie. Ergo habent distinctos modos essendi in specie, quia opposita non habent nec eundem nec consimilem modum essendi in specie. Tunc enim essent idem, quod est impossibile.

Item cuilibet enti debetur modus essendi, secundum quod habet || essentiam. Nam essentia est illud, in quo ens habet esse. ²⁰ **63 v i**
Sed corporalis et incorporalis non est eadem essentia secundum speciem nec similiter habent essentiam, vt de se patet. Ergo nec habent eundem seu similem modum essendi secundum speciem, ideo etc. ²⁵

Ad rationes in oppositum est dicendum. Ad primum. Cum dicitur, illa non distinguuntur in specie, que non habent distinctos modos significandi in specie, concedatur. Ad minorem. Cum dicitur, quod nomen corporeale et incorporeale non habent distinctos modos significandi in specie, dicendum per interemptionem. ³⁰ Et tu dicas, quod eorum modi significandi, secundum quos di-

2-3 nomen corporeale et incorporeale] om. Br. 3-4 Cuius ratio est] om. Br.
4 in specie] om. Br. 5 ex consequenti] per consequens Br. 6 nomen] om. Wo.
8 et] non Br. 12 nomina] om. Wo. 13-14 modorum intelligendi] om. Br.
14 secantur] sequuntur Br. 16 in specie] om. Br. 18 consimilem] similem
Br. essendi] om. Wo. 24 essendi] significandi Br. 25 ideo etc.] om. Br.
26 est dicendum] om. Br. 27 illa] nomina add. Br. 27-28 distinguuntur—
specie] differunt etc. Br.

stinguuntur, nondum dati sunt; dicendum est, quod possibles sunt et dabuntur in sequenti questione.

Ad aliud. Cum dicitur, illa nomina non differunt in specie, que non habent distinctas constructiones in specie, posset dici per interemptionem, quia falsa est de modis significandi habitantibus constructibilia ad constructionem, de modis tamen actu constructionem principiantibus potest habere veritatem. Et ad minorem. Cum dicitur, quod corporale et incorporale non habent constructiones distinctas in specie, potest dici per interemptionem, quia et virtute habent constructiones distinctas, in quantum principia sunt actualiter aliquarum constructionum, quod debet patere in sequenti questione.

Ad rationem prioris positionis. Cum dicitur, illa nomina non distinguuntur in specie, in quibus grammaticus non habet aliquid, vnde ea distinguat, concedatur. Et cum dicitur, quod grammaticus nichil habet in nomine corporali et incorporali, vnde distinguat nomen corporale et incorporale, dicendum per interemptionem. Et ad probationem. Cum dicitur, quod nulla proprietas est grammaticae conderationis, nisi habilitet constructibile ad constructionem vel principiet actu constructionem, verum est, et tunc potest dici per interemptionem minoris quantum ad utramque partem eius, et hoc patebit statim. Et tu dicis, quod quamcumque proprietatem habet nomen corporale, eandem habet nomen incorporale; negandum est, cuius causa patebit.

Juxta hoc proceditur ad secundum, scilicet utrum nomen corporale et nomen incorporale per suos modos significandi sint principia constructionis, et videtur quod non, quia omnis modus significandi, qui est principium constructionis, vel est principium constructionis transitivum vel intransitivum. Sed modi significandi nominis corporalis et incorporalis non sunt principia constructionis transitivum nec intransitivum nec actuum nec personarum nec cum partibus declinabilibus nec indeclinabilibus, et hec omnia patent per inductionem. Ergo nomen corporale et incorporale non sunt principia constructionis per suos modos significandi.

20-21 actu—dici] dicendum *Br.* 22 eius] minoris *Br.*

26 nomen] *om. Wo.* 33-35 nomen—significandi] etc. *Br.*

Item omnes modi significandi existentes principia constructionis habent in aliis constructilibus modos significandi sibi proportionales, et hoc est vnum principium in grammatica. Sed nomen corporale et incorporale non habent modos significandi in aliis constructilibus suis modis significandi proportionales,⁵ quia nec a parte suppositi nec a parte appositi nec a parte dispositionum suppositi vel appositi, vt patet de se, ergo etc. ||

Preterea. Si nomen corporale et incorporale per suos modos ^{63 v 11} significandi essent principia constructionis, tunc nomen corporale haberet aliam constructionem quam nomen incorporale.¹⁰ Sed consequens falsum est, quia nullam diuersam constructionem habet vnum illorum, quam non habet alterum. Consequencia patet, quia differentium constructibilium debent esse diuerse constructiones.

Oppositum arguitur, quia diuersi modi significandi vniuersali-¹⁵ ter debent esse principia constructionis. Sed nominis corporalis et incorporalis sunt aliqui modi etiam distincti in specie, vt liquet ex precedenti questione. Ergo nomen corporale et incorporale sunt principia constructionis per suos modos significandi.

20

Solutio. Dicendum est ad hanc questionem, quod nomen corporale et incorporale per suos modos significandi sunt principia constructionis et sunt principia distineta distinctarum constructionum. Et quia principium constructionis in genere modorum significandi dicitur duplice, scilicet dispositive et actu, vt ²⁵ patet ex supra dictis, ideo dicendum est, quod nomen corporale et incorporale per suos modos significandi sunt principia constructionis non solum dispositive, verum etiam actualiter. Declarabimus ergo tria per ordinem: primo, quod nomen corporale et incorporale per suos modos significandi sint principia constructionis dispositive, secundo, quod per suos modos significandi sint principia constructionis actualiter, tertio, quod per suos modos significandi distinctos sint principia distincta distinctarum constructionum.

⁷ ergo etc.] *om. Br.* ⁹ principia] principium *Wo.* ¹¹ Sed—est] *om. Br.*
¹⁵ diuersi] *om. Wo.* vniuersaliter] *om. Br.* ¹⁷ aliqui] *om. Br.* ²¹ Solutio—
questionem] Ad hanc questionem dicendum est *Br.* ²⁷ per suos modos
significandi] *om. Wo.* ³¹ significandi] *om. Br.*

Primum sic patet, quia quilibet modus significandi prior in aliquo constructibili, quamquam non sit causa modorum significandi posteriorum, est tamen dispositius ad modos significandi posteriores. Sed modus significandi nominis corporalis,
⁵ vnde corporale est, et modus significandi nominis incorporalis, vnde incorporale est, priores sunt modis significandi posterioribus, qui sunt genus, numerus, persona, casus etc. Ergo modus significandi nominis corporalis et modus significandi nominis incorporalis dispositivi sunt ad modos significandi, cuiusmodi sunt genus, numerus etc. Maior patet, quia modus non causat modum sicut res causat rem, vt supra ostensum est, disponit tamen unus modus ad alium vt prior ad posteriorem. Minor patet ex dictis. Probatum enim est aliquos esse modos significandi nominis corporalis et incorporalis vnde huiusmodi,
¹⁰ et non est dubium, quin prius sit nomen corporale et incorporale quam sit numeratum vel personatum etc. Ergo nomen corporale et incorporale disponunt per suos modos significandi vt ad genus, numerum, personam etc.

Et tunc arguitur. Omnis modus significandi disponens ad modos significandi actualiter principiantes constructionem, omnis talis modus est principium constructionis dispositivum. Sed modus significandi nominis corporalis et modus significandi nominis incorporalis, vnde huiusmodi sunt, disponunt ad modos suos posteriores, cuiusmodi sunt genus, numerus, casus etc., et isti modi
²⁵ posteriores actu principiant constructionem. Ergo nomen corporale et incorporale sunt principia constructionis dispositivum, et sic patet primum.

Secundum sic patet, videlicet quod sint principia constructionis actu, quia constructibilia sunt principia constructionis actu,
³⁰ quorum modi significandi proportionantur modis significandi aliorum constructibilium in actu. Sed modis significandi nominis corporalis et incorporalis proportionantur modi significandi aliorum constructibilium in actu.

Juxta quod est considerandum, quod quicquid est intelligibile,

⁸ modus significandi] om. Wo. ¹¹ est] om. Br. ¹² posteriorem] posteriora Wo.

¹⁵ et²] uel Br. ¹⁶ sit] om. Br. ¹⁸ personam] om. Wo. ²² modus significandi] om. Wo.

²³ sunt] om. Wo. ²⁴ casus] om. Wo. ²⁹ actu] in actu Br.

³⁰ modi] modis Br. modis] alii modi Br. ³² proportionantur] alii add. Br.

est significabile, et omne, quod est significabile, est constructibile. Similiter etiam eo modo, quo aliquid est intelligibile, eo modo est significabile et constructibile. || Sed contingit intelligere corporale per modum entis in se corporaliter ut homo vel asinus. Similiter etiam contingit intelligere incorporale per modum entis in se incorporaliter ut deus vel virtus. Eodem etiam modo contingit intelligere aliquid per modum entis in alio seu dependentis ad aliud corporaliter ut currit, vel incorporaliter ut creat. Ex hoc sic. Constructio in actu fit per modos significandi proportionales in actu, et determinata constructio fit per modos significandi determinatos proportionales in actu. Sed constructionis nominis incorporalis cum aliquo, ut dicendo deus creat vel virtus seu beatitudo beatificat, et etiam constructionis nominis corporalis cum aliquo, ut dicendo homo vel Socrates currit, sunt determinati et proportionales modi significandi in actu. Nam deus significat per naturam entis determinati existentis in se incorporaliter, et hoc, quod est creat, significat per modum actus determinati et dependentis ad aliquid incorporaliter, et constat, quod isti modi sunt proportionales, quia sicut contingit intelligi ergo et significari. Similiter homo significat per modum entis in se corporaliter, et hoc, quod est currit, significat per modum actus dependentis ad aliquid corporaliter, et patet etiam, quod hic est proportio modorum intelligendi et modorum significandi. Et sic patet minor propositio, scilicet quod modis significandi nominis corporalis et incorporalis sunt aliqui modi significandi aliorum constructibilium proportionales. Sequitur igitur, quod nomen corporale et incorporale per suos modos significandi sunt principia constructionis in actu, et sic patet secundum.

Tertium, scilicet quod nomen corporale et incorporale sint principia distinctarum constructionum, patet ex iam dictis, quia illa constructabilia per suos modos significandi sunt principia distinctarum constructionum, que habent distinctos modos significandi, quibus proportionantur distincti modi significandi aliorum constructibilium. Sed nomen corporale et incorporale ha-

⁴ corporale] *om.* *Wo.* ⁶ etiam] autem *Br.* ¹⁰⁻¹¹ determinata—actu] determinatos in actu *Br.* ¹² dicendo] *om.* *Br.* ¹⁴ dicendo] *om.* *Br.* ²¹ est] *om.* *Wo.* ²² etiam] *om.* *Wo.* ²³ modorum²] *om.* *Wo.* ²⁵ aliorum] aliquorum *Br.*

³⁰ iam] *om.* *Wo.* ³²⁻³⁴ habent—in corporale] *om.* *Br.*

bent distinctos modos significandi, vt ostensum est, et modis significandi ipsorum proportionantur modi distincti aliorum constructibilium. Hoc enim, quod est creat, significat per modum actus determinati et dependentis incorporaliter ad aliquid habens modum per se stantis et determinate entis in se. Et ad hanc intentionem loquens Priscianus dixit, hanc esse perfectam, tonat seu fulminat, vnde vocavit ista esse excepte actionis credens ea pertinere ad certum et determinatum suppositum puta ad Iouem siue ad deum. Ignorauit enim Priscianus causam tonitri et fulminis credens tonare et fulminare appropriate ad deum pertinere, et propter hoc dicendo creat hic erit perfecta oratio sicut hic dicendo lego, et tamen dicendo currit non erit perfecta. Huius autem causa patebit, quando de constructionibus dicemus. Vnde sicut hoc, quod est creat, dependet ad aliquod determinatum ens in se incorporaliter, ita hoc, quod est currit, dependet per modum dependentis ad aliquid corporaliter per se existens, quod tamen non est determinatum et finitum, sicut est illud, ad quod dependet hoc, quod est creat. Patet igitur terminum, scilicet quod nomen corporale et incorporale || sunt principia distinctarum constructionum.

Ad primum argumentum in oppositum. Cum dicitur, omnis modus significandi vel est principium constructionis transitive vel intransitive, verum est. Et cum dicitur, quod nomen corporale et incorporale non sunt principia constructionis transitive nec intransitive, dicendum per interemptionem, quia sunt principia constructionis intransitive saltem suppositi cum apposito, vt visum est, ideo etc.

Ad aliud. Cum dicitur, omnes modi significandi, qui sunt principia constructionis, habent in aliis constructibilibus modos significandi sibi proportionales, concedatur. Et ad minorem. Cum dicitur, quod modi significandi nominis corporalis et incorpora-

7 seu fulminat] *om. Wo.* 8 ad²] *om. Wo.* 9 Ignorauit] Credidit *Wo.*
 10 credens] ignorans *Wo.* 11 oratio] *om. Br.* 12 dicendo²] *om. Br.* 13 autem] *om. Br.* 15 incorporaliter] corporaliter *Br.* 23 verum est] *om. Br.* 25 nec] et *Wo.* 27 ideo etc.] *om. Br.* 28 omnes modi] omnis modus *Br.* 28-29 sunt principia] est principium *Br.* 29 habent] habet *Br.* 30 significandi sibi] *om. Wo.* 31 significandi] *om. Br.*

lis non habent modos significandi sibi proportionales, dicendum per interemptionem, quia modi eis proportionales sunt aliquorum actuum diuersimode ad suppositum dependentium eo modo, quo dictum est.

Ad aliud. Cum dicitur, si nomen corporale et incorporale es- 5 sent principia constructionis, tunc nomen corporale haberet aliquam constructionem et cum alio, quam nomen incorporale, concedatur. Et tu dicis, quod nullam constructionem habet nomen corporale, quam non habet nomen incorporale; negandum est, quia nomen incorporale per se construitur cum actu dependente 10 ad aliquid incorporeiter, et nomen corporale non. Item nomen corporale per se construitur cum actu ad ipsum dependente corporaliter, incorporale vero non. Et hoc totum est ex virtute modorum significandi, sicut liquet ex supradictis.

De nomine equivoco et synonimo.

15

De nomine equivoco.

De significatis nominis equivoci.

Consequenter dubitatur circa nomen omonium vel equivocum, et circa nomen synonimum. Et primo circa equivocum, quia ad plura se extendit, et deinde circa nomen synonimum. Adhuc circa nomen equivocum seu omonium primo queritur circa sua significata, secundo circa suos modos significandi. Et circa significata eius queruntur duo. Primum est, vtrum necessarium sit dictionem seu terminum esse equivocum, secundo, vtrum equivocum habeat sua significata sub copula- 25 tione vel sub disiunctione vel qualiter aliter.

Circa primum sic proceditur et videtur, quod non sit necessarium terminum siue dictionem esse equivocam. Nam illud, quod fit a voluntate nostra, non est necessarium, cum voluntas sit

1 significandi sibi] *om. Wo.* 3 dependentium] *om. Br.* 7 cum alio, quam] cum aliquo, quam non habet *Br.* 8 constructionem] *om. Br.* 10 actu] aliquo *Br.* 14 supradictis] predictis *Br.*

18 dubitatur] dubitandum est *Br.* vel equivocum] *om. Wo.* 20 nomen] *om. Wo.* 21 Adhuc] *om. Br.* nomen] *om. Br.* seu omonium] *om. Br.* 23 significata] significationem *Wo.* 24 dictionem seu] *om. Br.* 25 equivocum] *om. Br.* 26 qualiter] *om. Br.* 28 terminum siue] *om. Wo.*

ad opposita. Sed dictio fit equivoca a voluntate nostra, quia per impositionem nostram, secundum quod vna vox imponitur ad significandum plura. Ergo non est necessarium terminum siue dictionem esse equivocam.

⁵ Item illud, quod est necessarium, non potest aliter se habere. Sed aliter potest esse quam quod dictio sit equivoca, tum propter hoc, quia multe sunt dictiones vniuoce, tum propter hoc, quod dictio equivoca transmutari potest ab equivocatione ad vnvocationem, tum etiam quia possibile est nullam dictionem ¹⁰ esse equivocam. Non ergo necessarium est dictionem esse equivocam.

In oppositum est philosophus primo elencorum, qui dicit, quod nominibus existentibus finitis, rebus autem existentibus infinitis, necesse est vnum nomen plura significare.

¹⁵ Ad hanc questionem breuiter preintelligendum est, quod necessarium dicitur dupliciter, vel absolute vel ex condicione seu ex suppositione, vt patet ex quinto methaphysice. Primo modo ^{64v i} solus deus || necessarius est, secundo modo aliqua alia sunt necessaria, vt ex presuppositione alicuius cause. Tunc ex hoc ad ²⁰ questionem dicendum est, quod dictionem esse equivocam non est necessarium necessitate absoluta, est tamen necessarium necessitate condicionata seu ex suppositione.

Primum sic patet, quia illud solum est necessarium necessitate absoluta, quod impossibile est aliter se habere et quod a nullo ²⁵ alio presupposito dependet. Tale autem est solus deus et non est equivocum, quia equivocum dependet quantum ad suum esse ab intellectu, a voce significante et a rebus significatis, que omnia aliter se possunt habere. Ergo non est necessarium dictionem esse equivocam necessitate absoluta.

³⁰ Secundum sic patet, scilicet quod necessarium sit dictionem esse equivocam ex suppositione, supponendo quedam: Primum, quod vox fit seu est significativa in aliquo ydyomate a concordia hominum in determinato tempore et in determinato numero

¹ equivoca] *om. Br.* ² nostram] *om. Wo.* ³ terminum siue] *om. Wo.*
⁹ etiam] *om. Br.* ¹⁵ breuiter] *om. Wo.* ^{est]} *om. Br.* ¹⁸ est] *om. Wo.*
²⁵ presupposito] *om. Br.* ²⁶ equivocum¹] equivocus *Wo.* ^{quantum]} *om. Wo.*

¹² De sophisticis elenchis 1,165a. ¹⁷ Metaphysica V, 5. 1015a-b.

hoc modo, quod aliquod ydyoma perfectum sit in aliquo tempore. Secundum suppono et est, quod secundum successionem hominum res non sunt semper in determinato numero. Tertium suppono et est, quod omnem rem, quam contingit cadere sub conceptione, contingit alteri exprimere per vocem. ⁵

Ex hiis sic. Vox fit significativa a concordia hominum, et in aliquo determinato tempore sunt voces alicuius ydiomatis in aliquo determinato numero, sicut voces ydyomatis Gallicani aliquando fuerunt imposite ad significandum. Sed res non sunt semper in determinato numero, quia per circulationem contingit ¹⁰ eas plurificari. Ergo aliquando contingit res esse plures quam voces et ipsas contingit intelligere. Tunc per tertiam suppositionem omne, quod cadit sub conceptione seu intellexione, potest cadere sub significatione vocum. Ergo suppositis predictis necesse est vnam vocem significare plura. Sed non contingit plures ¹⁵ seu infinitas res significare per voces alicuius ydyomatis in numero determinato, nisi vox vna significaret plura. Sed vnam vocem significare plura, hoc est dictionem esse equivocam. Ergo necesse est dictionem esse equivocam.

Ad argumentum primum. Cum dicitur, quod illud, quod est a ²⁰ voluntate nostra, non est necessarium, verum est absoluta necessitate, potest tamen esse necessarium necessitate, que est ex suppositione, vt iam visum est.

Ad aliud. Cum dicitur, necessarium est, quod impossibile est aliter se habere, verum est vel simpliciter et absolute, vel impossibile est aliter se habere suppositis suis principiis. Et ad minorem. Cum dicitur, quod dictio equivoca potest aliter se habere, dicendum est quod non, suppositis illis tribus principiis, que dicta sunt.

Juxta hoc proceditur ad secundum, vtrum scilicet dictio equi- ³⁰ voca importet sua significata sub copulatione vel sub disiunctione uel quomodolibet aliter, et videtur, quod sub copulatione, quia dictio supponens seu importans sua significata sub disiunctione non est distinguenda, vnde homo ex hoc, quod indifferenter

6 a concordia] ad concordiam *Wo.* **19** est] *om. Br.* **21** absoluta necessitate] absolute nostra *Br.* **28** quod] *om. Br.*

31 importet] *om. Wo.* disiunctione] habeat *add. Wo.*

supponit pro Socrate et Platone, non distinguitur. Ergo si terminus equivocus sua significata importaret sub disiunctione, terminus equivocus nunquam distingueretur, quod falsum est. Ergo dictio equivoca sua significata non importat sub disiunctione.
 5 Sed sub disiunctione vel sub copulatione. Sed non sub disiunctione, ergo sub copulatione.

64 v II Item dictio sua significata importans || simul, sub copulatione importat, quia copulatio simultas est. Sed dictio equivoca significata sua simul importat, quia non magis vnum significatum
 10 importat quam reliquum. Dictio igitur equivoca sua significata sub copulatione importat.

Preterea dicit philosophus in secundo peryarmeneias, si imponatur tunica homini et equo, tunc dicendo tunica est alba non est aliud dicere quam homo et equus sunt albi. Quare ex
 15 intentione philosophi dictio equivoca sua significata importat sub copulatione.

In oppositum arguitur, quia si dictio equivoca sua significata importaret sub copulatione, tunc dicendo canis currat sensus esset, latrabile et celeste sidus et marina belua currunt, et sic de aliis
 20 propositionibus, in quibus ponitur dictio equivoca. Omnes igitur huiusmodi orationes essent false et nulla distinguenda, quod falsum est. Non igitur dictio equivoca sua significata importat sub copulatione sed sub disiunctione.

Oppositum vtriusque istorum arguitur, quia si dictio equivoca
 25 importaret significata sua sub copulatione vel sub disiunctione, tunc dictio equivoca in significando constructionem copulativam et disiunctivam includeret. Sed consequens est falsum, vt de se patet, ergo et antecedens. Dictio ergo equivoca sua significata importat nec sub copulatione nec sub disiunctione.

30 Ad hanc questionem dicendum est, quod dictio equivoca sua significata non habet sub copulatione nec sub disiunctione, dicendum tamen est, quod sua significata habet simul et in actu.

2 sub disiunctione] *om. Br.* 3 nunquam] non *Br.* 5 Sed] importat *add. Br.*
 Sed non sub disiunctione] *om. Br.* 7-8 importans—est] simul importans importat ea sub copulatione *Br.* 14 Quare] *om. Br.* 15 intentione] ergo
add. Br. 17 In] *om. Br.* equivoca] *om. Br.* 19 currunt] *om. Br.* 20 igitur
om. Br. 22 equivoca] *om. Br.* 27-28 vt de se patet] *om. Wo.*

12 Periherm. c. 8 (Meiser I p. 9,2-5).

Primum sic patet, quia dictio equivoca, si sua significata haberet sub copulatione, nunquam vere posset priuari de aliquo suorum significatorum, dicendo latrabile est canis, quia sensus esset, latrabile est canis, id est latrabile est latrabile et celeste et marinum, quod falsum est. Non igitur sua significata habet 5 sub copulatione.

Et confirmatur, quod dictum est, quia si sub copulatione sua significata importaret, in significando copulam includeret. Sed constat, quod dictio equivoca in significando nichil includit nisi sua significata, per virtutem quorum nulla copula haberetur. Non 10 igitur sub copulatione dictio equivoca sua significata importat. Item nec sub disiunctione, tum propter hoc, quia disiunctionem seu disiunctivam constructionem de vi vocis in significando non includit, tum etiam propter hoc, quia tunc non oporteret terminum equivocum distingui, quod falsum est. Et quod non 15 oportet eum distingui, patet per simile de vnioco, quod non distinguitur in illa, que importat per indifferentiam. Dictio igitur equivoca nec sub copulatione nec sub disiunctione sua significata importat, et sic patet primum.

Secundum sic patet, scilicet quod dictio equivoca sua significata simul importat et in actu. Dictio enim equivoca sic importat sua significata, sicut diffinitio importat suas partes. Sed diffinitio suas partes simul et in actu importat, ergo similiter et equivocum significata sua simul ita quod in actu importat. Sed in hoc est differentia, quod equivocum importat sua significata vt 25 plura, diffinitio vero importat suas partes vt vnum. Maior patet, quia illa significantur per equivocum, quorum intellectus per ipsum constituitur. Similiter etiam illa per dictionem significantur, quorum intellectus per totam diffinitionem constituuntur. Sed intellectus plurium significatorum saltem per comparationem ad 30

8 significando] significato *Br.* 9 significando] significato *Br.* 11 equivoca] om. *Wo.* 13 significando] significato *Br.* 14 tunc] om. *Br.* 16 eum] ipsum *Br.* patet] hoc appareat *Br.* 20 dictio equivoca] om. *Br.* 23 et in actu] om. *Wo.* 24 simul] om. *Wo.* quod] quoniam *Br.* 26 importat] om. *Br.* vt] om. *Wo.* 28 ipsum] illum *Br.* etiam] om. *Wo.*

plures simul et in actu constituuntur, et similiter per diffinitio-
 nem totam plures partes rei diffinite importantur; quamuis hoc
 sit secundum quod sunt vnius diffiniti, simul tamen et in actu
 importantur. Et ex hoc etiam patet minor, scilicet quod diffini-
 5 tio suas partes simul et in actu importat, quia intellectus partium
 simul et in actu per diffinitionem constituitur. Ergo dictio equi-
 voca simul sua significata importat ita quod in actu, et nec sub
 copulatione et nec sub disiunctione. Propter quod dicendo canis
 65 r1 non est exponentum hoc vel hoc, || nec hoc et hoc et hoc, sed hoc
 10 hoc hoc. Patet igitur secundum.

Ad completam autem notitiam huius questionis sunt tria no-
 tanda. Primum est, que sunt significata dictionis, ex quibus
 redditur dictio equivoca. Secundum est, vtrum ex pluralitate
 modorum significandi dictio reddatur equivoca. Tertium est,
 15 vtrum diuerse acceptiones rei significate ponant equivocatio-
 nem in dictione.

Circa primum intelligendum est, quod pluralitas aliquorum
 significatorum reddit dictionem pure equivocam, pluralitas tam-
 men aliquorum significatorum non reddit dictionem pure equi-
 20 vocam sed analogam. Primum sic patet, quia illud est equivo-
 cum, quod significat plura. Ergo illud est pure equivocum, quod
 significat pure plura. Talia autem sunt, quecumque sic se habent,
 quod in intelligendo et in significando vnum non dependet ab alio,
 ita quod vnum potest intelligi et significari, ac si aliud nunquam
 25 intelligeretur et significaretur, sicut est in hoc, quod est canis.
 Nam latrabile nec in essendo nec in intelligendo nec in signifi-
 cando dependet a celesti vel marino. Et propter hoc ista ponunt
 puram equivocationem in dictione, et ex hoc dictio equivoca
 nomen accepit, quia eque vocat talia significata, que non intelli-
 30 guntur vna intellectione seu vna ratione intelligendi. Vnde
 etiam sicut non intelliguntur vna intellectione, sic non signifi-
 cantur vna significatione. Sicut enim ex parte significatorum
 sunt plura significata, sic ex parte vocis significantis sunt plures

3 diffiniti] distincti Br. 7 ita quod] om. Br. 11 notitiam] cognitionem Br.
 18 reddit] aliquam add. Br. 19 pure] om. Wo. 20 sic] om. Wo. 27 a] ex Wo.
 celesti] celeste Wo. vel] nec Br. 28 puram] vnam Wo. 30 vna] vna Br.
 31 etiam] om. Br. 31.32 vna] vna Br. 31 non²] nec Br. 33 sic] ita Br.

rationes significandi. Patet igitur, que sunt illa, que dictionem reddunt pure equivocam.

Item aliqua reddunt dictionem non pure equivocam sed analogam, sicut sunt illa, que sunt plura, quorum vnum intelligitur et significatur in dependentia seu attributione ad aliud, sicut substantia et accidentis, et sicut sanitas animalis, cibi, diete, vrine etc. Accidens enim significatur nomine entis per attributionem ad substantiam, et sanum in cibo, dieta et vrina per attributionem ad sanum animalis. Sanitas enim cibi est effectua sanitatis animalis, et sanitas diete est conseruativa sanitatis animalis, et 10 sanitas vrine est indicativa sanitatis eiusdem. Et quod in istis sit equivocatio, patet, quia illa, que sunt plura per rationes plures importata, per dictionem ipsam ponunt equivocationem in termino, quod patet per rationem equivoci. Sed substantia et accidentis importata per ens sunt huiusmodi. Ergo equivocationem aliquam ponunt in ente. Similiter etiam est de sano animalis, cibi, diete et vrine. Ergo hec omnia et consimilia equivocationem ponunt in termino. Quia tamen ratio vnius est per attributionem ad alterius rationem, hinc est, quod non est pura equivocatio, sed dicitur analogia. Patet igitur, que significata reddunt dictio- 20 nem equivocam.

Juxta secundum est intelligendum, quod pluralitas aliquorum consignicatorum seu modorum significandi ponit equivocationem in dictione, non tamen omnium pluralitas. Primum sic patet, quia illa ponunt in dictione equivocationem, quorum vnum 25 non est principium intelligendi reliquum, vel quorum vnum non dependet ad aliud nec in intelligendo nec in significando, et talia sunt, quorum vnum non se habet per informationem ad reliquum nec compatiuntur se circa idem. Sed multi modi significandi sunt huiusmodi, sicut sunt modi significandi eiusdem generis distincti 30 ex opposito, vt numerus singularis, numerus pluralis, diuersae persone, diuersi casus, diuersa genera || et vniuersaliter omnes 65 r 11 modi significandi distincti ex opposito. Et ad hanc intentionem loquens philosophus in elenchis distinxit istam, laborans sanus est,

2 pure] esse Br. 5 in] tamen Br. 10 est] om. Wo. 11 sanitatis] om. Br. eiusdem] eius Br. 18 termino] dictione Br. 30 sunt] om. Br. 34 distinxit istam] om. Br. sanus est] sanabatur Br.

34 De sophisticis elenchis 4,166a.

pro laborante nunc et pro laborante tunc, quia presens tempus et preteritum imperfectum distinguuntur ex opposito. Consignificata igitur siue modi significandi distincti ex opposito ponunt equivocationem in dictione.

⁵ Secundum sic patet, scilicet quod non omnium pluralitas ponit equivocationem in termino, quia modi significandi, qui se compatiuntur circa idem et quorum vnu se habet per informationem ad alium, non ponunt equivocationem in dictione. Sed tales modi sunt modi sicut modus nominis vnde nomen, modus nominis appellatiui, modus nominis substantiui, modus masculini et vniuersaliter omnes modi significandi eiusdem coordinationis. Non igitur diuersitas omnium modorum significandi ponit equivocationem in dictione, sed quorundam sic et quorundam non, et tunc patet secundum.

¹⁶ Circa tertium est intelligendum, quod diuerse acceptiones rei significate non ponunt equivocationem in dictione, vt acceptio hominis iam pro Socrate iam pro Platone iam pro specie. Cuius ratio est, quia nichil ponit equivocationem in dictione nisi illud, quod refertur ad formam vocis vnde significativa vel sicut significatum vel tamquam consignificatum. Sed diuerse acceptiones non referuntur ad formam vocis de virtute sermonis nec sicut significata nec sicut consignificata. Probatio, quia illud, quod solum contingit dictioni ex adiunctione sui cum alia dictione, hoc nec est significatum nec modus significandi eius. Sed diuerse acceptiones sunt huiusmodi, sicut etiam antiqui posuerunt in suis fundamentis, que sunt verissima. Diuerse igitur acceptiones non ponunt equivocationem in dictione, vnde etiam diuerse acceptiones dicuntur diuerse cause veritatis et non diuersi sensus multiplicis.

³⁰ Juxta quod nota duplarem differentiam inter diuersos sensus multiplicis et inter diuersas causas veritatis. Prima est, quod diuersi sensus multiplicis habentur de vi vocis seu de virtute sermonis, sed diuerse cause veritatis non habentur de vi vocis seu de virtute sermonis, sed de virtute suppositi vel appositi. Se-

⁵ sic] om. Br. omnium pluralitas ponit] omnes modi significandi ponunt Wo.
⁶ se] secum Br. compatiuntur] patiuntur Br. ⁸ alium] aliud Wo. ⁹ modi²] om. Br. ¹⁰ nominis] om. Wo. ¹³ dictione] nomine Br. ²⁰ tamquam] sic Br. ²² quod] om. Br. ²⁵ etiam] om. Wo. ²⁵⁻²⁶ in suis fundamentis] om. Wo.

cunda differentia est, quod diuersi sensus multiplicis nichil habent commune nisi solam vocem, sed diuerse cause veritatis cum hoc rationem communem, que indicatur per diffinitionem rei significate. Patet igitur, quomodo significat dictio equivoca.

Ad argumentum primum. Cum dicitur, quod si dictio equivoca ⁵ importaret significata sua sub disiunctione, non esset distinguenda, concedatur, et vltius concedatur, quod non sub disiunctione sua significata importat. Et cum dicitur, ergo importat ea sub copulatione, dicendum est, quod non sequitur, quia neutro modo ea importat, vt visum est. ¹⁰

Ad aliud. Cum dicitur, dictio significata sua importans simul, sub copulatione ea importat, dicendum, quod non oportet, quia alia est simultas quam copulatio, sicut patet de diffinitione simul habente suas partes, non tamen sub copulatione, quia copula nota diuersitatis est, partes autem diffinitionis eadem sunt et non ¹⁵ diuerse, vnde huiusmodi, quare etc.

Ad aliud. Cum dicitur, quod si imponitur tunica homini et equo, dicendo quod tunica est alba non est aliud dicere quam quod homo et equus sunt albi, dicendum, || quod philosophus ^{65 v I} hoc dicit non intendens per hoc copulam includi in significatione ²⁰ termini equivoci, sed intellexit per hoc realem diuersitatem inter equiuoca, ideo etc. Alie rationes bene procedunt suis viis.

De nomine equivoco vnde nomen.

Consequenter dubitatur circa nomen equivocum quantum ad suos modos significandi, et quia nomen equivocum est no- ²⁵ men et est equivocum, est autem nomen per modum significandi nominis et tale nomen per talem modum, ideo primo queritur circa nomen equivocum vnde nomen, secundo circa nomen equivocum vnde tale nomen.

Circa primum queritur vnum tantum et est, vtrum nomen ³⁰ equivocum sicut hoc, quod est canis, sit vnum nomen numera-

⁶ disiunctione] propositio add. Br. ⁷ concedatur^{1]} concedi potest Br. ⁹ est] om. Br. ¹² sub copulatione] om. Br. ¹⁵ est] om. Br. ^{eedem]} idem Wo. ¹⁶ diuersel] diuersa Wo. ²¹ equivoci] equivoce Wo. intellexit] intelligit Priscianus Br.

²⁴ nomen] om. Br. ³¹ hoc, quod] om. Br. nomen] om. Br.

liter, et videtur, quod non, quia vnum nomen numeraliter est per modum significandi nominis vnum numeraliter, sed nomen equivocum non habet modum significandi nominis vnum numeraliter, sed plures. Ergo nomen equivocum non est vnum nomen numeraliter. Maior patet, quia nomen est nomen per suum modum significandi et vnum per vnum et plura per plures. Minor declaratur, quia modi significandi sunt rei significatae habentis suas proprietates, et propter hoc vbi sunt plura significata realia habentia plures proprietates, ex quibus accipiuntur plures 10 modi significandi numeraliter, ibi erunt plures modi significandi nominis numeraliter. Sed nomen equivocum vt hoc, quod est canis, habet plura significata, quorum sunt plures proprietates numeraliter, a quibus accipiuntur plures modi significandi nominis numeraliter, quare etc.

15 Item nomen vnum est dictio vna, quia pars presupponit dictio nomen. Quod ergo non est dictio vna, non erit nomen vnum. Sed nomen equivocum non est dictio vna, quia plura significata habet et plures rationes significandi. Ergo dictio equivoca non est nomen vnum numeraliter.

20 Oppositum arguitur, quia illud est vnum numeraliter, quod distinguitur ab alio nomine numeraliter. Sed nomen equivocum distinguitur numeraliter ab alio nomine numeraliter, vt hoc, quod est canis, est distinctum numeraliter ab hoc, quod est expediens, et a quolibet alio nomine numeraliter, ideo etc.

25 Ad hanc questionem dicendum est, quod nomen equivocum, sicut est hoc, quod est canis, est plura nomina numeraliter, est tamen vnum nomen equivocum numeraliter. Primum sic patet, scilicet quod nomen equivocum sicut canis est plura nomina numeraliter, quia nomen plurificatur numeraliter per plurificationem modorum significandi numeraliter et modi significandi nominis, cum sint dispositiones accidentales, multiplicantur penes multiplitudinem suorum subiectorum numeraliter, que sunt ipsa

11 vt] est add. Br. 14 quare etc.] om. Wo. 24 ideo etc.] quare etc. Br.
26 est hoc, quod] om. Wo. 28 sicut] est hoc, quod est add. Br. 29 numeraliter] om. Wo.

significata. Vbi igitur est pluralitas significatorum nominis numeraliter, ibi est pluralitas modorum significandi nominalium numeraliter. Sed hoc, quod est canis, habet multa significata numeraliter, significat enim tria, ut supponimus. Ergo etiam habet plures modos significandi numeraliter, quare similiter est 5 plura nomina numeraliter.

Item ad esse partis requiritur vox significativa et res significata et modus significandi, et ad vnam partem orationis exigitur vna vox significativa, secundum quod habet rationem signi vnius, et vnum significatum sub ratione vnius significati, et etiam vnum 10 modus significandi. Sed in nomine equivoco sunt plures rationes significandi et plures rationes significatorum et plures etiam modi significandi nominis, ut ostensum est. Erit igitur nomen equivocum plura nomina numeraliter. Unde nomen equivocum sicut non est nomen vnum, ita nec est dictio vna. Sed dictio est dictio 15 per rationem significandi. Si autem dictio est dictio a dicendo, secundum quod Albertus dicit supra librum predicamentorum, posset dici, quod terminus equivocus est dictio vna. Quia tamen non videtur habere veritatem, quia si dicta esset dictio a dicendo, tunc dictio plures dicta esset plures, et etiam dictio, si 20 non diceretur, || id est proferretur, non esset dictio, quorum 65 v II vtrumque est falsum, et propter hoc videtur dicendum, quod dictio est dictio per rationem significandi. Et quia in dictione equivoca sunt plures rationes significandi nominis, ideo etiam dictio equivoca est plures dictiones, et sicut est plures dictiones, 25 ita est plura nomina et plura significata, ideo etc.

Secundum patet, scilicet quod nomen equivocum, ut est hoc, quod est canis, est vnum nomen equivocum numeraliter, quia nomen equivocum nullam vnitatem habet nisi solam vnitatem vocis. Vbi igitur est vnitatis vocis in aliquo nomine equivoco numeraliter, ibi erit vnum nomen equivocum numeraliter. Sed hoc,

4 supponimus] supponitur Br. etiam] om. Wo. 20 etiam] item Br. 21 non¹] om. Wo. 27 scilicet] om. Br. 28 nomen] om. Br. 31 erit] est Br.

17 Liber I elenchorum, tract. II, cap. VI: omne enim, quod dicendo proferatur, hoc vocatur dictio (Jammy I p. 846^{II}); cfr. etiam Augustinus, de musica lib. I cap. 2: quamvis dictionem a dicendo dictam esse fateamur.

quod est canis, habet vnitatem vocis numeraliter, erit ergo vnum equivocum numeraliter.

Item nomen equiuocum est vnum nomen equiuocum per rationem equiuoci numeraliter, et habere huiusmodi rationem est 5 habere rationem vocis respectu pluralitatis significatorum. Vbi igitur est reperire vnitatem rationis nominis equivoci, secundum quam dici potest vnum numeraliter in se et distinctum a quolibet alio numeraliter, ibi est dare vnum nomen equivocum numeraliter. Sed hoc, quod est canis, habet vnam rationem nominis 10 equivoci vnam numeraliter, secundum quam distinguitur numeraliter a quolibet alio nomine tam equivoco quam vniuoco, habet enim vnam individuali rationem equivoci, scilicet vnitatem vocis respectu plurium significatorum. Nomen igitur equivocum est vnum nomen equivocum numeraliter.

15 Sed hic satis rationabiliter dubitaret aliquis, quomodo nomen equivocum potest esse multa nomina numeraliter, vnum tamen equivocum numeraliter, quia vnititas numeralis sub aliqua specie non potest stare cum pluralitate numerali sui generis. Quod enim est vnum homo numeraliter, non potest esse plura alia numer 20 liter. Sed nomen equivocum est quedam species nominis. Ergo ipsum non potest esse vnum nomen equivocum numeraliter et plura nomina numeraliter.

Ad hoc diceret aliquis, quod quando ratio generis et ratio speciei accipiuntur ex eadem natura realiter, tunc nullo modo stant 25 simul pluralitas numeralis rei significata per genus et vnitatis numeralis secundum speciem, sicut arguitur de animali et de homine. Sed si ratio generis et ratio speciei a diuersis accipiuntur, bene compatiuntur se pluralitas secundum genus et vnitatis numeralis secundum speciem. Et sic est impositio, quia ratio 30 nominis accipitur a parte rei, nam a modo essendi rei significata accipitur, ratio autem nominis equivoci accipitur a parte vocis. Sed constat, quod pluralitas secundum rem bene compatitur secum vnitatem vocis, ideo etc. — Illud tamen non valet, quia genus et species faciunt vnum per essentiam, ita quod in eodem habent 35 essentiam individualis, quia species includit essentiam generis,

4 numeraliter—rationem] formaliter *Br.* **5** rationem] vnitatem *Br.* **12** individuali] individualis *Br.* equivoci] equi *Br.* **16** multa] plura *Br.* numeraliter] om. *Br.* **27** si] om. *Wo.*

quamquam forte non econuerso, et ideo illud, quod est vnum in forma speciei, erit vnum in forma generis, et non econuerso. || Vnde si aliquid est vnum numero in forma speciei, vnum etiam ^{66 r1} erit numero in forma generis, siue intellectus generis et speciei accipientur ab eadem natura differente solum secundum rationem ⁵ siue a diuersis naturis, quia semper intellectus speciei includit intellectum generis. Vnde dicendum est aliter, videlicet quod nomen et nomen equivocum non faciunt vnum essentialiter sed vnum accidentaliter, nec adhuc faciunt vnum accidentaliter ita quod naturaliter sicut homo et album, sed faciunt vnum accidenta- ¹⁰ liter sicut res artificialis, que est effectus intellectus seu effectus artis. In talibus autem maxime pluralitas et vnitas respectu diuersorum bene compatiuntur se, vt vnitas circuli significantis vinum et pluralitas vini puta albi et rubei. Vnde quandocumque aliique differentie sunt compossibles, siue dicantur differentie essentia- ¹⁵ les siue accidentales, etiam constituta per illas differentias sunt compossibilia. Sed pluralitas significatorum seu modorum significandi consignificatorum per vocem et vnitas vocis sunt compossibles differentie, et attendendo ad primum plurificatur nomen numeraliter, attendendo autem ad secundum equivocum fit ²⁰ vnum. Ideo bene stant simul, quod nomen equivocum vt hoc, quod est canis, multa nomina sit numeraliter et vnum nomen equivocum numeraliter, distinctum numeraliter ab alio nomine numeraliter equiuoco, vt ab hoc, quod est expediens, vel a quolibet tali. Et est simile, si proponantur decem homines: vnum est ²⁵ denarius numeraliter, quo numeramus decem homines numeraliter, et tamen numerata per ipsum sunt multa numeraliter. Item denarius, quo numeramus decem homines numeraliter, alias est numeraliter a denario, quo numeramus decem asinos. Vnde vtrobique est realis pluralitas ex parte numerorum, sed ex ³⁰ parte illorum, quibus numerantur decem homines et decem asini, differentia est numeralis, ita quod vtrobique est vnum denarius numeraliter, nam hic et ibi est vnitas actionis nume-

² et non econuerso] om. Br. ³ aliquid] aliquis Br. numero] om. Br. vnum] non Br. ⁴ numero] vnum Br. siue] vnde si Br. ⁵ solum] om. Br. ⁷ vide-
licet] om. Br. ⁸ vnum¹] om. Br. ¹² In talibus] intellectibus Br. ²⁰ autem]
om. Wo. ²⁴ equiuoco] om. Br. ab] ad Wo. ²⁸ numeraliter] om. Br.
³⁰ ex parte¹] om. Wo.

randi, ideo etc. Vnde cum dicitur obiciendo, quod pluralitas ⁶ et ¹¹ numeralis secundum genus non potest || stare cum vnitate numerali ipsius speciei, hoc debet concedi. Et tunc vltterius dicendum, quod nomen et nomen equivocum non se habent sicut ⁸ genus et species tum propter hoc, quod faciunt vnum accidentaliter, vt liquet ex dictis, tum propter hoc, quod genus nichil est in actu preter suas species. Sed nomen potest esse nomen in actu preter proprium, preter appellatiuum et equivocum, vt patet ex supra determinatis, ideo etc. Nomen ergo equivocum vt canis ¹⁰ est multa nomina numeraliter, vnum tamen equivocum numeraliter.

Ad primum argumentum. Cum dicitur, quod habet plures modos significandi nominis numeraliter etc., dicendum, quod hoc bene concludit, quod nomen equivocum sit plura nomina ¹⁵ numeraliter, quod autem non sit vnum nomen equivocum numeraliter, non concludit.

Ad aliud. Cum dicitur, quod nomen vnum est dictio vna, concedatur ad presens. Et ad minorem. Cum dicitur, quod nomen equivocum non est dictio vna, concedatur etiam, quamquam hoc ²⁰ sit contra intentionem Alberti, et propter hoc bene concluditur, quod non sit vnum nomen numeraliter, non autem prohibetur, quin sit vnum nomen equivocum numeraliter. Ratio in oppositum bene probat, quod sit vnum nomen equivocum numeraliter.

De nomine equivoco vnde tale nomen.

²⁵ C onsequenter queritur circa nomen equivocum, vnde equivoco cum est, quantum ad eius modos significandi, et querentur duo. Primum est, vtrum nomen equivocum vnde equivocum per suum modum significandi in specie distinguatur a nomine sinistro. Secundum erit, vtrum nomen equivocum per suum modum significandi sit aliquo modo principium constructionis.

⁶ nichil] non Br. ¹⁴ hoc] om. Wo. ¹⁸ ad presens] om. Wo. ²¹ prohibetur probatur Wo. ²³ sit vnum nomen equivocum] nomen equivocum sit vnum nomen Br.

²⁶ est] om. Wo. ²⁷ nomen] om. Br. vnde equivocum] om. Br. ²⁹ nomen] om. Wo. suum modum] suos modos Br.

Circa primum sic proceditur et videtur, quod nomen equivocum non distinguitur in specie per suum modum significandi contra nomen sinonimum, quia illud, quod nullum modum significandi habet, non distinguitur per suum modum significandi in specie a quocumque alio. Sed nomen equivocum vnde 5 equivocum nullum modum significandi habet, quod patet, quia omnis modus significandi accipitur a modo essendi. Sed modus significandi nominis equivoci vnde equivocum non accipitur ab aliquo modo essendi in re, quia nullum talem potes dare. Modus etiam significandi || nondum datus est nomini equiuoco, vnde 66 v1 equiuocum est. Ergo nomen equiuocum, vnde equiuocum est, non distinguitur in specie per suum modum significandi a nomine sinonimo.

Item si nomen equivocum haberet modum significandi, per quem distingueretur in specie contra nomen sinonimum, aut 15 haberet eum ex parte significatorum aut ex parte vocis significantis. Non ex parte significatorum, quia non est ibi nisi modus, per quem nomen est nomen commune vel proprium etc. Et etiam si nomen equivocum haberet modum significandi ex parte rei, cum ibi sint plures res, etiam essent ibi plures modi significandi, et sic nomen equivocum vnde equivocum non esset vnum, quod est contra iam determinatum. Item nec habet suum modum significandi ex parte vocis, cum omnis modus significandi ortum habeat a re. Nomen igitur equivocum, vnde equivocum est, non distinguitur in specie per suum modum significandi a nomine sinonimo.

In oppositum est Priscianus et omnes actores gramatice, qui distinguunt nomen equiuocum a nomine sinonimo, et constat, quod non nisi in specie, cum artifices non ponant suas considerationes circa particularia. Ergo nomen equivocum et sinonimum 30 differunt secundum speciem.

8 nominis] *om. Br.* 10 nondum] *nundum Wo. Br.* 15 nomen] *om. Br.*
 22 quod—determinatum] *contra hoc est iam determinatum Br.* 23 omnis
 modus significandi] *omnes modi Br.* 24 habeat] *habeant Br.* 24-26 Nomen—
 sinonimo] Ergo non distinguitur in specie *Br.* 30-31 Ergo—speciem] *Ergo*
 etc. *Br.*

Ad hanc questionem dicendum est, quod nomen equivocum et nomen sinonimum differunt secundum speciem et per suos modos significandi. Cuius ratio est, quia nomina, que diuersimode significant diuersitatem, que est secundum speciem, illa distinguunt per suos modos significandi in specie. Sed nomen equivocum et nomen sinonimum diuersitatem, que est secundum speciem, diuersimode significant. Ergo nomen equivocum et nomen sinonimum differunt secundum speciem per suos modos significandi secundum speciem. Maior patet de se, nam diuersimode in specie significare hoc est diuersos modos significandi in specie habere. Minor declaratur, quia nomen equivocum hoc modo significat, quod plura importat sub vnitate vocis, ita quod formaliter de ratione sua est vnitas vocis per rationem ad plura significata, vt est in hoc, quod est canis. Sed nomina sinonima important vnum significatum sub pluralitate vocis ita quod formaliter, et || de ratione sua est pluralitas vocis respectu vnitatis significati vt dicendo Marcus Tullius. Quare cum vnitas vocis et pluralitas vocis et vnitas significati et pluralitas significati omnino differant secundum speciem, quia distinguuntur ex opposito, et cum nomen equivocum et sinonimum sic significant, sequitur, quod nomen equivocum et sinonimum differunt secundum speciem.

Juxta quod sunt duo notanda. Primum est, qui sint modi significandi nominis equivoci et nominis sinonimi. Secundum est, a quibus proprietatibus rerum accipiuntur.

Circa primum est intelligendum, quod cum equivocum differat a sinonimo penes vnitatem vocis et pluralitatem significati et cum vox se habet in ratione signi respectu significati, dicendum est, quod nomen equivocum significat per modum vnius signi respectu pluralitatis significatorum et nomen sinonimum significat per modum pluralitatis signorum respectu vnitatis significati, ita quod si equivocum aliquam vnitatem habeat, hanc habet a parte vocis, et si sinonima aliquam vnitatem habeant, hoc est ex parte rei significate. Cum igitur vnitas respectu pluralitatis et pluralitas respectu vnitatis sint diuerse proprietates seu diuersi modi, patet, quod nomen equivocum et sinonimum significantur sub diuersis et distinctis modis significandi.

12 formaliter] om. Br. 37 diuersis et] om. Wo.

Circa secundum est notandum, quod realiter videmus, quod aliquando vnum est signum duorum, vt effectus fortuitus seu casualis signum est plurium concurrentium, cum fiat a causa per accidens. Videmus etiam, quod intensus estus aliquando est signum plurium stellarum calidarum in virtute vt Martis cum ⁵ sole vel Canis cum sole et Canis cum Marte.

Item aliquando videmus, quod plura simul sunt signa vnius, vt floratio herbe in horto meo et floratio herbe in horto tuo si-
mul sunt signum accessus solis ad nos coniungentis illas floratio-
nes simul. Quare cum equivocum significet sub vnitate vocis ¹⁰
significantis respectu plurium significatorum et sinonimum sub
pluralitate vocis respectu vnius significati, ideo dici potest, quod
modus significandi nominis equivoci accipitur a modo essendi seu
a proprietate, secundum quam aliquid vnum est signum plurium,
et modus significandi nominis sinonimi a proprietate, se- ¹⁵
cundum quam aliqua plura sunt signa vnius. Nomen igitur equi-
vocum et sinonimum in specie distinguuntur per suos modos
significandi.

Ad primum argumentum in contrarium. Cum dicitur, quod nullum modum significandi habet, non distinguitur ab aliquo ²⁰
aliо per suum modum significandi in specie, concedatur. Et cum
dicitur, quod nomen equivocum nullum modum significandi
habet, dicendum per interemptionem. Et ad probationem. Cum
dicitur, quod omnis modus significandi accipitur ab aliquo modo
essendi in re, verum est, et cum assumitur, quod modus signifi- ²⁵
candi nominis equivoci non accipitur ab aliquo modo essendi,
negandum est. Et tu dicis, quod talis modus essendi non potest
dari; falsum est, quia talis est modus essendi, secundum quem
aliquid vnum est signum plurium, quamquam hoc non sit per
vnam rationem significandi. Et cum dicitur vltterius, quod nul- ³⁰
lus modus significandi adhuc datus est dictioни equivoce, vnde
equivoca est, dicendum, quod possibilis est et datus est iam et
est ille, qui dictus est.

Ad aliud. Cum dicitur, si nomen equivocum habeat aliquem

6 et] uel Br. 8 horto^{1-2]} orto Wo Br. 9 signum] om. Br. 13 essendi] om. Br.
15 a] modo seu add. Br. 19 in contrarium] om. Br. 21 alio] om. Wo.
25 in re] om. Wo. 28 est^{2]}] om. Wo. 31 adhuc] om. Wo. dictioни equivoce]
nomini equivoco Br. 32 equivoca est] equivoco Br.

modum significandi, aut habet eum a re significata aut a parte vocis, dicendum, quod a parte vocis per comparationem ad res significatas, quia suus modus est modus vnitatis vocis respectu pluralitatis significatorum. Et cum probatur, quod non potest 5 habere ex parte vocis, cum omnes modi significandi habeant ortum a re, ad hoc potest responderi tripliciter. Vno modo, quod omnes modi significandi habeant ortum a re, verum est, vel ab ipsa re vel per habitudinem ad rem, et hoc secundo modo modus significandi nominis equivoci habet ortum a re, quia significat 10 sub vnitate vocis per respectum ad pluralitatem significatorum. Alio modo potest dici, quod modus significandi nominis equivoci habet ortum a re, quia accipitur a modo essendi, secundum quem aliquod vnum est signum plurium. Vel potest dici, quod modus significandi nominis equivoci accipitur ab vnitate vocis, 15 et hec vnitatis vocis est quidam modus essendi vocis. Vox autem quedam res est, quia est de tertia specie qualitatis. Ergo modus significandi nominis equivoci ortum habet a re. ||

67 r 1 **J**uxta hoc proceditur ad secundum, vtrum scilicet nomen equivocum per suum modum significandi sit principium constructionis, et videtur, quod sic, quia nomen habens modum significandi aliquo modo est principium constructionis. Sed nomen equivocum habet aliquem modum significandi, vt iam declaratum est. Ergo nomen equivocum per suum modum significandi est aliquo modo principium constructionis.

25 Item omnis pars orationis et omne constructibile vniuersaliter est constructibile seu pars propter constructionem. Sed nomen equivocum est pars orationis, quia est nomen. Ergo nomen equivocum per suum modum significandi est principium constructionis. Maior patet per actoritatem Prisciani in primo minoris et per 30 rationem, quia pars est pars propter suum finem, qui est oratio perfecte constructa. Si igitur non esset principium constructionis, frustraretur suo fine, quod cum sit inconueniens, ideo etc.

In oppositum arguitur, quia omne, quod est principium constructionis per suum modum significandi, est principium alieuius

5 omnes] *om. Wo.* 7 habeant ortum] *orientur Wo.* 10 significatorum] rerum significatarum *Br.* 12 habet ortum] *oriatur Wo.*

26 propter] *per Wo.* 33 In] *om. Br.*

vnius constructionis. Sed nullam potes dare constructionem, cuius principium sit nomen equivocum vnde equivocum per suum modum significandi, quia nec cum parte declinabili nec cum parte indeclinabili nec transitivae nec intransitivae, vt patet per inductionem, quare etc.

5

Item omne principium constructionis, cum principium dicatur ad aliquid, proportionem habet cum aliquo alio quantum ad aliquem modum significandi. Sed nomen equivocum vnde equivocum non habet proportionem cum aliquo alio, et hoc proba per inductionem! Non igitur nomen equivocum per suum modum 10 significandi est principium constructionis.

Ad questionem istam videntur esse duo dicenda. Primum est, quod nomen equivocum per suum modum significandi nullius constructionis principium sit. Secundum est, quod modus significandi nominis equivoci aliqua dispositio est constructibilis po- 15 nens aliquam habitudinem in constructibili ad constructionem.

Juxta primum est intelligendum, quod omnis modus significandi est principium constructionis, quo refertur vnum constructibile ad alterum sub forma constructibilis, et hic vniuersaliter est modus significandi passiue dictus et non actiue. Circa quod est 20 notandum, quod per modos significandi passiue intelligimus modos essendi seu proprietates rei consignificatas per vocem, et per modos significandi actiue intelligimus rationes consignificandi vocis, quibus refertur vox ad consignificata, et iste rationes consignificandi nichil sunt realiter additum substantie vocis, sed 25 solum sunt entia rationis attributa voci ab intellectu, vt supra ostensum est. Vnde ad significationem vocabuli, in quantum est pars orationis, exigitur significatum sub ratione significati, significans sub ratione significantis, et modus significandi, qui dicitur consignificatum dictionis seu ratio consignificati, et modus signifi- 30 candi, qui dicitur proprie ratio consignificantis, ita quod sicut vox refertur ad significatum in ratione signi, ita et significatum ad vocem significativam in ratione significati. Ita vox significativa, in quantum pars orationis, refertur ad consignificatum seu ad modum significandi passiue per suum modum significandi 35

4-5 vt patet per inductionem] *om. Wo.* 22 essendi] significandi *Br.* 26 sunt] *om. Br.* 30 consignificatum] significatum *Wo.*

actiue, qui proprie dicitur ratio consignificandi seu consignantis, et econuerso refertur consignificatum ad rationem consignantis. Quod autem tales modi actiue dicti non sint principia constructionis, patet, quia nichil est principium constructionis constructibilium ad se invicem nisi modus significandi, quo refertur vnum constructibile ad alterum. Sed per rationem significandi actiue non refertur vnum constructibile ad alterum. Nam sicut vox vnde significativa ad nichil refertur nisi ad significatum, et econuerso, ita vox vnde consignificativa seu habens modum significandi ad nichil refertur nisi ad consignificatum seu ad modum significandi passiue. Modi igitur significandi actiue non sunt principia constructionis.

Item illa non sunt principia constructionis ad invicem, que nichil sunt rei, sed solum secundum acceptiōnem nostram. Tales 67 r II autem || sunt modi significandi actiue, vt patet ex dictis. Modi igitur significandi actiue non sunt principia constructionis. Modi tamen significandi passiue sunt principia constructionis, tum quia per illos referuntur constructibilia ad se invicem tum etiam quia aliquid sunt rei preter acceptiōnem nostram. Quod autem per ipsos referantur constructibilia ad invicem, patet, quia dicendo homo albus seu homo currit, in hoc, quod est albus, est modus adiacentis seu modus dependentis, similiter etiam in hoc, quod est currit. Sed iste modus significandi passiue dictus dupliciter potest considerari. Vno modo in quantum consignificatus est per vocem, et sic non est principium constructionum constructibilis cum constructibili, quia sic solum refertur ad vocem, in quantum vox significativa est, sicut refertur ratio consignificati ad rationem consignantis. Alio modo potest considerari, in quantum est modus dependentis, et sic certe refertur ad modum per se stantis seu per se entis. Similiter etiam modus per se stantis in hoc, quod est homo, consideratus sub ratione consignificati solum non est principium constructionis, quia sic solum refertur ad modum significandi actiue, qui est ratio consignificandi. Consideratus autem sub ratione per se stantis seu sub ratione termini respectu modi dependentis est principium constructionis. Item constat,

¹ consignificandi] significandi Wo. ⁵ se] om. Wo. ¹⁶ significandi] om. Wo.
¹⁸ se] om. Wo. ²⁷ consignificativa] significativa Wo. refertur] om. Wo.
²⁹ sic] per se add. Br.

quod isti modi circumscripta omni acceptione nostra et omni significacione adhuc in se sunt aliquid, quia realiter et intellectualiter homo est per se seu in se ens, et currit siue album ens in alio seu dependens ad aliud. Modi igitur significandi passiue sunt solum principia constructionis ipsorum constructibilium ad invicem et non modi significandi actiue, nisi equivoce constructionem velis nuncupare, videlicet constructionem vocis cum re significata, secundum quod vox refertur ad significatum vel ad consignificatum sub ratione significantis vel sub ratione consignificantis, quod proprie non dicitur constructio, sed significatio seu significatio.

Ex hiis ad propositum sic. Omnis modus significandi, qui est principium constructionis, aut principiat constructionem habilitative seu dispositive aut actu, et hoc solum modus significandi passiue. Sed nomen equivocum vnde equivocum per aliquem modum significandi passiue dictum nullius constructionis principium est nec dispositive nec actu. Ergo nomen equivocum per suum modum significandi non est principium constructionis. Maior patet ex determinatis principiis. Minor est eidens, quia nomen equivocum nullum habet modum significandi passiue dictum nec dispositive nec actualiter nisi modos significandi, qui sunt modus significandi nominis, vnde nominis est, modus communis, modus substantiui, et sic de singulis. Constat autem, quod per nichil horum est equivocum vnde equivocum. Nomen igitur equivocum per suum modum significandi non est principium alicuius constructionis, et sic patet primum.

Secundum sic patet, scilicet quod modus significandi nominis equivoci sit aliqua dispositio constructibilis ponens aliqualiter in eo habitudinem ad constructionem. Cuius ratio est, quia sicut vnitas constructibilis est aliqua dispositio constructibilis, ita multiplicitas constructibilis est aliqua dispositio constructibilis. Quod igitur in constructibili ponit multiplicitatem, in eodem ponit aliquam dispositionem. Sed nomen equivocum per suam rationem significandi et consignificandi multiplicitatem ponit in constructibili, quia formalis ratio multiplicis || est vnitas vocis respectu 67v

3 seu in se] om. Br. 9 sub ratione] om. Wo. 13 habilitative] abilitative Wo.
29 ad constructionem] om. Br.

plurium significatorum vel modorum significandi. Sed ista ratio per se est nominis equivoci, habet enim plura significata vel consignificata sub vnitate signi, quamquam non sub vna ratione significandi, quia vnitas signi bene stat cum pluralitate rationis significandi. Nomen igitur equivocum per suam rationem seu per suum modum significandi aliquam dispositionem ponit in constructibili.

Item etiam ponit aliquam dispositionem in constructione, quia multiplicitas constructibilis causaliter facit multiplicatatem constructionis, cum constructio sit passio constructibilis. Sed nomen equivocum est constructibile multiplex, vt iam ostensum est. Ergo etiam eius constructio est multiplex.

Juxta quod est notandum, quod si causa est vniuoca, effectus est vniuocus, et si causa est equivoca, effectus etiam equivocus erit, quia effectus substantiam et virtutem et esse habet a sua causa, subiectum autem est causa omnium suarum passionum. Ergo si subiectum aliquod est equivocum et multiplex, etiam omnes passiones attribute eidem subiecto erunt equivoce et multiplices. Sed terminus equivocus existens multiplex subiectum est multarum passionum sibi attributarum, cuiusmodi est modus significandi, constructio, congruitas, perfectio et cetera talia, similiter distributio, convenientia, veritas et alia huiusmodi. Ergo hec omnia distinguenda sunt vt equivoca et multiplicia. Vnde si queratur, canis currit, vtrum sit congrua vel perfecta vel vera, et sic de aliis, distinguendum est nec respondendum est vnicula responsione. Patet igitur, quod modus significandi nominis equivoci etiam aliquam habitudinem seu dispositionem ponit in constructibili et constructione, et sic patet secundum.

Est autem hic intelligendum, quod grammaticus bene considerat nomen equivocum per suum modum significandi non obstante, quod non determinate sit principium constructionis: Tum propter hoc, quia grammaticus habet considerare omnem diuersitatem, que contingit in modo construendi. Multiplicitas autem constructibilis diuersitatem causat in modo construendi, vt iam visum est, ideo etc. Tum etiam, quia nomen equivocum, quamuis non

2 vel] plura add. Br. 6 suum] om. Wo. 14 est²] om. Wo. etiam] om. Br.
17 si] om. Br. 27 etiam] om. Wo. 29 hic] om. Wo. bene] om. Br.

sit principium constructionis, est tamen principium distinctionis constructibilis et constructionis. Quare cum nomen equivocum attributionem aliquam habeat per suam rationem significandi ad modum construendi, relinquitur, quod erit gramatice considerationis.

5

Ad rationem primam in oppositum. Cum dicitur, omne habens modum significandi est aliquo modo principium constructionis, potest dici, quod hoc est verum de modis significandi passiue importatis per dictionem, et tunc erit minor falsa. Vel aliter, omne habens modum significandi aliquo modo est principium constructionis, verum est vel dispositio vel actu, et hoc vel respectu unitatis constructionis vel respectu multiplicitatis seu distinctionis constructionis, et sic est in proposito, ideo etc.

Ad aliud. Cum dicitur, omne constructibile seu omnis pars || est 67 v. II pars propter constructionem, verum est sic intelligendo, quod 15 una pars est propter unam constructionem, et plures partes propter plures constructiones. Et ad minorem. Cum dicitur, quod nomen equivocum est pars seu constructibile, dicendum, quod non est pars una, sed multe et multa constructibia, et sic erit propter multas constructiones nec frustrabitur suo fine, quia 20 suus finis potest dici diuersitas seu distinctio constructionis, et huiusmodi necessitas ostensa est prius.

De nomine sinonimo.

Consequenter queritur circa nomen sinonimum, et circa hoc queruntur duo. Primum est, vtrum nomen sinonimum vt 25 dicendo Marcus Tullius seu lapis et petra sit unum vel plura nomina. Secundum erit, vtrum nomen sinonimum per suum modum significandi sit principium constructionis.

Circa primum sic proceditur et videtur, quod nomen sinonimum vt dicendo Marcus Tullius non sit nomen unum, quia 30 ad unitatem nominis requiritur significatum unum et vox una et modus significandi unus. Sed nomen sinonimum non habet

20 suo] om. Br.

27 nominal] om. Wo.

vocem vnam dicendo Marcus Tullius. Ergo nomen sinonimum non erit nomen vnum.

- Item nomen vnum est dictio vna. Sed nomen sinonimum non est dictio vna, quia dictio est dictio per rationem significandi et vna dictio per vnam rationem significandi. Sed nomen sinonimum non habet vnam rationem significandi, quia dicendo Marcus Tullius ibi sunt plura signa, ergo et plures rationes significandi, quare etiam erunt ibi plures rationes significati, ergo nullo modo est dictio vna. Nomen igitur sinonimum non est vnum nomen.
- 10 Oppositum arguitur, quia illud est vnum nomen, quod habet vnum modum significandi nominis. Sed nomen sinonimum habet vnum modum significandi nominis etiam numeraliter, quia habet vnam rem significatam, cuius est vna proprietas, a qua accipitur vnum modus significandi nominis. Nomen igitur sinonimum est vnum nomen.

Ad istam questionem intelligendum est, quod nomina sinonima possunt accipi pluribus modis, uno modo ut cum plura nomina significant vnam et eandem rem et sub eadem ratione, ut Marcus Tullius, alio modo ut quando significant plura nomina eandem 20 rem penitus sub diuersis rationibus, ut lapis et petra. Nam lapis significat lapidem sub proprietate agentis. Dicitur enim lapis quasi ledens pedem. Petra etiam significat eandem rem penitus per modum patientis, dicitur enim petra quasi pede trita. Et hoc modo sinonimitatis dicuntur multa sinonima ut dominus et 25 domina, albus et alba, et consimilia. Tertio modo possunt aliquando dici sinonima, que non significant penitus rem vnam, aliquo tamen modo vnam, sed sub rationibus diuersis, ut gladius, mucro et ensis, nam mucro significat pedem ensis, gladius medium ensis, et ensis significat totum. Sic igitur nominibus sinonimis significantibus diuersa patet, quod commune est eis habere pluralitatem vocis respectu vnitatis significati, propter quod etiam dicitur synonymum a sin, quod est cum, et onoma, quod est nomen, quasi nomen significans simul cum alio nomine, vnde et nomina sinonima dicuntur multa nomina significantia aliquod 30 vnum.

16 intelligendum] dicendum Br. 30 patet] secundum Br. 32-33 quod est] om. Wo.

Tunc ad questionem dicendum est, quod nomina sinonima significantia aliquod vnum vt Marcus Tullius est vnum nomen numeraliter et essentialiter, et non est plura nomina nisi accidentaliter, dicendum est tamen, || quod sunt plura nomina sinonima ^{68 r1} numeraliter. Declarabimus igitur tria per ordinem. Primum est, ⁵ quod nomina sinonima, vt Marcus Tullius, sunt vnum nomen numeraliter ita quod essentialiter. Secundum est, quod sunt plura nomina accidentaliter. Tertium est, quod sunt plura nomina numeraliter sinonima et essentialiter.

Primum sic patet, quia nomen est nomen per suum modum ¹⁰ significandi, qui est modus habitus seu modus entis per modum determinate apprehensionis, et vnum nomen numeraliter per vnum modum significandi nominis numeraliter. Quod igitur habet vnum modum significandi nominis numeraliter, vnum est nomen numeraliter. Sed tale est hoc, quod est Marcus Tullius, ¹⁵ quia significat vnam rem penitus sub vna proprietate nominis, vnde nomen est, quia significatum est penitus vnum sub vno modo essendi seu intelligendi, sunt igitur vnum nomen numeraliter.

Secundum sic patet, quia ad nomen requiritur per se significatum et modus significandi et signum, cui accedit vocem esse propter habilitatem significationis vocis magis quam cuiuscumque alterius. Ex quo patet, quod ad essentiam termini seu partis orationis exigitur vox accidentaliter. Vbi igitur sunt plures voces significative respectu rei nominalis, vnde nominis est, ibi erunt ²⁵ plura nomina accidentaliter. Sed nomina sinonima vt dicendo Marcus Tullius plures habent voces numeraliter. Sunt igitur plura nomina accidentaliter.

Juxta quod est intelligendum, quod dicendo Marcus Tullius, hic est vna sola accidentalitas nominis, que est pluralitas vocis. Sed ³⁰ dicendo lapis et petra, hic sunt plures accidentalitates nominis. Nam hic est pluralitas vocum et pluralitas proprietatum, a quibus accipitur pluralitas generum in nomine. Propter quod adhuc est hic magis pluralitas accidentalis nominum, et sic est de consi-

² aliquod vnum] om. Wo. ⁵ per ordinem] om. Wo. ⁶ vnum nomen] plura nomina Wo Br. ¹³ modum] nomen Wo. ¹⁷ vno] om. Br. ¹⁸ seu] sub modo add. Br. ²⁷ numeraliter] uel nominaliter add. Br. ³⁴ est²] om. Br.

milibus. Patet igitur secundum, scilicet quod nomina sinonima sunt multa nomina accidentaliter.

Tertium sic patet, quia nomina sinonima et equivoca esse habent a proprietate vocis, diuersimode tamen, vt visum est.
⁵ Vbi igitur sunt diuerse voces vnam rem significantes, ibi erunt plura nomina sinonima, id est plura nomina significantia simul.

Juxta quod est intelligendum, quod si nomina sinonima aliquam vnitatem habeant, hoc est ex parte rei, et pluralitatem ex parte vocis, sicut nomen equivocum vnitatem habet a parte vocis
¹⁰ et pluralitatem ex parte rei, propter quod directe distinguntur ex opposito, scilicet nomen equivocum et sinonimum, et ex hoc forte est, quod nomen sinonimum impedit vnitatem termini et propositionis et ex consequenti sillogismi, videlicet propter aliquam pluralitatem, quam habet. Et ad hanc intentionem loquens
¹⁵ philosophus dicit, quod contradicton est vnius et eiusdem non nominis solum sed rei, et nominis non synonimi sed eiusdem, et huiusmodi multiplicitas forte fantastica non vera potest appellari. ||

⁶⁸ r II Secundo est intelligendum, quod cum plura nomina sinonima
²⁰ distinguuntur ad invicem vt hoc, quod est Marcus Tullius, ab hoc, quod est lapis et petra, et sic de consimilibus, hoc videtur esse per distinctas rationes numeraliter, et ideo si hoc totum, quod est Marcus Tullius, habeat aliquam rationem, vnde synonimum est, hoc est pluralitas talium vocum respectu talis rei, que vna
²⁵ est, et similiter est de aliis. Patent igitur tria proposita.

Ad rationem primam in oppositum. Cum dicitur, quod ad vnitatem nominis requiritur significatum vnum et modus significandi vnum et vox significativa vna, potest dici, quod ad vnitatem nominis requiritur significatum vnum et modus significandi vnum,
³⁰ verum est essentialiter, et vox vna, verum est accidentaliter. Et tu dicis, quod ibi sunt voces plures; potest concedi, et ideo bene probatur, quod sit ibi pluralitas nominum accidentaliter.

Ad aliud. Cum dicitur, nomen vnum est dictio vna, posset dici per interemptionem, quia pars solum et formaliter est pars per
³⁵ vnum modum significandi essentiale, qui dicitur modus signi-

20 distinguuntur] distincta Br. ab] ad Br. 26 quod] om. Wo.

15 De sophisticis elenchis 5,167a.

ficandi passive, propter quod sibi accidit vnitatis vel pluralitas signi; vel potest dici, quod pars vna est dictio vna, verum est essentialiter, et hoc est per vnam rationem significandi, que accipitur ab vna ratione intelligendi essentialiter. Et cum dicitur in minori, quod nomen sinonimum non est dictio vna, potest ⁵ dici per interemptionem. Et ad probationem. Cum dicitur, quod dictio est dictio per rationem significandi, verum est per vnam rationem significandi, que consequitur vnam rationem intelligendi. Et tu dicis, quod in sinonimis sunt plures rationes significandi; verum est plures accidentaliter, quia signa plura sunt ¹⁰ ibi, vna tamen est ibi ratio essentialis, que consequitur intellectum essentiale rei, vnde Marcus Tullius significant eandem rem essentialiter sub vna ratione essentiali, ideo etc.

Juxta hoc proceditur ad secundum, scilicet vtrum nomen sinonimum per suum modum significandi sit principium constructionis, et videtur, quod non, quia quod nullum modum significandi habet, non est principium constructionis per suum modum significandi. Sed nomen sinonimum vnde sinonimum nullum habet modum significandi nisi quem habet per naturam, qua est nomen vel nomen commune etc., et hoc patet per inductionem. ²⁰ Ergo nomen sinonimum non est principium constructionis per suum modum significandi.

Item si nomen sinonimum esset principium constructionis per suum modum significandi vnde sinonimum, istum modum significandi haberet a parte vocis. Sed a parte vocis nullum habet ²⁵ talem modum significandi, quia ibi est pluralitas || vocis, ergo et ^{68v1} pluralitas proprietatis vocis. Non igitur aliquam vnam proprietatem seu aliquem modum vnum significandi habet nomen sinonimum ex parte vocis. Sed constat, quod nullum aliud habet. Ergo nomen sinonimum per suum modum significandi non est ³⁰ principium constructionis.

Oppositum arguitur, quia omne constructibile habens modum aliquem significandi, per quem distinguitur in specie contra aliud constructibile, principium debet esse alicuius constructionis. Sed

14 hoc] quod Br. 21 nomen] om. Wo. 26-27 vocis—pluralitas] om. Wo.
33 aliud] illud Br.

nomen sinonimum est huiusmodi. Ergo per suum modum significandi est principium constructionis. Maior patet, quia omnes modi significandi vniuersaliter dati sunt constructibili propter constructionem finaliter. Minor patet ex determinatis, quia nomen sinonimum distinguitur a nomine equivoco per suum modum significandi in specie, quare etc.

Ad hoc intelligenda sunt duo. Primum est, quod omne illud est principium constructionis, quod habet aliquam habitudinem ad constructionem vel actualiter ponens rationem dependentis in constructibili vel rationem termini, vel si disponat ad actualem dependentiam vel ad actualiter terminum, et hoc quocumque modo, seu uno modo seu alio, verbi gratia siue sub unitate vocis respectu unius significati vel vnuocatione suorum modorum significandi, seu sub pluralitate vocis respectu pluralitatis significatorum vel modorum significandi, seu sub pluralitate vocis respectu unitatis significati et modorum significandi vnuoce importatorum. Isti enim diuersi modi aliqualiter diuersitatem ponunt in modo construendi. Vnde cum ad artificem spectet cognoscere suum scibile et vniuersaliter omnem modum, qui suam artem diuersificat et per quem aliter et aliter ponit in suum scibile, quod intendit, sicut logicus considerat diuersas figuras et modos figurarum, mediantibus quibus potest concludere eandem conclusionem, ita et grammaticus considerare debet omnem modum, qui aliquam diuersitatem ponit in modo construendi et per quem aliter et aliter ponit in orationem perfecte constructam, quam grammaticus principaliter considerat.

Secundo est intelligendum, quod refert querere de nomine sinistro, unde sinonimum est, et de nomine sinistro tali, sicut est lapis et petra, quia sinonimum, unde sinonimum est, solam habet pluralitatem vocis respectu unitatis significati. Sed nomen sinonimum tale, sicut est lapis et petra, habet non solum pluralitatem vocis respectu unitatis significati, sed cum hoc habet aliam et aliam rationem seu modum significandi puta genus masculinum et femininum.

Tunc ad questionem. Cum queritur, vtrum nomen sinonimum per suum modum significandi sit principium constructionis, aut

⁹ rationem] *om.* *Br.* ³² sed] *et Wo.*

queritur de nomine sinonimo vnde sinonimum aut de nomine sinonimo vnde tale, sicut est lapis et petra. Si primum queris, dicendum, quod non est actuale principium constructionis per suum modum significandi, est tamen dispositive principium constructionis per suum modum significandi.

5

Primum sic patet, quia nichil est actuale principium constructionis per suum modum significandi nisi habens modum significandi, quo actualiter dependet ad aliquid constructibile, in quo habet proportionem actualem quantum ad suum modum significandi, vel nisi habeat modum, quo actualiter terminet || depen- 68 v. II dentiam alterius constructibilis proportionaliter et actualiter. Sed nomen sinonimum vnde sinonimum per suum modum significandi non dependet actualiter ad aliquid constructibile nec terminat actualiter dependentiam alterius constructibilis actualiter et proportionaliter. Nam modus significandi nominis sino- 15 nimi est significare sub pluralitate vocis respectu vnitatis significati. Sed constat, quod pluralitas vocis significativa et vniuersitas rei significata sese mutuo respiciunt et nichil aliud extra se respiciunt, vt patet intuenti. Nomen igitur synonimum non est actualiter principium constructionis per suum modum signifi- 20 candi.

Declaratio secundi est, scilicet quod nomen sinonimum per suum modum significandi sit principium constructionis dispositive, quia omne illud est principium constructionis dispositive, quod vel disponit ad actuale principium constructionis simpliciter, vel quod alio modo disponit ad actuale principium constructionis quam aliud constructibile. Nam aliquid disponit ad principium actuale constructionis simpliciter vt nomen commune seu appellativum ad pluralem numerum et nomen proprium ad numerum singularem, et sic de consimilibus. Aliiquid etiam alio et 30 alio modo disponit ad actuale principium constructionis, vt nomen appellativum consideratum sub vnitate vocis respectu vniuersus significati vel sub pluralitate vocis respectu vniuersus significati vel sub vnitate vocis respectu plurium significatorum. Sed nomen sinonimum alio modo significat quam significat nomen equivo- 35

26 constructionis] simpliciter add. Br. 30 Aliiquid] Aliquis Wo. 34 vnitate] pluralitate Br.

cum vel nomen penitus vniuocum habens vnitatem significati sub vnitate vocis. Vnde hiis modis significare est diuersimode significare et consignificare respectu significati et modorum significandi, qui actualiter principiant constructionem. Nomen igitur sinonimum est principium constructionis dispositive.

Si vero queris, vtrum nomen sinonimum tale sicut lapis et petra, vtrum per suum modum significandi sit principium constructionis, dicendum, quod ibi est duo considerare. Nam in tali nomine sinonimo et est natura, qua est sinonimum, et natura, qua est tale. Si primo modo consideretur, tunc est dicendum, quod non est actuale principium constructionis, sed dispositiue, et vtriusque declaratio manifesta est ex iam dictis. Si autem secundo modo consideretur, scilicet vnde est tale, dicendum est, quod est actuale principium constructionis per suum modum significandi, quia dicendo lapis et petra, lapis significatur per modum agentis, et hoc est esse masculini generis, et petra per modum patientis, et hoc est esse feminini generis. Sed genus masculinum et femininum actualiter sunt principia constructionis, vt patebit consequenter. Vnde nomen sinonimum per suum modum significandi vnde tale bene est actualiter principium constructionis. Et sic patet, quod nomen sinonimum vnde sinonimum est principium constructionis dispositive.

Ad primam rationem in oppositum. Cum dicitur, illud, quod nullum modum significandi habet, non est principium constructionis per suum modum significandi, concedatur. Et cum dicitur, quod nomen sinonimum non habet aliquem modum significandi, dicendum per interemptionem. Et tu dicis, quod nomen sinonimum non habet modum significandi nisi modum significandi per modum communis etc.; dicendum, quod adhuc habet alium modum significandi vnde sinonimum est, et iste est modus pluralitatis vocis respectu vnius significati disponens ad constructionem eo modo, quo dictum est.

69 r 1 Ad aliam rationem. || Cum dicitur, si nomen sinonimum esset principium constructionis per suum modum significandi, illum haberet ex parte vocis, ad hoc potest dici per interemptionem, quia suus modus significandi vnitatem habet ex parte rei. Nam sinonimum non solum est sinonimum per pluralitatem vocis, sed hoc est respectu vnitatis significati, per cuius vnitatem

potest dici eius modus significandi vnum; vel concedatur maior. Et cum dicitur in minori, quod a parte vocis nullum potest habere modum significandi, dicendum per interemptionem. Et tu dicas, quod ibi est pluralitas vocis. Ad hoc potest dici, quod illa pluralitas vnitatem sortitur ab vnitate significati, vel potest 5 dici, quod cum pluralitate reali bene stat vnitatis secundum rationem, vt patet in numero. Nam numerus est multa discreta realiter, et tamen ratio sue discretionis seu multitudinis vna est, quia numerus aliquod vnum ens est. Sic etiam in proposito: quamquam in sinonimo est pluralitas vocis, tamen ratio pluralitatis vna est distincta a ratione vnitatis, et hec ratio pluralitatis vocis respectu vnitatis significati est modus significandi nominis sinonimi, ideo etc.

*De nominibus substantiis solum repertis in
nominibus appellatiis.*

15

De nomine generali et speciali.

Consequenter queritur de nominibus substantiis solum reper-tis in nominibus appellatiis, que octo inveniuntur, scilicet nomen generale vt animal, nomen speciale vt homo, nomen collectuum vt plebs, nomen ficticum vt turtur, nomen temporale 20 vt annus, nomen verbale vt lector, nomen participiale vt lectio, nomen absolutum vt deus. De hiis igitur queremus secundum ordinem. Et primo de nomine generali et speciali, deinde autem de aliis. Circa nomen generale et speciale querimus quatuor. Primum est, vtrum nomen generale et speciale sint grammaticae con-siderationis. Secundum est, cum nomen generale et speciale dicatur generale per rationem generis et speciale per naturam spe-ciei, que sunt intentiones logicales, ideo queritur, vtrum intentiones logicales possint esse modi significandi dictionis. Tertium est, vtrum nomen generale et nomen speciale differant in specie. 30 Quartum est, vtrum nomen generale et speciale sint principia constructionis per suos modos significandi.

2 a] ex Br. 10 est] sit Br. 12 significati] significandi Wo.

18 que] om. Br. 23 autem] om. Wo. 26 et speciale] om. Wo.

18-22 cfr. Prisc. II 27-31 (Keil II p. 59-62).

Circa primum sic proceditur et videtur, quod nomen generale et nomen speciale non sint gramatice considerationis, nam logicus considerat nomen generale et speciale. Ergo grammaticus ipsa non considerat. Antecedens patet, quia nomen generale et nomen speciale formaliter sunt talia per rationem generis et speciei, que per se sunt intentiones logicales. Consequentia patet, nam sicut artifices distinguuntur, ita et res, quas ipsi considerant. Sed logicus per se considerat generale et speciale, ergo etc.

Item nomen generale est generale per hanc intentionem, que est genus, et nomen speciale est speciale per hanc intentionem, que est species. Cuius igitur non est considerare hoc, quod est genus, et hoc, quod est species, eius non est considerare nomen generale et speciale. Sed grammaticus non considerat huiusmodi intentiones, que sunt genus et species. Ergo nomen generale et nomen speciale non sunt gramatice considerationis.

In oppositum est Priscianus et alii actores gramatice, qui considerationem suam ponunt circa nomen generale et speciale, quod non esset, nisi essent gramatice considerationis.

Item constructibilia, que distinguuntur ex opposito in specie habentia distinctas constructiones, illa sunt gramatice considerationis. Sed nomen generale et nomen speciale distinguuntur ex opposito sub nomine et habent distinctas constructiones in specie, ut consequenter patebit. Ergo erunt gramatice considerationis.

Ad istam questionem dicendum est, quod grammaticus nomen generale et nomen speciale considerat, quia grammaticus modum construendi per se considerat. Quicquid igitur aliquam habet attributionem ad modum construendi, || illud est gramatice considerationis. Sed nomen generale et nomen speciale habent attributionem ad modum construendi, et hoc dupliciter. Nam aliiquid habitudinem seu attributionem ad constructionem habet vel sicut constructibile illud, quod construitur, ut mobile refertur ad motum sicut illud, quod mouetur, vel sicut illud, quo construitur, quod est modus significandi. Sed hec duo est dare in nomine

5 nomen] *om.* *Wo.* 7 distinguuntur] sunt distincti *Br.* 12 genus] eius non est considerare nomen generale, et cuius non est considerare *add.* *Br.* et] *om.* *Br.* 13 generale et] *om.* *Br.* 21 nomen²] *om.* *Wo.* 25 nomen] *om.* *Wo.*

generali et nomine speciali, scilicet et illud, quod construitur. Animal enim et homo bene compatiuntur seu construuntur dicens, homo est animal; — vel homo est asimus vel homo est albus. Item in eis est dare illud, quo utrumque eorum construitur, scilicet modum generis et modum speciei, et quomodo ad constructionem faciunt, patebit consequenter. Nomen igitur generale et speciale sunt gramaticae considerationis.⁵

Item grammaticus habet considerare omnia universaliter, que sub diuersis modis significandi importantur. Sed constat, quod nomen generale aliud habet modum significandi quam nomen speciale. Nam nomen generale generaliter seu per modum generis significat et per modum magis indeterminati quam species. Species vero significat specialiter seu per modum speciei et per modum magis determinati quam nomen generale, quamquam per modum indeterminati respectu individuorum. Sic autem significare est aliter et aliter significare seu sub alio et alio modo. Nomen igitur generale et speciale erunt gramaticae considerationis.

Ad primum argumentum in oppositum. Cum dicitur, logicus nomen generale et speciale considerat, dicendum, quod nomen generale et speciale dupliciter possunt considerari, vel secundum quod nomina vel secundum quod talia nomina. Si primo modo intelligis, quod logicus nomen generale et nomen speciale considerat, dicendum per interemptionem, quia solus grammaticus considerat aliquid, in quantum est pars orationis. Si autem consideratur, in quantum talia sunt, scilicet quantum ad rationem generis et speciei, adhuc possunt dupliciter considerari: aut in quantum aliquid operantur ad modum construendi, et sic antecedens adhuc est falsum, nam hoc modo grammaticus considerat nomen generale et speciale, et hoc dupliciter, ut dictum est; alio modo nomen generale et nomen speciale quantum ad rationem generis et speciei possunt considerari, in quantum aliquid faciunt ad modum sciendi, et hoc modo verum est, quod logicus considerat generale et speciale. Et tunc, cum dicitur, ergo grammaticus

¹ nomine] *om.* *Wo.* ³ est asimus vel homo] *om.* *Br.* ¹⁰ generale] aliquando add. *Br.* ²² nomina²] *om.* *Wo.* ³⁰ et hoc dupliciter] *om.* *Wo.* ³¹ nomen²] *om.* *Wo.*

ipsa non considerat, dicendum per interemptionem consequentie.

Et ad probationem. Cum dicitur, sicut artifices sunt distincti, ita et res, quas considerant, dicendum, quod non solum distinctione rerum distinguit artifices, verum etiam distinctio modorum considerandi, quare cum sic sit in proposito, ut iam dictum est, ergo etc.

Ad aliud. Cum dicitur, cuius non est considerare intentiones, que sunt genus et species, eius non est considerare nomen generale et nomen speciale, concedatur. Et cum dicitur in minori, quod grammaticus non considerat rationem generis et speciei, dicendum per interemptionem, nam grammaticus ea considerat, secundum quod aliquam habent attributionem ad constructionem seu ad modum construendi eo modo, quo dictum est.

¹⁵ Juxta hoc proceditur ad secundum, vtrum scilicet intentiones logicales possint esse modi significandi dictionis, et videtur quod non, quia modi significandi sunt principia constructionis, ut liquet ex determinatis. Sed intentiones logicales non sunt principia constructionis, ut de se patet. Ergo intentiones logicales non possunt dici modi significandi.

Item illa, que non diuersificant constructiones, non sunt principia constructionis saltem sicut diuersa seu distincta principia. Sed intentiones logicales non diuersificant constructiones. ||
^{69 v i} Quamcumque enim constructionem potest habere aliquid habens rationem generis, eandem potest habere aliquid habens rationem speciei, et sic de aliis. Intentiones igitur logicales non sunt principia constructionis. Sed illa, que non sunt principia constructionis, non sunt modi significandi, cum modi significandi per se sint principia constructionis.

³⁰ Oppositum arguitur, nam per se esse et esse in alio considerat logicus, similiter rationem predicati et subjecti et rationem generis et speciei. Sed hec eadem sunt modi significandi dictionis gramatice loquendo. Nam substantium significat aliquid per

4 et] om. Wo. 6 iam] om. Wo. 7 ergo] ideo Br.

15 scilicet] om. Wo. 19 de se] om. Wo. 31-32 generis et speciei] speciei et generis Wo.

modum, quo aliquid est in se, adiectuum vero per modum, quo aliquid est in alio.

Item grammaticus rationem suppositi et appositi considerat, que sunt idem cum rationibus subiecti et predicati, et sic de aliis. Intentiones igitur logicales possunt esse modi significandi. ⁵

Ad istam questionem dicendum, quod illa eadem substantia-liter, que sunt intentiones logicales, illa eadem possunt esse sub-stantialiter modi significandi, non tamen illa eadem secundum eandem rationem sunt intentiones logicales et modi significandi.

Primum sic patet, quia modus significandi non est aliud quam ¹⁰ proprietas rei cointellecta consignificata per vocem. Ex hoc sic. Quamcumque rem contingit intelligere et eius proprietatem conin-telligere, illam eandem contingit significare et suam proprietatem consignificare, quia significari rei sequitur intelligi, et consignifi-car sequitur conintelligi. Sed intentiones logicales contingit con-¹⁵ intelligere cum re, cuius sunt. Ergo et eas contingit consignifi-care simul cum significatione rei. Sed modi significandi sunt consignificata dictionis, vt premissum est. Intentiones igitur lo-gicales possunt esse modi significandi dictionis.

Item dictio sicut per suam partem, que est vox, nullam rem ²⁰ significandam sibi determinat et nulla sibi repugnat, ita vox potest consignificare omnes proprietates rei, que rei non repug-nant. Sed proprietates consignificate sunt modi significandi, quare cum intentiones logicales possint esse huiusmodi, manife-stum est, quod intentiones logicales possunt esse modi signifi-²⁵ candi. Et sic patet primum.

Secundum sic patet. Quecumque sunt logice considerationis, attributionem habent ad modos sciendi, puta ad modum diuidendi vel diffiniendi vel sillogisandi, cuiusmodi sunt principia habitu-dinum localium, que autem sunt gramatice considerationis, ³⁰ principia sunt modi construendi. Sed esse principium modi sciendi et esse principium construendi non est esse eiusdem rationis, quare si eadem secundum essentiam possint esse inten-tiones logicales et modi significandi, hoc non erit per eandem rationem, sed secundum aliam et aliam. Ex quo sequitur, quod ³⁵

5 igitur] *om. Br.* **6** illa] et add. *Br.* **13** illam] et add. *Br.* **14** significari] significare *Br.* **17** sunt] secundum add. *Br.* **29** vel¹] *om. Wo.*

sicut intentiones logicales, in quantum logicales sunt, non diuersificant modum construendi, similiter modi significandi, in quantum sunt gramatice considerationis, non diuersificant modum sciendi.

⁵ Ad primam rationem. Cum dicitur, modi significandi sunt principia constructionis, concedatur. Ad minorem. Cum dicitur, quod intentiones logicales non sunt principia constructionis, dicendum, quod verum est secundum rationem illam, secundum quam sunt intentiones logicales, quia sic referuntur ad modos ||
^{69 v ii} sciendi. Cum hoc tamen bene potest stare, quod, secundum quod referuntur ad modos construendi, sint gramatice considerationis, scilicet secundum quod sunt modi significandi aliquo modo habilitantes ad constructionem vel actu principiantes constructionem. Quare cum aliqua, que sunt intentiones logicales, quamuis ¹⁵ forte non omnes, possunt esse modi significandi, ideo etc.

Ad aliud. Cum dicitur, illa, que non diuersificant constructionem, non sunt principia constructionis saltem sicut distincta principia, que sunt distincti modi significandi, verum est, nisi distincte principiant constructiones vel distincte habilitando vel ²⁰ distincte actu principiando. Et ad minorem. Cum dicitur, quod intentiones logicales non diuersificant constructionem, verum est, secundum quod logicales sunt, secundum tamen quod sunt modi significandi disponentes ad constructionem seu habilitantes vel actu principiantes constructionem, bene possunt esse principia constructionis. Et tu probas, quod non, quia quamcumque constructionem potest habere nomen generale, eandem potest habere nomen speciale, dicendum per interemptionem, quia nomen generale, vt est hoc, quod est animal, disponit ad neutrum genus, sed hoc, quod est asinus, non. Per quem autem modum ²⁵ hoc contingat, consequenter dicemus. Et cum proceditur ultrius. Cum dicitur, illa, que non sunt principia constructionis, non sunt modi significandi, concedatur. Et tu dicas, quod intentiones logicales non sunt principia constructionis; negandum est eo modo, quo dictum est.

⁴ sciendi] construendi *Wo.* ¹³ ad] *om.* *Wo.* ¹⁶ illa] *ea Br.* ²² sunt^{1]} *om.* *Wo.* ³⁰ hoc] *om.* *Br.*

Consequenter proceditur ad tertium, vtrum scilicet nomen generale et nomen speciale differant in specie, et videtur, quod non, quia nomina, que non habent distinctos modos significandi in specie, non sunt distincta nomina in specie, cum distinctio specierum nominis sit per distinctionem modorum significandi in specie. Sed nomen generale et nomen speciale non habent distinctos modos significandi in specie, quod sic declaratur, quia illa, que non habent constructiones distinctas in specie, non habent modos significandi distinctos in specie. Sed nomen generale et nomen speciale non habent distinctas constructiones in specie, quia in quamcumque constructionem ponit vnum, et reliquum. Nomen igitur generale et speciale non differunt secundum speciem.

Item aliquid vnum et idem non differt a seipso in specie. Sed idem nomen potest esse generale et speciale, vt est hoc, quod est ¹⁵ animal, quia generale est respectu hominis, speciale autem respectu corporis animati. Ergo nomen generale et speciale non differunt secundum speciem.

Oppositum arguitur per Priscianum, qui distinguit nomen generale a nomine speciali. Sed constat, quod non distinguuntur ²⁰ vt aliqua indiuidua nominis. Ergo differunt secundum speciem.

Item quecumque importantur seu significantur diuersis rationibus, illa differunt secundum speciem saltem in scientiis rationalibus. Sed nomen generale et nomen speciale significantur sub diuersis rationibus, quod patet per philosophum in topicis, ²⁵ qui dicit, quod si vna vox genus et speciem importat vt animal et hominem, equivoce ea significat. Ergo nomen generale et nomen speciale differunt secundum speciem.

Ad hanc questionem dicendum est, quod nomen generale || et nomen speciale differunt secundum speciem. Cuius ratio est, ^{70 r 1} quia nomen est nomen formaliter per suum modum significandi, per quem distinguitur ab aliis partibus orationis, et nomina specialia, id est species nominis, distinguuntur per distinctos modos speciales, per quos sunt talia formaliter distincta ab invicem se-

2 et²] om. Wo. 16 autem] om. Wo. 20 a nomine speciali] nomen speciale Wo. 29 est] om. Br.

19 Prisc. II 31 (Keil II p. 61-62). 25 Topica IV,3. 123a; 6,127b.

cundum speciem. Illa igitur nomina differunt secundum speciem, que distinctos habent modos significandi distinctos in specie. Sed nomen generale et nomen speciale distinctos habent modos significandi in specie. Nam illa, que habent distinctos modos essendi secundum speciem et distinctos modos intelligendi, etiam possunt habere distinctos modos significandi secundum speciem. Sed nomen generale et nomen speciale distinctos habent modos essendi secundum speciem et distinctos modos intelligendi, quia rei alicui debetur modus essendi seu proprietas,
 10 secundum quam multiplicari seu diuidi potest in multa diuersarum essentiarum differentium secundum speciem, et ab hac proprietate accipitur modus significandi nominis generalis. Quod probatur, quia nomen talem modum significandi habens nomen generale est, et quod non habet talem modum significandi, non
 15 est nomen generale.

Item aliqua est proprietas rei, secundum quam aliquid multiplicatur seu diuiditur in plura supposita eiusdem essentie specificae, cui etiam repugnat multiplicatio in supposita diuersarum essentiarum, et ab hoc modo essendi seu ab hac proprietate acci-
 20 pitur modus significandi nominis specialis, quia nomen aliquod talem modum significandi habens nomen speciale est, et quod ipsum non habet, nomen speciale non est. Quod autem isti modi essendi differant secundum speciem tamquam modi significandi distincti ex opposito, patet, quia modus, secundum quem aliquid diuiditur solum in plura differentia secundum numerum, que sunt individua essentie eiusdem speciei, illud non habet modum, secundum quem potest diuidi seu multiplicari in supposita diuersarum essentiarum, immo sibi repugnat, propter quod apud logicum species specialissima dicitur. Ex quo patet, quod nomen
 30 speciale directe opponitur nomini generali, quia priuat modum, secundum quem nomen generale diuiditur in multa secundum speciem. Ex hoc etiam patet, quod illud, quod priuat utramque diuisionem, scilicet et diuisionem, qua aliquid diuiditur in differentia secundum speciem, et diuisionem, qua aliquid diuiditur
 35 solum in differentia secundum numerum, illud nec nomen generale nec speciale est, cuiusmodi est nomen proprium, quod die-

19 ab hoc] om. Wo. 35 solum in differentias] om. Br.

tum est indiuiduum a priuatione vtriusque diuisionis. Nomen igitur generale et nomen speciale differunt in specie nominum per suos distinctos modos significandi acceptos a modis essendi et intelligendi distinctis secundum speciem, quia nomen generale significat per modum communis multiplicabilis in plura supposita diuersarum essentiarum differentium secundum speciem, nomen autem speciale significat per modum communis multiplicabilis in multa supposita eiusdem essentie non differentis secundum speciem, sed solum secundum numerum. Ex quo || 70 r II euidens est, quod nomen generale et nomen speciale, quamquam 10 differant secundum quod talia sunt, tamen ex hoc non oportet ea differre secundum quod sunt nomina vel secundum quod nomina appellatiua vel substantiua.

Ad rationem primam. Cum dicitur, nomina, que non habent distinctos modos significandi in specie, non differunt secundum 15 speciem, concedatur. Et ad minorem dicendum per interemptionem. Ad probationem. Cum dicitur, quod illa non habent distinctos modos significandi secundum speciem, que non habent distinctas constructiones secundum speciem, aliquis responderet ad hoc per interemptionem, quia ad hoc, quod aliquando sint 20 modi significandi, sufficit, quod sint consignificata per vocem preter habitudinem ad constructionem; vel concedatur illa propositio. Et cum dicitur, quod nomen generale et nomen speciale non habent distinctas constructiones in specie, dicendum per interemptionem, quia quamquam non sint actu principia constructionum distinctarum secundum speciem, tamen disponunt ad distinctas constructiones secundum speciem. Et tu dicas, quod in quamcumque constructionem ponit vnum eorum, et reliquum; hoc negandum est, cuius causa patebit in sequenti questione.

Ad aliud. Cum dicitur, aliquod vnum et idem non differt a 30 seipso in specie, verum est secundum eandem rationem, secundum tamen diuersas bene potest differre a se ipso in specie. Et

2 igitur] om. Wo. 7 significat] om. Br. 9 sed—numerum] differentibus tamen secundum speciem Wo. 10 nomen²] om. Wo. 11 hoc] secundum quod talia sunt, tamen ex hoc repet. Wo. 15 significandi] om. Br. 19 secundum] om. Br. 21 per] ad Br. 23 et] uel Br. nomen] om. Wo. 28 quamcumque constructionem] quacumque constructione Br. 29 patebit] habebitum Br.

cum dicitur, quod idem et est nomen generale et est nomen speciale ut hoc, quod est animal, dicendum, quod non est per eandem rationem, sed per comparationem ad diuersa, nam generale est ad inferius, speciale autem ad suum superius; vel dicatur, et 5 melius, quod hoc, quod est animal, non debet dici nomen speciale, quia gramaticus solum vocat illud nomen speciale, quod habet modum speciei specialissime, videlicet quod habet modum communis diuisibilis in plura supposita eiusdem essentie cum precisione diuisionis in multa, que differunt specie, ideo etc.

¹⁰ **J**uxta hoc proceditur ad quartum, vtrum scilicet nomen generale et speciale per suos modos significandi sint principia constructionis, et videtur, quod non. Nam illi modi significandi non sunt principia constructionis, qui nullam habet proportionem cum aliis modis significandi aliorum constructibilium. Sed ¹⁵ nomen generale et nomen speciale quantum ad suos modos significandi nullam habent proportionem cum modis significandi aliorum constructibilium, quod patet inducendo tam in constructione transitua quam in constructione intransitiva tam partium declinabilium quam indeclinabilium tam a parte ante quam a ²⁰ parte post. Nomen ergo generale et speciale per suos modos significandi non sunt principia constructionis.

Item illi modi significandi non sunt principia constructionis, quibus positis nulla ponitur constructio et quibus ablatis nulla aufertur constructio. Sed positis modis significandi nominis generalis et nominis specialis nulla ponitur constructio nominis et illis ablatis nulla aufertur constructio nominis, quia quamcumque constructionem potest habere hoc nomen animal, quod est nomen generale, eandem potest habere hoc nomen speciale, quod est homo, vnde inducendo in omnibus speciebus constructionis, ²⁵ quibus nomen construitur, instantiam non invenies.

Oppositum arguitur, quia omnia constructibilia habentia modos significandi principia constructionis sunt, || et si habeant distinctos modos significandi, distincta principia constructionis

1 est nomen^{2]} om. Wo. 2 vt—animal] om. Br.

15-17 nomen—constructibilem] om. Br. 19 a^{1-2]} ex Br. 27-28 hoc—generale] nomen generale, quod est animal Br. 28 hoc] om. Br. 29 vnde] vt patet Br. 30 instantiam] om. Wo.

sunt. Sed nomen generale et nomen speciale distinctos habent modos significandi. Ergo nomen generale et speciale per suos modos significandi sunt principia constructionis. Maior patet, quia constructibile per illud, per quod constructibile sub forma constructibilis in esse constituitur, per idem in contextu partium 5 orationis ordinatur. Sed constructibilia per suos modos significandi in esse constituuntur. Ergo per illos ordinantur seu constituuntur in contextu partium orationis. Minor patet ex determinatis, ideo etc.

Ad istam questionem dicendum est, quod nomen generale et 10 nomen speciale per suos modos significandi sunt principia constructionis dispositive, non tamen sunt principia constructionis actualiter. Ad intelligentiam primi dicti est considerandum, quod nomen generale et nomen speciale differunt penes abstractionem maiorem vel minorem. Plus enim abstrahit nomen generale quam 15 nomen speciale, quia conueniens est, quod patet ex eorum rationibus seu modis significandi. Nomen enim generale significat per modum communis multiplicabilis in supposita diuersarum essentiarum secundum speciem. Nomen autem speciale significat per modum communis multiplicabilis in supposita essentie eiusdem speciei. Plus igitur abstrahit nomen generale quam nomen speciale. Sed quod plus abstrahit, minus concernit passiones materie, que sunt masculinitas, feminitas, quia masculus et femina non differunt secundum speciem, sed secundum passiones materie solius. Mulier enim est vir occasionatus. Ex quo accipi- 20 tur, quod illud, quod plus abstrahit, plus vergit ad modum, secundum quem essentiam habet, propter quod nomen neutrius generis nomen essentie est, vt dicendo animal vel lignum. Nichil enim horum nec significatur, vt est masculini sexus nec feminini.

Ex hoc sic. Illud, quod per suum modum significandi disponit 30 ad neutrum genus, illud est principium constructionis dispositive, quia neutrum genus actu principiat constructionem. Sed nomen generale saltem disponit ad neutrum genus, quia abstrahit a pas-

1 nomen^{2]}] om. Wo. 4 per^{1]}] om. Br. 8 Minor] Maior Br. 11 nomen] om. Wo.
12 sunt] om. Br. 25 solius] solum Br.

sionibus materie saltem plus quam nomen speciale. Ergo nomen generale est principium constructionis dispositive saltem.

Juxta quod intelligendum est, quod quamuis nomen generale abstrahat a passionibus materie, que sunt sexus masculinus et femininus, et sic debeat esse neutri generis ut dicendo animal, corpus etc., tamen respiciendo ad aliquas proprietates, secundum quas debetur eis potentia activa vel passiva, in quibus fundatur sexus vel simile sexui, aliquando nomina generalia imponuntur sub masculino vel sub feminino genere ut dicendo substantia vel color. Nam respiciendo ad proprietatem substantie, secundum quam substando subportat actum, et non respiciendo ad modum, secundum quem est genus, dicitur feminini generis; sic etiam est de colore, in quantum habet potentiam actiuam, ut agat in visum, et non ratione, qua est genus, imponitur sub modo masculini generis, et sic est in aliis.

Item quod nomen speciale sit principium constructionis dispositivum, patet, quia quod minus abstrahit a passionibus materie, que sunt masculinum et femininum, plus disponit ad ista et ex consequenti ad constructionem, cum et modus masculini et feminini sint actualia principia constructionis. Sed nomen speciale est huiusmodi. Ergo est principium constructionis saltem dispositiuuin.

Juxta quod notandum, cum nomen speciale disponat ad masculinum et femininum genus, que actu principiant constructionem, hoc tamen est diuersimode, || quia aliquando nomen speciale imponitur ut determinate respiciens passiones materie, que sunt feminitas, ut fenix, aliquando autem indeterminate respicit passiones materie, que sunt masculinitas et feminitas, et hoc dicitur vel per diuersa vocabula, ut equus et equa, vel sub uno vocabulo, ut homo. Sed hoc est equivoce, ut patebit, quando de genere dicemus. Patet igitur per unam viam, quod nomen generale et nomen speciale per suos modos significandi sunt principia constructionis dispositive.

Item per aliam viam patet, quia principia disponentia ad constructionem dicuntur, vel quia diuersimode disponunt ad diuer-

4-5 masculinus et femininus] masculini et feminini Br. 14 non] om. Br.
22 dispositiuum] dispositive Br. 26 respiciens] respiciat Br. 27 fenix] felix
Br. 29 vel¹] om. Br. 32 nomen] om. Wo. per-significandi] om. Br.

sas constructiones, vel quia diuersimode disponunt ad eandem constructionem, verbi gratia aliqua disponunt diuersimode ad diuersas constructiones, vt nomen generale per suum modum significandi ad constructionem, que fit per pluralem numerum, et nomen proprium per suum modum ad constructionem, que fit ⁵ per singularem numerum, aliquando etiam disponunt diuersimode ad eandem constructionem, vt nomen sinonimum et equivocum, quia vnum sub diuersitate vocum et aliud sub vnitate. Sed nomen generale et nomen speciale diuersimode significant, vt ostensum est, et vtrumque illorum disponit saltem ad pluralem numerum, qui actu principiat constructionem. Ergo nomen generale et nomen speciale sunt principia constructionis saltem dispositive respectu eiusdem constructionis.

Item in nomine generali et nomine speciali est duo considerare quantum ad eorum modos significandi, quia nomen generale et ¹⁵ nomen speciale et significant per modum constructionis, quia vtrumque appellatiuum est, et significant per modum talis constructionis, scilicet etiam multiplicabilis in diuersa supposita diuersarum essentiarum vel in supposita eiusdem essentie. Sed nomen generale et nomen speciale ratione vtriusque sunt principia constructionis; nam ratione modi communis, vnde appellatiua sunt, principia constructionis sunt et dispositive et actu, vt liquet ex supra determinatis. Item ratione, qua sunt talia communia, sunt principia constructionis dispositive, vel diuersimode respectu diuersarum constructionum vel diuersimode re- ²⁵ spectu eiusdem constructionis saltem. Et sic patet primum.

Secundum sic patet, scilicet quod non sint principia constructionis actu, quia principia constructionis in actu actualem proportionem habent cum modis significandi aliorum constructibilium in actu vel in ratione termini vel in ratione dependentis. ³⁰ Sed nomen generale et nomen speciale non habent actualem proportionem cum aliis modis significandi aliorum constructibilium, vt inductum fuit in argumentando, et ideo nomen gene-

² diuersimode] om. Br. ⁷ equivocum] sinonimum Wo. ⁸ Sed] om. Br.
¹² nomen] om. Br. ¹⁴ nomine²] om. Wo. ¹⁷ est] om. Br. ¹⁸ etiam] om. Wo. ²⁶ sic] om. Br. ²⁷ scilicet] om. Br. constructionis] om. Br.
³¹ nomen²] om. Br.

rale et nomen speciale per suos modos significandi non sunt principia constructionis in actu, et hoc est concedendum.

Ad rationem primam. Cum dicitur, quod illi modi significandi non sunt principia constructionis, nisi habeant proportionem cum aliis modis significandi, dicendum, quod non sunt principia constructionis in actu, sunt tamen bene principia constructionis dispositive, et tunc concedo minorem. Cum sua deductione non concludit ratio nisi quod non sint principia constructionis actualiter.

¹⁰ Ad aliud. Cum dicitur, illi modi non sunt principia construc-
Br. 49 v II L. 9 tionis, quibus positis non ponitur ||| aliqua constructio, et quibus ablatis non aufertur aliqua constructio, concedatur. Et ad minorem dicendum per interemptionem. Ad probationem. Cum probatur per inductionem, dicendum, quod bene probat, quod non sint principia constructionis actualiter, quia illis positis seu ablatis non ponitur seu aufertur aliqua constructio actualiter primo et per se, quare ex consequenti tollitur, quia sunt principia constructionis disponentia ad actualia principia constructionis.

Ad argumentum in oppositum. Cum dicitur, omnia constructibilia habentia distinctos modos significandi distincta sunt principia constructionis, verum est vel dispositive vel actu, et si dispositive dicitur, vel quia diuersimode disponant ad diuersas constructiones vel diuersimode disponant ad eandem constructionem, et in proposito vel vtrumque vel alterum verum est.

25

De nomine collectivo.

Consequenter queritur circa nomen collectivum, scilicet vtrum nomen collectivum habeat quandam modum significandi, qui sit principium constructionis, et arguitur, quod sic. Nam plus est de congruitate hic dicendo turba ruunt quam hic dicendo homo currunt vel Socrates currunt, quod non esset, nisi quia nomen collectivum aliquem modum significandi haberet, qui aliqualiter est principium constructionis. Ergo nomen collectivum aliquem modum significandi habet, qui aliqualiter est principium constructionis.

¹ per—significandi] *om. Br.* 11 ||| unum folium deest in Wo. *Textus sequens usque ad p. 413 L.3 transscriptus est ex Br. fol. 49v II L.9—50r II L.41.*

Item illud, quod est species sub parte orationis, aliquem habet modum significandi, quia sicut partes distinguuntur per suos modos significandi, ita species sunt sub partibus. Sed nomen collectuum est species sub parte orationis, quia species nominis est. Ergo nomen collectuum habet aliquem modum significandi.⁵ Sed omne habens modum significandi est principium constructionis. Ergo nomen collectuum habet aliquem modum significandi, qui est principium constructionis.

Oppositum arguitur, quia si nomen collectuum per suum modum significandi esset principium constructionis alicuius, tunc¹⁰ nomen collectuum haberet aliquam constructionem, quam non haberet quocumque aliud nomen. Sed nullam habet constructionem nomen collectuum, quam non habeat quocumque aliud nomen commune, quod patet per inductionem in singulis constructionibus, ergo etc.¹⁵

Ad istam questionem duo sunt dicenda. Primum est, quid sit modus significandi nominis collectui. Secundum est, quomodo sit principium constructionis.

Circa primum est intelligendum, quod per uocem diuersimode diuersa significata importantur. Aliqua enim vox aliquando significat vnum per modum vnius ut homo, aliquando multa seu plura per modum plurium ut canis, aliquando vnum per modum plurium ut homines, aliquando plura per modum vnius ut turba. Sed nomen, quod est turba, significat plura seu multa per modum vnius, nam significat multa collecta in vnum et per modum vnius. Ex quo debemus accipere, quod modus significandi nominis collectui est significare per modum colligentis multa in naturam vnam. Vnde patet, quod nomen collectuum per istum modum significandi differt a quocumque alio nomine. Quod autem talem habeat modum significandi, hoc probatur, quia res significata per nomen collectuum talem habet modum essendi et talem modum intelligendi. Ergo et talem habebit modum significandi. Et nota, quod vnitas nominis collectui aliquando accipitur ab vnitate alicuius principii, ut exercitus est vnis ab vnitate ducis, vnde exercitus vnitatem ordinis habet et respectu vnius puta ducis. Aliquando autem nomen collectuum vnum est vnitate aggregationis, ut turba seu aceruuus lapidum. Vnde in talibus nominibus collectuiis sufficit quecumque vnitatis seu or-

Br. 50 r 1 dinis || seu aggregationis seu compositionis uel aliquo alio modo. Patet igitur primum, scilicet quid sit modus significandi nominis collectiui.

Circa secundum est intelligendum, quod, sicut patet ex dictis,
6 aliquid esse principium constructionis, hoc est dupliciter, uel
dispositive uel actualiter. Si dispositive, hoc est dupliciter, uel
quia disponit ad aliam constructionem quam alia constructibilia,
uel quia disponit ad eandem constructionem, ad quam disponunt
alia constructibilia, alio tamen modo, et ista sunt manifesta su-
10 pra. Tunc dicendum est, quod nomen collectuum per suum mo-
dum significandi non est principium constructionis in actu, nec
est principium constructionis ex eo, quod disponat ad construc-
tionem aliquam, ad quam non disponunt alia constructibilia, est
tamen principium constructionis eo, quod aliter disponit ad ean-
15 dem constructionem, ad quam disponunt alia constructibilia per
suos modos significandi.

Primum sic patet, quia illud, quod principiat constructionem
actualiter, proportionem habet cum alio constructibili et eius
diuersificatio diuersificat constructionem. Sed nomen collecti-
20 um cum nullo alio constructibili habet proportionem in modo
significandi nec eius diuersificatio diuersificat constructionem, ut
de se patet. Ergo non principiat constructionem actualiter.

Secundum patet, quia quidquid disponit ad constructionem
aliquam, quam non principiant alia constructibilia, aliquam con-
25 structionem habet diuersam, quam non habent alia constructi-
bilia. Sed nomen collectuum nullam habet constructionem, quam
non habent alia nomina. Non igitur disponit ad constructionem
diuersam ab aliis constructionibus aliorum constructibilium.

Tertium sic patet, quia aliter principiare constructionem dis-
30 positive, hoc est habere modum significandi, aliter tamen dis-
ponentem ad eandem constructionem, ad quam disponunt alia
constructibilia sub aliis modis significandi. Sed nomen collec-
tuum habet modum significandi, per quem aliter principiat con-
structionem eandem et aliter, quam principiant alia constructi-
35 bilia, quia nomen collectuum significat collectionem per modum
vnius. Sic autem non significant illa, que significant multa uel

14 aliter] aliqualiter ms.

plura per modum plurium uel vnum per modum vnius. Ergo nomen collectuum est principium constructionis dispositive, videlicet quod aliter disponit ad constructionem quam alia constructibilia, et sic patet tertium. Nomen igitur collectuum per suum modum significandi aliquo modo est principium constructionis.⁵

Ad rationem in oppositum. Cum dicitur primo, plus est hic de congruitate dicendo turba ruunt quam dicendo homo currunt, dicendum per interemptionem, quia sicut in vna est improprio modorum significandi, ita et in alia, nec est ibi differentia, nisi ¹⁰ in hoc, quod est turba, datur intelligi multitudo, et in hoc, quod est homo, non. Sed non sufficit hoc ad causandum congruitatem, quia in animali intelligitur substantia, non tamen animal conuenienter construitur cum nomine feminini generis, et sic est de aliis consimilibus. Vnde hoc argumentum non probat, quod sit principium constructionis in actu.¹⁵

Ad aliud. Cum dicitur, illud, quod est species sub parte orationis, per suum modum significandi est principium constructionis, dicendum, quod verum est uel actu uel dispositive. Et ad minorem. Cum dicitur, quod nomen collectuum est species nominis et ideo bene probat, quod nomen collectuum sit principium constructionis; sed hoc est dispositive eo modo, quo dictum est.²⁰

Ad argumentum in oppositum dicendum, quod bene concludit, quod nomen collectuum non sit principium constructionis actualiter.

²⁵

De nomine ficticio.

Tunc queritur circa nomen ficticum, et queritur vnum tantum et est, vtrum ficticum sit gramatice considerationis, et videtur, quod non, quia illud non est gramatice considerationis, de quo non potest haberi habitus scientialis. Sed de nomine ficticio ³⁰ non potest haberi habitus scientialis. Ergo nomen ficticum non est gramatice considerationis. Maior patet, nam ipsa grammatica habitus quidem scientialis est. Minor declaratur, quia de figuris non est habitus aliquis scientialis, sed solum ymaginatio. Nomen autem ficticum quoddam est figura, quod patet ex significato vocabuli, ergo etc.³⁵

23 argumentum] rationem ms. 24 collectuum] om. ms.

Item si nomen ficticum esset gramatice considerationis, haberet aliquem modum significandi, qui esset alicuius constructionis principium uel dispositio uel actualiter, ut patet ex predeterminatis. Sed nomen ficticum nullum habet talem modum significandi, nondum enim datus est, nec est constructio, cuius principium sit suus modus significandi, ut ficticum est. Ergo nomen ficticum non est gramatice considerationis.

Preterea. Omnis modus significandi est acceptus a re. Sed nomen ficticum non habet modum significandi acceptum a re,
 10 quia si aliquem modum significandi habet, non est a re acceptus, ymo magis a voce seu a sono. Ergo nomen ficticum non habet
 Br. 50 r. II aliquem modum significandi. Sed si non || habet modum significandi, non est gramatice considerationis, ergo etc.

Oppositum patet per Priscianum, qui inter nomina fecit mentionem de nomine ficticio.

Et arguitur ratione, quia illud est gramatice considerationis, quod distinguitur in specie sub parte orationis contra alias species eiusdem partis. Sed nomen ficticum distinguitur ex opposito in specie contra alias species nominum puta contra nomen
 20 collectuum, contra nomen speciale. Ergo nomen ficticum est gramatice considerationis.

Ad hoc dicendum, quod nomen ficticum secundum aliquem modum est gramatice considerationis. Ad cuius intelligentiam sunt tria consideranda. Primum est, quid sit nomen ficticum. Secundum est, quid sit suus modus et unde acceptus est. Tertium est, quomodo ficticum est aliquo modo principium constructionis.

Circa primum est sciendum, quod nomen ficticum est nomen ficticum a sono rei, quam significat, non autem est fictum, ut dicimus fictum uel figmentum esse, cui nichil respondet a parte
 30 rei, cuiusmodi est yrcoceruuſ aut chimera; sed dicitur nomen ficticum nomen impositum a proprietate soni illius rei, quam nominat seu significat. Vnde nomen ficticum, utest tintinnabulum, nomen ficticum dicitur, et est impositum, secundum quod habet aliquid, quod emittit campanula, et turtur nomen ficticum est,
 35 quia impositum est a proprietate soni seu gemitus illius ausi, quam significat hoc nomen turtur. Vnde nomen ficticum dicitur

32 tintinnabulum] tintinabulum ms. 34 quod] quam ms.

quasi habens initium vocaliter fictum ad similitudinem vocis seu soni rei, quam significat, et sic patet primum.

Circa secundum est considerandum, quod quia modi significandi immediatum ortum habent a modis intelligendi, ut supra derterminatum est, ideo talem potest dictio habere modum significandi, qualem habet modus intelligendi. Res autem, quam significat nomen ficticum, habet modum intelligendi appropriati soni. Sic enim res significatur per nomina, sicut a nobis primo innotescit. Vnde modus significandi nominis ficticii est significare per modum proprietatis appropriati soni, quam significat nomen ficticum. Et si dicatur, quod nomen ficticum est impositum a proprietate soni, qui est obiectum auditus, quare non sunt nomina similiter imposta a proprietatibus obiectorum aliorum sensuum? Ad hoc dici potest, quod possibile est imponi dictiones a proprietatibus obiectorum illorum sensuum. Dicendum est tamen, quod magis debet imponi dictio a proprietate soni seu vocis, quia sonus seu vox significativa est instrumentum doctrine metrice, quo doctor assimilat sibi discipulum. Sonus seu vox est obiectum auditus, qui inter omnes sensus maxime facit ad scientiam, que acquiritur per doctrinam, quia auditus est porta mentis. Hinc igitur est, quod magis a proprietate soni imponitur dictio quam a proprietate obiecti alterius sensus, et sic patet secundum, scilicet quis sit modus significandi nominis ficticii et vnde accipitur.

Circa tertium est intelligendum, quod nomen ficticum duplum citer est principium constructionis, scilicet materialiter per suum significatum, effectiue per suum modum significandi. Per suum significatum materialiter, quia res significata per dictionem materialiter construitur sicut mobile materialiter mouetur. Sed per nomen ficticum aliquid significatur, quod est referibile seu constructibile cum alio, vnde nomen ficticum est materialiter constructionis principium. Item effectiue per suum modum significandi, quia quoddam est effectus perficiens, quoddam vero disponens. Sed nomen ficticum per suum modum significandi dispositive est principium constructionis, quia sub alia proprietate

⁹ innotescit] ignotescit ms.

seu ratione construitur nomen ficticum, scilicet sub modo proprietatis soni rei, quam significat, et sub alia ratione construuntur alia, que non habent huiusmodi proprietatem, || | ideo etc., et sic patet tertium.

Ex hiis tribus sic. Illud est gramatice considerationis, quod aliquid facit ad modum construendi in genere alicuius cause intrinsece. Sed nomen ficticum aliquid facit ad modum construendi in genere alicuius cause intrinsece, quia materialiter per suum significatum et aliqualiter effectue per suum modum significandi est principium constructionis. Nomen igitur ficticum secundum aliquem modum gramatice considerationis est. Dico autem secundum aliquem modum, quia non omnimode est gramatice considerationis, non enim forte quantum ad suam impositionem nec secundum quod est principium arguendi etc. est gramatice considerationis, sed solum secundum quod est principium modi construendi.

Ad argumentum primum in oppositum. Cum dicitur, illud non est gramatice considerationis, de quo non potest haberi habitus scientialis, concedatur per se intelligendo. Ad minorem. Cum dicitur, de nomine fictio non potest haberi habitus scientialis, dicendum per interemptionem. Et ad probationem. Cum dicitur, quod de figuris non est scientia sed ymaginatio, verum est accipiendo figurum, cui nichil correspondet a parte rei. Et cum dicitur, nomen ficticum est figurum, dicendum, quod non est figurum, cui nichil correspondet in re, sed est ficticum, quia fictum seu impositum ad similitudinem soni, quam significat. Vnde patet ibi esse fallaciam equivocationis.

Ad aliud. Cum dicitur, si nomen ficticum esset gramatice considerationis, haberet modum significandi, qui esset principium alicuius constructionis, concedatur. Et ad minorem dicendum, quod nomen ficticum habet aliquem modum, qui est principium constructionis saltem dispositiue eo modo, quo dictum est.

Ad tertium. Cum dicitur, quod omnis modus significandi est acceptus a re, concedatur. Et cum dicitur in minori, quod modus nominis ficticii non est acceptus a re, dicendum per interemptio-

14 etc.] *om. Br.* 23 correspondet] respondet *Br.* 25 correspondet] respondet *Br.* in re] a parte rei *Br.* 28 aliud] secundum *Br.*

nem. Et cum dicitur, quod accipitur a voce, dicendum, quod sonus seu vox est res, quia de predicamento qualitatis, vt prius dictum est, ideo etc.

De nomine temporali.

Deinde queritur circa nomen temporale, et queritur etiam tantum vnum, scilicet vtrum nomen temporale sit nomen, et videtur, quod non, quia illud non est nomen, cui repugnat modus significandi essentialis nominis, quia per ipsum nomen est nomen. Sed modus significandi essentialis nominis repugnat nomini temporali, quia nomen significat per modum habitus seu per modum facti esse. Hic autem modus repugnat nomini temporali, quia temporale est in fieri seu in successione. Nomen ergo temporale non est nomen.

Item est dare aduerbium temporale, ergo non est dare nomen temporale. Antecedens patet, sunt enim aliqua aduerbia temporalia. Consequentia probatur, quia diuersorum generum et non subalternatim positorum diuerse sunt species et differentie. Sed nomen et aduerbium sunt non subalternatim posita. Ergo si est dare aduerbium temporale, non est dare nomen temporale.

In oppositum est Priscianus et alii actores gramatice, qui ponunt nomen temporale et ipsum distinguunt contra alias species nominis. || Et arguitur ratione, quia nomen temporale est dictio nominaliter significata tempus importans. Sed multe dictiones sunt nominaliter significata tempus importantes, vt annus, dies, mensis et hoc nomen, quod est tempus, et consimilia. Ergo nomen temporale est nomen.

Ad hanc questionem dicendum est, quod nomen temporale est nomen. Ad cuius intellectum est considerandum, quod dictio aliqua potest esse temporalis, vel quia significat id, quod significat, temporaliter, id est sub modo temporis, vel quia significat temporis dispositionem vel ipsum tempus non temporaliter, id est non sub modo temporis. Si significat temporaliter, vel significat aliam rem a tempore temporaliter, vel significat ipsum tem-

2 prius] *om. Wo.* 3 ideo etc.] *om. Br.*

16 probatur] patet *Br.* 27 est¹] *om. Br.* 28 considerandum] intelligendum *Br.*

pus temporaliter, et vtroque istorum modorum verbum et participium significant temporaliter, nam et significant aliam rem a tempore temporaliter vt curro et currens et consimilia, et significant tempus temporaliter vt diescit et diescens et consimilia.

5 Si autem dictio importat dispositionem temporis non temporaliter, sic dicuntur aduerbia temporalia vt hodie, heri, cras et similia. Significant autem non temporaliter, quia non consignificant tempus. Tempus enim est mensura motus vel habentis modum motus. Significant etiam dispositiones temporis, quia significant res de predicamento quando, que non sunt aliud quam dispositiones derelictae in re temporali ex temporis adiacentia. Si vero dictio significat tempus ipsum non temporaliter, sic significatur tempus per nomen, dicendo annus, mensis, dies, hora etc., et sic dicitur nomen temporale esse nomen. Modus autem, se-
10 cundum quem hoc contingit, hic est, quia quelibet res intelligi potest secundum quod essentiam habet preter omnem accidentalem proprietatem, et similiter significabilis est res, secundum quod essentiam habet preter omnem proprietatem seu modum significandi sibi accidentalem. Sed tempus aliquod ens est aliquam
20 essentiam habens. Potest igitur intelligi sub modo sue essentie et significari preter omnem proprietatem seu modum accidentalem. Significari autem temporaliter est proprietas seu modus accidentalis temporis, secundum quod essentiam aliquam habet. Tempus ergo significari potest non temporaliter, et sic significatur
25 nominaliter, quia quod significatur per modum certe apprehensionis, est nomen nominaliter significatum. Sed tempus est huiusmodi. Hoc enim nomen, quod est tempus, annus, mensis etc. significant essentiam temporis per modum essentie certe apprehensionis. Apprehenditur enim tempus, vt aliquid determinatum
30 est de genere quantitatis continue extrinsece. Nomen igitur temporal est nomen. Et intelligendum est, quod nomen temporale aliquando significat tempus simpliciter vt hoc nomen tempus, aliquando tempus determinatum vt annus, dies etc. Vnde in no-
35 mine || temporali et est modus, a quo dicitur nomen, et est modus, a quo dicitur nomen temporale. Est enim modus essentie

³ consimilia] similia Br. ¹³ etc.] om. Wo. ²⁹ determinatum] denominatum Br. ³¹ quod nomen temporale] om. Br. ³⁴⁻³⁵ et—nomen] om. Wo.
³⁵ essentie] om. Br.

certe apprehensionis in eo, et per hunc est nomen, et est in eo modus mensure talis, et per hunc est nomen temporale distinctum contra alia specialia nomina, et per hunc etiam modum nomen temporale aliqualiter est principium constructionis, quia saltem dispositive secundum modum, qui dictus est, et per illum 5 distinctus est ab aliis speciebus nominis. Vnde nomen temporale est nomen.

Ad primum argumentum in contrarium. Cum dicitur, illud non est nomen, cui repugnat modus significandi essentialis nominis, concedatur. Et ad minorem. Cum dicitur, quod nomini 10 temporali repugnat modus significandi nominis essentialis, dicendum per interemptionem. Et ad probationem. Cum dicitur, quod modus essentie seu modus habitus repugnat nomini temporali, negandum est. Et cum dicitur, quod tempus est in fieri et successione, concedatur, et tunc dicatur, quod successioni non 15 repugnat modus essentie. Circa quod notandum, quod differt successio et modus successionis. Essentia enim successionis intelligi potest et significari preter modum successionis, quia quilibet res intelligi et significari potest preter suam proprietatem. Vnde dicendum, quod quamvis modus facti esse seu modus essentie re- 20 pugnat modo successionis, successuum tamen non repugnat modo essentie, quia et ipsa successio essentia quedam est significata preter modum successionis. Ergo similiter tempus, quamvis sit successuum, tamen intelligitur preter modum successionis sub proprietate, secundum quam essentiam habet, ideo etc. 25

Ad aliud. Cum dicitur, est dare aduerbiū temporale, ergo non erit dare nomen temporale, dicendum ad illam consequentiam per interemptionem, quia et est dare nomen temporale et verbum et aduerbiū temporale, differenter tamen, vt dictum est. Et ad probationem. Cum dicitur, diuersorum generum et 30 non subalternatim positorum etc., dicendum est, quod species partium orationis constituuntur per suos modos significandi tamquam per differentias specificas, sed sub alia ratione significandi significatur nomen temporale, verbum temporale et aduerbiū temporale, vt dictum est, ideo etc. 35

² hunc] hoc Br. ⁵⁻⁷ est—nomen] in aliis quibusdam speciebus nominis Wo.

²⁵ ideo] ergo Br. ²⁷ illam] om. Br. ³¹ subalternatim positorum] om. Br. est] om. Br.

De nomine verbali.

Tunc queritur circa nomen verbale, et queritur tantum vnum et est, vtrum sit possibile aliquod nomen esse verbale, et videtur, quod non, quia nichil est verbale nisi per modum specificum verbi. Sed nullum nomen habet modum significandi specificum verbi. Ergo non est possibile aliquod nomen esse verbale. Maior patet, quia sicut aliquid est nominale per modum significandi specificum nominis, ita aliquid est verbale per modum significandi specificum verbi. Minor declaratur, quia nomen per suum modum significandi distinguitur ex opposito contra verbum sub suo modo significandi. Ergo si opposita non sunt simul in eodem, vt videtur, nullum nomen habet modum significandi verbi.

Item non est aliquod verbum nominale, ergo nec est aliquod nomen verbale. Antecedens patet, quia nullum tale est dare nec forte possibile est, quod potest ostendi per iam dicta. Consequen-
82 v 11 tia patet per simile. Que enim est comparatio || verbi ad nomen, eadem est comparatio nominis ad verbum, quare si non est dare verbum nominale, nec erit dare nomen verbale.

Oppositum patet per Priscianum et in maiori volumine et in minori. In maiori, quia distinguit nomen verbale contra alias species nominis, in minori etiam, quia ponit constructionem nominis verbalis cum genitivo casu, dicendo amator illius rei, quam non habent omnia alia nomina. Quare possibile est aliquod nomen esse verbale.

Item possibile est aliquod nomen esse aduerbiale vt hodiernus, externus. Item etiam est possibile aliquod nomen esse participiale vt lectio, doctio. Ergo similiter est possibile aliquod nomen esse verbale. Vnde patet consequentia per simile. Non enim est maior ratio, quare aliquod nomen magis sit aduerbiale vel participiale quam verbale.

Ad istam questionem dicendum est, quod possibile est nomen aliquod esse verbale. Ad cuius cognitionem sunt tria intelligenda.

9 significandi] *om. Br.* 12 in eodem] *om. Br.* 22 etiam] *om. Wo.*
27 etiam *om. Br.* 28 vt lectio, doctio] *om. Wo.* 30 magis] *om. Br.*

20 Prisc. II 27; XVIII 17 (Keil II p. 60; III p. 215).

Primum est, quid sit nomen verbale. Secundum est, vnde nomen verbale dicatur verbale. Tertium est, quis sit modus significandi nominis verbalis, per quem est verbale.

Circa primum sciendum, quod nomen verbale est, quod significat actum coniunctum substantie sub modo habitus certe apprehensionis, vt hoc nomen amator significat actum amoris substantie coniunctum sub modo habitus certe apprehensionis, significat enim aliquid determinate in genere habitus, qui est passio seu actus. Vnde notandum, quod actus tribus modis potest assignari, scilicet duobus modis vt coniunctus est substantie, et vno modo 10 vt distat a substantia. Primis duobus modis significatur per nomen et participium, sed differenter, nam per nomen significatur actus sub modo habitus, per participium autem significatur actus vnitus substantie non sub modo essentie seu sub modo habitus, sed sub modo actus seu sub modo fieri. Adhuc per nomen significatur actus sub modo habitus dupliciter. Vno enim modo per nomen significatur actus, vt habet essentiam secundum se, ita quod cum precisione substantie dicendo lectio vel factio. Alio modo significatur actus per nomen, secundum quod essentia eius coniuncta est substantie, sub modo habitus tamen vt dicendo 20 amator, lector, factor et similia, quod nomen verbale nuncupatum est. Si autem significatur actus sub modo actus seu fieri, vt distat a substantia, id est vt recedit a termino a quo et vergit ad terminum ad quem, sic significatur actus per verbum. Patet igitur primum, scilicet quid est nomen verbale, nam est nomen 25 significans actum vnitum substantie sub modo habitus certe apprehensionis.

Circa secundum est considerandum, scilicet quod nomen verbale vocatum est verbale propter vnum duorum vel propter vtrumque, videlicet vel quia nomen verbale secundum communem 30 vsum et antiquam deriuationem deriuatur a verbo vt amator ab amo et lector ab hoc, quod est lego, et sic de aliis, vel etiam dictum est verbale, quia significat actum coniunctum substantie sub modo habitus, quem significat ipsum verbum sub modo actus. Vnde, vt videtur, propter alterum istorum vel propter 35

10 est] om. Br. 16 actus] om. Br. 20 est] om. Wo. vt] om. Br. 25 scilicet] om. Br. 28 quod] quare Wo. 32 etiam] om. Wo.

vtrumque nomen aliquod verbale nuncupatum est. Dicitur igitur nomen verbale, non quia habeat modum significandi ipsius verbi, nam due species distincte ex opposito non compatiuntur
 83 r i se, || nec vna in aliam transmutatur, sed propter hoc, quod dic-
 tum est.

Circa tertium est intelligendum, quod nomen verbale et est nomen et tale nomen, scilicet verbale, propter quod et habet modum significandi, quo est nomen, scilicet modum habitus certe apprehensionis, et modum significandi, quo est nomen
 10 verbale, et iste est modus actus coniuncti substantie, et per hunc distinguitur contra alias species nominis, sed in primo communicat cum aliis speciebus nominis. Vnde hos duos modos tetigit Priscianus in secundo minoris voluminis, quamquam valde implice, vbi ponit constructionem nominis verbalis, quam dicit
 15 fieri ex vi actus conuersi in habitum.

Sed hic exitaret aliquis, quare potius dicitur actus transire seu conuerti in habitum quam habitus in actum? Ad quod dicimus, quod questio falsum supponit, nam substantia seu habitus aliquando significatur per modum actus, nam aliquando verba-
 20 liter significatur dicendo substantiari, habituari etc. Nichilominus tamen magis actus significatur vt conuersus in habitum, quia frequentius. Cuius causa potest esse, quia actus vt plerumque est successiuus et non permanens et ideo se habet ad modum dispositionis de facili transeuntis, sed substantia et habitus secundum
 25 quod huiusmodi in quadam permanentia sunt. Sicut igitur naturalis est processus a dispositione in habitum, ita quod ab incompleto ad completum et non econuerso, sic ab actu in habitum et non econuerso. Vnde nomen verbale habet modum significandi, secundum quod conuertitur in habitum, et per hunc modum sig-
 30 nificandi est etiam aliqualiter principium constructionis, videlicet dispositio secundum modum, qui dictus est in aliis. Ex hiis tribus iam declaratis satis patet, quod nomen aliquod esse

6 et] om. Wo. 7 scilicet verbale] om. Wo. 9 nomen] om. Br. 12 speciebus nominis] nominibus Br. 14 quam] quod Br. 16 exitaret] dubitaret Br. 17 seu conuerti] om. Wo. 20 significatur] om. Br. 27 actu in habitum] habitu in actum Wo. 31 dispositio] om. Wo. 32 patet] liquet Br.

verbale est possibile, quia nomen verbale est nomen significans actum coniunctum substantie sub modo habitus. Hoc autem possibile est, cuius possibilitas iam declarata est. Nomen igitur aliquod esse verbale est possibile.

Ad argumentum primum in contrarium. Cum dicitur, illud est nomen verbale, quod habet modum significandi verbi, dicendum, quod argumentum illud peccat per fallaciam equivocationis, quia nomen verbale dupliciter est, vel quia habet modum significandi verbi, vel quia significat actum verbi sub modo habitus. Primo istorum modorum nomen verbale non est possibile, secundo vero modo est possibile, ut dictum est.

Ad aliud. Cum dicitur, quod non est dare aliquod verbum nominale, ergo non est dare nomen verbale, potest dici ad antecedens per interemptionem, quia est dare verbum nominale, si velis vocare verbum nominale proportionaliter, sicut in proposito accipimus nomen verbale intelligendo per verbum nominale distinctionem significatam verbaliter deriuatam a nomine, vel distinctionem significantem verbaliter, scilicet sub modo actus distantis, rem eandem, quam significat nomen, cuiusmodi est substantiari, habituari etc. Aliter ad consequentiam potest dici per interemptionem, quia non est simile de utroque, scilicet nomen esse verbale et verbum esse nominale, quia actus post potest conuerti in habitum quam habitus in actum, cuius possilitas et causa dicta sunt.

De nomine participiali.

25

Deinde queritur circa nomen participiale, et queritur vnum tantum, scilicet vtrum nomen participiale sit possibile, et videtur quod non, quia nomen pronominale non est possibile nec coniunctionale seu prepositionale, ergo nec participiale. Antecedens patet de se, nullum enim tale est dare. Consequentia patet per simile. Non enim maior est ratio, ut videtur, quod aliquod nomen sit participiale quam coniunctionale vel prepositionale.

1 verbale] hoc add. Br. 2 sub modo] per modum Br. 5 Cum dicitur] dicendum Br. 8 dupliciter] duplex Br. 12 quod] om. Wo. 15 vocare] nominare Br. 16 intelligendo] nomen verbale add. Wo. 18 significantem] significatum Br. 24 sunt] est Br.

28 non est possibile] post prepositionale in Wo. 32 prepositionale] pronominale Br.

Item non est dare participium nominale, ergo nec nomen participiale. Antecedens patet, quia nullum tale est. Consequentia etiam patet per simile, quia que est comparatio nominis ad essendum participiale, eadem est comparatio participii ad es-⁵endum nominale. Si igitur non est dare participium nominale, nec erit dare nomen participiale.

Preterea si nomen participiale esset possibile, sequeretur, quod nomen haberet modum significandi participii. Consequens falsum est, quia nomen et participium sunt partes orationis distincte ¹⁰ per suos modos significandi distinctos. Consequentia declaratur, quia nichil est participiale nisi quod habet modum significandi participii. Si igitur nomen esset participiale, haberet modum significandi partipii.

In oppositum sunt actores gramatice distinguentes nomen par-¹⁵icipiale contra alias species nominis.

Et arguitur ratione, quia nomen verbale possibile est, ergo et nomen participiale. Antecedens patet ex iam determinatis. Consequentia declaratur, nam sicut actus significatus per verbum possibilis est significari nominaliter, similiter actus, quem signi-²⁰ficat participium, possibilis est nominaliter significari.

Ad hanc questionem dicendum est, quod nomen participiale possibile est. Ad cuius intellectum sunt duo consideranda. Primum est, quid sit nomen participiale. Secundum est, vnde dicatur nomen participiale.

²⁵ Circa primum est intelligendum, quod secundum aliam rationem dicitur nomen esse verbale et participiale, quamvis utrumque significet actum sub modo habitus. Nam actum significari sub modo habitus seu sub modo essentie dupliciter est. Vel enim significatur actus sub modo habitus, secundum quod actus con-³⁰iunctus est substantie, secundum quod significatur per nomen verbale dicendo lector, et sic significatur per nomen participiale dicendo lectio, quod proprie voce participiale. Dico autem proprie, nam et quedam alia adiectiue significata dicuntur participalia vt docendus, amandus, et similia, que proprie participalia ³⁵ non sunt, cuius causa statim patebit. Nomen igitur participiale proprie sumptum significat actum participiale sub modo habitus certe apprehensionis.

11 quod habet] habens Br. 21 questionem] reliquum deest in Br.

Circa secundum est considerandum, quod nomen participiale dictum est participiale, vel quia secundum antiquam deriuationem, que vocalis est, derivatur seu formatur vox nominis participialis a voce ipsius participii, vel quia significat actum, qui significat participium, vt immediatus significatur sub modo habitus.

Juxta quod intelligendum est, quod immediatus significatur actus vt vnitus alicui habenti modum habitus certe apprehensionis per participium quam per verbum, quia per participium significatur actus per modum indistantis, per verbum autem significatur per modum distantis. Actus igitur, qui immediatus significatur sub modo habitus, || magis significatur ad modum ^{83 vi} seu ad similitudinem participii. Sed nomen participiale est huiusmodi. Nam nomen participiale significat actum sub modo habitus cum precisione substantie dicendo lectio, nomen autem verbale significat actum coniunctum substantie sub modo habitus. Tamen quia nomen participiale dictum est participiale propter assimilationem, quam habet ad modum, secundum quem significatur participium, et similiter nomen verbale propter assimilationem, quam habet ad modum, secundum quem significat verbum, vnde etiam patet, quare magis proprie hoc, quod est lectio, et consimilia dicuntur nomina participialia, quam alia, que adiectiva sunt, cuiusmodi sunt docendus etc., quia illa significant actum secundum se sub modo habitus, ista autem significant actum coniunctum substantie sub modo habitus. Vnde nomina participialia significant actum sub modo habitus immediatus seu per modum maioris indistantie, propter quod magis proprie merentur dici nomina participialia. Et sic patet secundum.

Ex hiis duobus est dicendum, quod nomen participiale est possibile, quia nomen participiale est nomen significans actum sub modo habitus certe apprehensionis cum precisione substantie. Hoc autem possibile est, vt patet ex iam dictis. Contingit enim actum intelligere secundum se, vt essentiam habet cum precisione substantie, et hunc significamus per nomen participiale. Nomen igitur participiale possibile est. Ex quo patet, quis sit modus significandi nominis participialis, nam significat actum per modum habitus cum precisione substantie, et per hunc modum nomen participiale aliqualiter est principium constructionis,

quia saltem dispositive secundum modum, qui in precedentibus dictus est.

Ad primam rationem in contrarium. Cum dicitur, nomen coniunctionale non est possibile nec nomen prepositionale, ergo nec nomen participiale, potest dici ad antecendens per interemptionem, quia nomen coniunctionale posset dici aliquid aliquando significatum per nomen coniunctionaliter significatum, et similiter nomen prepositionale aliquid aliquando significatum per nomen prepositionaliter significatum. Essentia enim conceptus mentis, quem significat coniunctio, potest per nomen significari et posset dici nomen coniunctionale. Similiter essentia circumstantie actualis vel potentialis, que significatur per prepositionem, aliquando per nomen significatur, quod nomen prepositionale posset dici, quamquam huiusmodi per impositionem non sit usitata. Aliter potest responderi ad consequentiam per interemptionem, quia non est simile. Nam maiorem affinitatem habet actus ad modum habitus seu essentie quam habet nomen, quod significatur per coniunctionem seu per prepositionem, quia plus entitatis seu essentie habet actus quam circumstantie rerum, que per prepositiones et per huiusmodi importantur, vnde non est simile.

Ad secundum. Cum dicitur, quod non est dare participium nominale, potest dici per interemptionem, quia res significata per nomen, tam scilicet substantia quam accidens, participialiter potest significari, quod participium nominale posset dici. Aliter ad consequentiam posset dici per interemptionem, quia actus magis potest conuerti in habitum quam econuerso, cuius ratio superius visa est.

Ad tertium. Cum dicitur, si esset possibile nomen participiale, tunc nomen haberet modum significandi participii, dicendum, quod non est verum, quia non vocamus in proposito nomen participiale, eo quod habeat modum significandi participii, sed quia significat actum participiale sub modo habitus cum precisione substantie et sic immediate, || ita quod per quandam modum in distantie. Propter hanc consimulationem dicendum est nomen participiale, quare patet, quod ratio peccat per fallaciam equivocationis, ideo etc.

¹⁴ prepositionale] propositionale ms. ²⁰ prepositiones] propositiones ms.

De nomine absoluto.

Tunc vltimo queritur circa nomen absolutum, et queritur vnum tantum, scilicet vtrum nomini absoluto, vt deus, sit possibilis aliquis modus significandi, et hoc est querere, vtrum hoc nomen deus possit significari, vt est alicuius partis orationis, et videtur quod non, quia si nomini absoluto, vt deus, esset possibilis aliquis modus significandi, sequeretur, quod in deo esset ponere aliquod accidens additum sue essentie. Consequens est falsum, ergo et antecedens. Consequentia patet, quia modi significandi sunt proprietates accidentales rei significatae. Quod autem consequens falsum sit, hoc patet, et diligenter considera, quia omne, quod alicui inest accidentaliter, habet causam, quare insit, cum sit preter essentiam eius, cui inest. Si igitur aliquid accidentaliter sit in deo, oportet, quod hoc sit per aliquam causam. Aut ergo causa accidentis dei est ipsa diuina substantia aut aliiquid aliud. Si aliquid aliud, oportet, quod illud agat in diuinam substantiam, quia nichil inducit aliquam formam vel substantialem vel accidentalem in aliquo recipiente nisi aliquo modo agendo in ipsum, eo quod agere nichil aliud est quam facere aliquid in actu, quod quidem est per formam. Ergo deus patientur et mouebitur ab agente illo, quod est impossibile. Si autem ipsa diuina substantia est causa accidentis, quod sibi inest, aut in diuina substantia est idem causans et recipiens illud accidens, aut est aliud recipiens et aliud causans ipsum. Si in eo idem est recipiens et causans illud accidens, tunc idem est faciens se ipsum in actu, quod est impossibile. Si autem secundum aliud est causans et secundum aliud recipiens, tunc sicut corporalia recipient proprie accidentia per naturam materie et causant per formam, sic deus erit compositus ex materia et forma, quod est impossibile, ideo etc. 30

Item cuicumque subiecto inest aliquod additum, illud non est de essentia illius subiecti. Sed deus est essentialiter, quicquid in se habet. Ergo deo nichil inest sicut aliquid additum. Sed si sic, sequitur, quod modus significandi non sit possibilis deo, cum modi significandi sint proprietates addite rei significatae. Quod autem deus sit essentialiter, quicquid in se habet, hoc apparet, quia vnumquodque nobilius inuenitur in causa 35

quam in causato. Deus autem est omnium causa. Ergo quicquid est in eo, nobilissimo modo inuenitur in eo. Perfectissime autem contingit aliquid alicui, quod sit ipsummet. Tunc enim perfectius est vnumquodque, cum aliquid inest alteri substancialiter vt forma materie, que etiam vno perfectior est quam cum aliquid alteri accidentaliter inest. Deus igitur est, quicquid in se habet, ideo etc.

84 r 1 Oppositum arguitur per actoritatem Prisciani, || qui nomen absolutum, cuiusmodi est deus, reposuit sub nomine absolute, 10 quod non esset, nisi quia possibilis est ei modus significandi, ideo etc.

Item ei sunt possibles modi significandi, cui sunt possibles modi essendi, a quibus accipiuntur modi significandi. Sed deo sunt possibles modi aliqui essendi, a quibus accipiuntur modi significandi. Nam deo debetur modus essentie, modus appropriati, modus vnius, modus secundum quem est vnum numero. Nomin igitur absolute possibles sunt modi significandi, et per consequens poterit esse alicuius partis orationis.

Ad hanc questionem dicendum est, quod nomini absolute possibles sunt modi significandi. Cuius ratio est, quia tu non potes dicere, quin nomini absolute, quod est deus, debeantur modi significandi, nisi quia simplicitati eius repugnat modus significandi et pluralitas modi significandi. Sed simplicitati diuine essentie non repugnat modus significandi nec pluralitas modorum significandi nec pluralitas nominum, que de ipso dicuntur.

Ad cuius intellectum est notandum, quod omnes perfectiones, que in rebus creatis inueniuntur, deo attribuimus, sicut effectus suis causis equivocis attribuuntur et in eis inueniuntur, qui quidem effectus in suis causis inueniuntur et sunt virtute, vt calor in sole. Virtus autem huiusmodi nisi aliqualiter esset de genere caloris, sol per eam agens non posset sibi simile generare. Ex hac 30 igitur virtute sol dicitur calidus, et non solum, quia facit calorem, sed quia virtus, per quam hoc facit, est aliquid conforme calori.

35 Item notandum, quod per eandem virtutem, per quam sol facit calorem, facit etiam multos alios effectus in corporibus inferioribus, vt pote siccitatem, et sic calor et siccitas, que in igne sunt diuerse qualitates, soli attribuuntur per vnam indiuisibi-

lem virtutem. Ita perfectiones alie, que in rebus aliis sunt secundum diuersas formas, deo attribuuntur secundum vnam eius virtutem, que virtus non est aliud a sua essentia, cum ei realiter nichil possit accidere. Sic igitur deus dicitur sapiens non solum secundum hoc, quod sapientiam efficit, sed quia secundum hoc,⁵ quod sapientes sumus, virtutem eius, qua sapientes nos facit, aliqualiter imitamus. Deus autem non dicitur lapis, eo quod lapides facit, quia in nomine lapidis intelligitur modus essendi determinatus, secundum quem lapis a deo distinguitur, et similiter intellige de consimilibus. Lapis autem imitatur deum ut¹⁰ causam secundum esse, secundum bonitatem et alia huiusmodi, et ideo hec de deo et de lapide et de aliis creaturis aliqualiter dicuntur. Deus igitur per vnum simpliciter suum esse omnitudinem perfectionem possidet, quam alie res per quedam diuersa consequuntur. Ex quo patet necessitas plurium nominum deo¹⁵ predicatorum. Vnde quia eum non possumus essentialiter in se cognoscere, ex effectibus deueniendo in ipsum oportet, quod nomina, quibus perfectionem eius significamus, diuersa sint, sicut perfectiones inueniuntur || in rebus diuerse. Si autem ipsum per^{84 r II} essentiam, ut est, possemus intelligere et ei nomen proprium²⁰ adaptare, vno nomine essentiam diuinam exprimeremus. Si igitur pluralitas nominum simplicitati essentie diuine non repugnat, cum secundum pluralitatem apparentium de diuina essentia pluralitas rationum seu modorum significandi accipi possit, nec modus significandi nec pluralitas modorum significandi sibi re-²⁵ pugnat. Vnde quia ex effectibus cognoscimus deum habere modum essentie in se, modum vnius primi, modum agentis etc., ideo ipsi tales modos significandi attribuimus, quorum pluralitas secundum rationem tantum et secundum nostram apprehensionem in deo attenditur et non secundum rem, quia deus³⁰ est simplex in fine simplicitatis, in quo non est aliquod accidentis. Vnde et Priscianus ad huius simplicitatem sapiendo aliquali cognitione attendens dixit, quod nomen absolutum est, quod per se cognoscitur et non eget alterius nominis adiunctione, ut deus, ratio. Patet igitur, quod nomini absoluto sunt possibles modi³⁵

6 nos] non ms.

31 cfr. Liber de causis § 21 (Steele p. 178,10). 32 Prisc. II 31 (Keil II p. 62).

significandi et significari potest sub parte orationis, puta sub nomine. Nam modi significandi nominis sibi non repugnant, immo sicut aliis nominibus contingunt, sic et sibi, quamquam non vnitate ita quod per vnam rationem vnivocam.

5 Circa quod diligenter est considerandum, quod nichil de deo et aliis rebus potest vniuoce predicari. Item non quicquid predicatur de deo et aliis rebus, predicatur secundum puram equiuocationem, sed quicquid de deo et aliis rebus predicatur, analogice dicitur.

10 Ratio primi est, nam effectus, qui non recipit formam secundum speciem similem ei, secundum quam agit agens, nomen ab illa forma sumptum secundum vniuocam predicationem recipere non potest. Non enim vniuoce dicitur calidus ignis a sole generatus et sol. Sed forme rerum, quarum deus est causa, ad 15 speciem diuine virtutis non peruenerunt, cum diuersim et particulariter in eis inuenitur, quod in deo inuenitur simpliciter et virtualiter. Patet igitur, quod nichil de deo et aliis rebus vniuoce potest dici.

Ratio secundi est ista, que sunt equivoca
20 a causa, vniuersalis ordo aut respectus non attenditur, sed omnino per accidens est, quod vnum nomen diuersis rebus attribuitur, non enim nomen impositum vni significat ipsum habere ordinem ad aliud, sic in hiis, que de deo et de aliis dicuntur, consideratur ordo et respectus vnius ad alterum. Consideratur enim in 25 huiusmodi ordo cause ad causatum, vt iam patet ex dictis. Non igitur secundum puram equiuocationem aliquid de deo et aliis rebus predicatur, et sic patet secundum.

Ratio vero tertii est illa, scilicet quod illa, que dicuntur de deo et de aliis rebus, dicantur de ipsis analogice, hoc est secun-
30 dum respectum vel ordinem ad aliquod vnum. ||

84 v 1 Vnde notandum, quod hoc dupliciter contingit. Vno quidem modo, secundum quod multa habent respectum ad vnum aliquid, sicut secundum respectum ad vnam sanitatem dicitur animal sanum vt eius subiectum, medicina vt efficiens, cibus [vt] con-
35 seruans, vrina vt signum. Alio modo est analogia, secundum quod duorum attenditur ordo vel respectus non ad aliquid alterum ab eis, sed secundum quod vnum illorum ordinem habet ad alterum, sicut ens de substantia et accidente dicitur, secundum quod

accidens respectum habet ad substantiam, non autem secundum quod substantia et accidens ad aliquod tertium referuntur. Tunc intellige, que de deo et de aliis dicuntur, non dicuntur de eis analogice secundum primum modum, quia tunc oporteret ponere aliquid prius deo, quod est impossibile. Dicuntur ergo de eis ⁵ secundo modo.

Vbi est considerandum, quod in huiusmodi analogica predicatione ordo attenditur quandoque secundum idem et secundum rationem et secundum rem, quandoque non secundum idem. Nam ordo nominis sequitur ordinem cognitionis, quia est signum ¹⁰ intelligibilis conceptionis. Quando igitur illud, quod est prius secundum rem, inuenitur etiam in cognitione prius, tunc inuenitur prius et secundum nominis rationem et secundum rei naturam, sicut substantia est prior accidente natura, in quantum substantia causa est accidentis, et prior accidente cognitione, in ¹⁵ quantum substantia ponitur in diffinitione accidentis. Et ideo ens prius dicitur de substantia quam de accidente et secundum naturam et secundum nominis rationem. Quando autem aliquid est prius secundum naturam et posterius secundum cognitionem, tunc in analogis non est idem ordo secundum rem et se- ²⁰ cundum nominis rationem, sicut virtus sanandi, que est in sanatiuis, prior est naturaliter sanitatem, que est in animali, sicut causa prior est effectu. Sed quia hanc virtutem per effectum cognoscimus, ideo etiam eam ex effectu nominamus, et inde est, quod sanatiuum est prius ordine rei, sanum autem est prius ²⁵ secundum nominis rationem, secundum quod dicitur animal esse sanum. Sic igitur quia ex rebus aliis in dei cognitionem peruenimus, ipsum deum per ea, que aliis contingunt, nominamus. Vnde et nominari dicitur a suis causatis, et nomina secundum ordinem nature prius attribuuntur deo, secundum autem ratio- ³⁰ nem nominis per prius aliis et posterius deo attribuuntur. Modi igitur significandi possibles sunt nomini absoluto, quod est deus, sicut et aliis nominibus, quamquam hoc sit analogice, vt liquet ex iam dictis. Vnde nomini absoluto, quod est deus, debetur modus essentie certe apprehensionis, per quem est nomen, et ³⁵ modus absoluti seu simplicis per remotionem cuiuslibet compo-

21 que] qui ms.

sitionis realis, et per hunc modum nomen absolutum est principium constructionis dispositive etiam, sicut dictum est de aliis.

Ad primam rationem in oppositum. Si nomini absoluto essent possibiles etc., dicendum ad illam consequentiam per interemptionem. Et ad probationem. Cum dicitur, quod modi significandi sunt proprietates accidentales rei significatae, dicendum, sicut prius dictum est, quod modi significandi possunt attribui conceptui mentis, qui sibi non repugnant et quorum oppositum sibi non determinat, quia intellectus agit per cognitionem et sic 10 agit, sicut cognoscit, et quia cognovit in aliis sibi prius notis modos, qui alicui alii conceptui non repugnant, ideo etiam sibi illos attribuit, sicut est in proposito, quia proprietates, quas nouit intellectus humanus in causatis, attribuit deo, nam etiam in eo sunt secundum quendam modum eminentiores, quia sic 15 faciunt unum cum diuina essentia, quod in ea nullam realem compositionem ponunt, sed constituunt unam simplicissimam essentiam. Vnde ille proprietates non sunt accidentales deo, quamuis quoad nos, scilicet secundum nostram apprehensionem, videantur aliqualiter differre, quia et formaliter in rebus causatis differunt et accidentum rebus huiusmodi, ideo etc. Vnde cum probatur falsitas consequentis, concedenda est probatio, quia bene probat, quod realiter in deo nullum est accidens, quod est concedendum.

Ad aliud. Cum dicitur, quod illud, quod accedit etc., dicendum, 25 quod etiam ratio hec bene probat, quod modi significandi, qui deo attribuuntur, non accidentum deo sicut aliqua reales proprietates, que dicantur additum essentie dei, quod est concedendum. Vnde dicatur eo modo, quo dictum est. ||

De nomine appellatiuo adiectiuo.

30

De nomine adiectiuo secundum se.

84 v II **E**xpeditis dubitantibus circa nomen substantium appellatiuum et cetera contenta sub eodem deinde proceditur ad dubitandum circa nomen adiectiuum appellatiuum, et primo queremus circa nomen adiectiuum secundum se, secundo circa contenta sub nomine adiectiuo appellatiuo. Circa nomen adiectiuum secundum se tria queremus. Primum est, vtrum nomen

adiectium sit possibile. Secundum est, a qua proprietate rei accipiatur suus modus significandi. Tertium est, vtrum nomen adiectuum sit principium constructionis per suum modum significandi.

Circa primum sic proceditur et videtur, quod nomen adiectuum non sit possibile, quia omne, quod significat per modum permanentie, non est possibile esse adiectuum, nam modus permanentie est oppositus modo adiectui. Sed omne nomen significat per modum permanentie; per hunc enim distinguitur nomen contra verbum, quod significat per modum fieri. Ergo nullum nomen adiectuum est possibile. 10

Item si nomen adiectuum esset possibile, oporteret ipsum significare per modum adiacentis substantiuo vt faciens vnum cum eo. Sed impossibile est vnum fieri ex illo, quod significatur per nomen adiectuum, quod vt frequenter est accidens, et ex substantiuo. Nam illa, que differunt per essentiam, non possunt intelligi vt vnum. Quod enim est impossibile in essendo, illud impossibile est in intelligendo et significando, eo quod intellectus noster sequitur naturam rei in essendo. Sed accidens et substantiuum differunt per essentiam. Ergo non possunt intelligi nec significari vt vnum. Res enim non potest significari eo modo, quo non potest intellegi. Sed nichil est adiectuum nisi significans accidens et substantiuum vt vnum. Si igitur hoc est impossibile, sequitur, quod nomen adiectuum non est possibile.

Preterea. Si nomen adiectuum esset possibile, haberet aliquem modum significandi acceptum ab aliqua proprietate in re. Sed 25 consequens falsum est, ergo et antecedens. Consequentia patet, quia quodlibet speciale nomen oportet, quod habeat aliquem specialem modum significandi. Falsitas consequentis apparent, quia modus adiectui aut accipietur a proprietate substantie aut a proprietate accidentis. Non a proprietate substantie, quia tunc 30 accidens non significaretur sub modo adiectui, quod falsum est. Nec a proprietate accidentis, quia tunc substantia non significaret adiectue, quod falsum est, dicendo humanus, asinus et huiusmodi, ergo etc.

Oppositum patet per Priscianum, qui ponit nomen adiectuum 35 distinctum ex opposito contra nomen substantiuum.

35 Prisc. II 25,28 (Keil II p. 58,60).

Et arguitur per rationem, quia nomen substantiuum est possibile, ergo et nomen adiectiuum. Antecedens patet ex determinatis. Consequentia declaratur, quia si vnum oppositum sit possibile, et reliquum, cum opposita sint apta nata fieri circa 5 idem. Sed nomen substantiuum et adiectiuum opposita sunt. Si nomen substantiuum tunc est possibile, ergo et adiectiuum. — Ad hanc consequentiam dicendum est, quod nomen adiectiuum possibile est, et non solum possibile, verum etiam necessarium est nomen esse adiectiuum.

10 Declaratio primi est hec, quia per nomen adiectiuum intelligimus nomen significans per modum adiacentis alteri. Ex hoc enim nomen adiectiuum nomen accepit. Sed nomen significare per modum adiacentis alteri seu dependentis ad alterum possibile est, quia cum omnes modi significandi sequantur modos intelligendi 15 et modos essendi, tunc secundum omnem modum essendi in re possibilem poterit dictio habere modum significandi. Sed res significata nominaliter et substantialis et accidentalis potest habere modum essendi in alio seu modum dependentis ad aliud, vt patet in hiis, que significant accidentis secundum modum 20 essendi accidentis. Nec non et patet in substantialibus, que respectum seu dependentiam habent ad alia vt humanus, asinus etc. Vnde cum vna et eadem res habeat modum essendi, per quem est species entis quid in se essentialiter distinctum contra aliquid 25 aliud, sic sibi debetur modus significandi || per modum substantiali, et cum habeat modum dependentis ad aliud, sic sibi debetur modus significandi adiective. Adiectiuum enim significat rem suam vt entem in alio seu per modum dependentis ad aliud. Nomen igitur adiectiuum possibile est.

Declaratio secundi est, scilicet quod necessarium sit nomen aliquod esse adiectiuum, saltem hoc est necessarium ex suppositione, quia in omni scientia et doctrina necessaria est distinctio seu determinatio intelligibilium, supposito quod aliquid sciatur seu doceatur. Sed huiusmodi distinctio seu determinatio est per nomina adiectiva, que significant per modum adiacentis seu 35 determinantis, vt patet et in substantialibus quibusdam et in accidentalibus. Tam enim hec quam illa determinant et distinguunt ad inuicem illa, quibus adiciuntur. Vnde necessarium est

nomen esse adiectium, supposito quod aliquid distinete et determinate debeat sciri vel determinari.

Ad primum argumentum in oppositum. Cum dicitur omne, quod significat per modum permanentie, non est possibile esse adiectium, dicendum, quod significare per modum permanentie tripliciter est. Aliquid enim potest significare per modum permanentie vel simpliciter vel per modum permanentie in se vel per modum permanentie in alio. Tunc dicendum, quod omne, quod significat per modum permanentie in se secundum quod huiusmodi, non est possibile esse adiectium, quia habet modum oppositionis. Quod autem significat per modum permanentie simpliciter, possibile est esse et adiectium et substantium, quia nec sibi repugnat modus adiectui nec substantiui, et sic nomen vnde nomen significat simpliciter per modum permanentie. Illud vero, quod significat per modum permanentie in alio, possibile est esse adiectium, imo hoc est adiectium in actu. Ad minorem. Cum dicitur, omne nomen significat per modum permanentie, verum est per modum permanentie indifferenter entis in se vel in alio, et ideo sibi potest competere esse adiectium et substantium. Vnde si omne nomen significaret per modum permanentie in se, tunc non esset possibile esse adiectium, ideo etc.

Ad aliud. Cum dicitur, si esset possibile nomen esse adiectium, oporteret ipsum significare per modum adiacentis substantiuo facientis vnum cum eo, concedatur. Et cum dicitur, quod hoc est impossibile, dicendo per interemptionem. Et ad probationem. Cum dicitur, quod illa, que differunt per essentiam, non possunt intelligi vt vnum, dicendum, quod vnum dicitur duplice, vnum essentialiter et vnum accidentaliter. Vnde verum est, quod illa, que differunt per essentiam, non possunt facere vnum essentialiter, possunt tamen facere vnum accidentaliter. Vnde substantium et accidens, licet sint multa essentialiter, sunt tamen vnum accidentaliter eo, quod vnum illorum accidit alteri, et ideo possunt intelligi et significari vt vnum illo modo vnitatis; licet nomen adiectium significet rem suam vt idem subiecto aliquo modo, non tamen eam significat vt idem subiecto essentialiter, ideo etc.

Ad tertium. Cum dicitur, si nomen adiectium esset possibile,

haberet aliquam proprietatem rei, a qua esset acceptus eius modus significandi, concedatur. Et ad probationem. Cum dicitur, aut accipitur a proprietate substantie aut accidentis, dicendum, ^{85 r II} quod aliqualiter ab utroque, vt patebit || statim in sequenti questione.

Juxta hoc proceditur ad secundum, scilicet a qua proprietate rei accipitur modus significandi nominis adiectui, et specificatur questio, quia nomen adiectuum significat per modum adiacentis seu inherentis vel dependentis. Adiacere autem seu inherere debetur tam forme substantiali quam accidentalii. Vnde supponendo, quod ab altero istorum accipiatur modus significandi nominis adiectui, queritur, vtrum acceptus sit a proprietate forme substantialis vel accidentalis, et videtur, quod a proprietate forme substantialis, quia modus adiectui est modus adiacentis. Cui ergo prius debetur proprietas adiacentis, ab eo accipitur modus adiectui. Sed primum adiacens est forma substantialis. Ipsa enim prius inheret materie quam forma accidentalis. Nam materia cum forma causa est omnium accidentium, vt scribitur primo phisicorum. Modus igitur nominis adiectui accipitur a proprietate forme substantialis.

Item ab eius proprietate accipitur modus significandi nominis adiectui, cui competit modus adiectui, quia modus significandi contingens alicui rei acceptus est a modo essendi eiusdem rei. Sed tam forme substantiali quam substantie contingit modus adiectui dicendo animatus, humanus etc. Ergo modus adiectui accipitur a proprietate forme substantialis.

Oppositorum arguitur, quia nomen adiectuum significat accidentis. Sed hoc non est, nisi quia modus significandi nominis adiectui acceptus sit a proprietate forme accidentalis. Ergo modus significandi nominis adiectui accipitur a proprietate forme accidentalis.

Ad hanc questionem dicendum, quod modus significandi nominis adiectui accipitur et a proprietate forme substantialis et a proprietate forme accidentalis, prius tamen a proprietate unius quam a proprietate alterius. Ad primam declarationem intelli-

19 Physica I,7. 190a, 9 ss. — 23 a] ad ms. 26 substantialis] accidentalis ms.

gendum, quod dependere seu inherere debetur tam forme substantiali quam accidentalii, vtrumque enim est in aliquo vt forma in eo, cuius est forma. Nam forma substantialis in materia est, forma autem accidentalis in subiecto aggregato ex forma et materia. Vnde dicit actor sex principiorum, quod forma est 5 compositioni contingens, id est inherens, ex quo accidit, quod tam forme substantiali quam accidentalii contingit modus essendi in alio siue modus dependentis ad aliud. Vnde ab eius proprietate accipitur modus adiectui, cui contingit modus essendi in alio. Sed hic modus contingit tam forme substantiali quam acci- 10 dentali, vt iam visum est. A proprietate igitur vtriusque scilicet tam forme substantialis quam accidentalis accipitur modus adiectui. Vnde modus adiectui et modus concreti idem sunt, quia adiacere alteri est concernere aliquid alterum. Sed aduerten- dum, quod nomen quodlibet concretum est adiectuum grama- 15 tice loquendo.

Circa quod notandum, quod concretum duplex est. Nam quod-dam est concretum, quod concernit essentialiter res sui generis vt homo, asinus et cetera. Hic modus concretionis concernit sua supposita, et generaliter omne superius concernit suum inferius. 20 Quod autem huiusmodi sint concreta, patet. Nam bene dicitur Socrates est homo, Plato est homo, et non dicitur Socrates est humanitas, vnde talia concreta per se habent poni in genere, quia non concernunt nisi res sui generis, et huiusmodi est concretum logicum et non grammaticum, quia || talia concreta sunt 85 vi substantiua gramatice loquendo.

Aliud est concretum, quod concernit rem alterius generis vel rem eiusdem generis, indirecte tamen, vt albus vel niger concernit substantiam; vel res substantie concernit rem accidentis, quamquam secundum aliam rationem, vt humanus, asinus et 30 huiusmodi; vel aliquid respicit rem eiusdem generis, indirecte tamen, vt differentia respicit seu concernit suum genus, quod est extra eius rationem, dicendo animal rationale. Differentia enim proprie loquendo non est concreta respectu speciei, quia adiuncta speciei iungationem causat dicendo homo rationalis, 35

18 concernit] concernuit ms. 20 superius] hic modus repetit ms.

5 Liber de sex principiis c. l. (Heysse p. 8).

sed est concreta respectu generis dicendo animal rationale, et tale concretum gramaticum est, quod est idem cum nomine adiectuo. Ex quo sequitur, quod modus significandi nominis adiectui accipitur a proprietate forme substantialis et accidentis talis, secundum quod aliquid concernit rem alterius generis vel sui generis indirecte, vt dictum est.

Declaratio secundi est, scilicet quod modus nominis adiectui accipitur per prius a proprietate forme substantialis quam a proprietate forme accidentalis, nam vt superius dictum est, ordo prioris et posterioris duplex est, quia quidam est ordo rei, alias est ordo cognitionis. Tunc dicendum, quod modus adiectui per ordinem rei prius accipitur a proprietate forme substantialis, quia modus adiectui accipitur a modo inherendi seu essendi in alio. Sed prius inheret forma substantialis quam accidentalis, nam forma substantialis dat esse primo et simpliciter, forma vero accidentalis dat esse secundario et secundum quid. Vnde ordine rei prius accipitur modus adiectui a proprietate forme substantialis quam accidentalis. Tamen attendendo ad ordinem cognitionis prius accipitur a proprietate forme accidentalis, quia cum modus adiectui sit modus inherentis, a proprietate illius prius accipitur ordine cognitionis, quia primo cognoscitur inherens. Sed prius cognoscimus accidentis inherentiam quam forme substantialis. Nam deuenimus in cognitionem forme substantialis per propriam operationem, que accidens est. Vnde ordine cognitionis per prius accipitur modus adiectui a proprietate forme accidentalis. Et ad hoc aduertens Priscianus dixit, quod nomen adiectuum adicitur propriis vel appellatiis nominibus et significat laudem vel vituperationem vel medium vel accidens unicus. Et etiam dixit, quod adiectua sumuntur vel a qualitate vel quantitate animi vel corporis vel extrinsecus accidentium. Patet igitur, quod modus adiectui accipitur a proprietate forme substantialis vel accidentalis ordine quodam, vnde si aliquid significat adiective, hoc est per attributionem ad aliquid horum.

Ad rationes in oppositum est dicendum. Cum dicitur primo, modus adiectui est modus adiacentis, concedatur. Et cum dicitur, cui ergo prius debetur modus adiacentis, ab eius proprietate

12 substantialis] accidentalis *ms.* — 26 Prisc. II 28 (Keil II p. 60).

accipitur modus adiectui, dicendum, quod hoc prius potest dicere vel ordinem rei vel ordinem cognitionis. Et tunc ad minorem. Cum dicitur, quod modus adiacentis prius debetur forme substantiali, verum est ordine rei, tamen ordine cognitionis prius debetur forme accidentalis, et ideo bene sequitur,⁵ quod modus significandi nominis adiectui prius accipitur a proprietate forme substantialis ordine rei, accipitur nichilominus tamen a proprietate forme accidentalis prius ordine cognitionis.

Ad aliud. Cum dicitur, ab eius proprietate accipitur modus adiectui, cui contingit modus adiectui, concedatur. Ad minorem.¹⁰ || Cum dicitur, tam forme substantiali quam substantie contingit modus adiacentis, dicendum est, quod modus adiacentis contingit forme substantiali prius ordine rei, et si contingit substantie, hoc est, quia substantia habet quendam modum forme accidentalis vel forme substantialis, in quantum scilicet denominat vel rem alterius generis vel rem eiusdem generis, indirecte tamen, ut supra dictum est, et hoc dato non tamen excluditur, quin modus adiectui acceptus sit a proprietate forme accidentalis et per prius ordine cognitionis saltem, ideo etc.

Ad illud, quod obicitur in contrarium. Cum dicitur, Priscianus dixit, quod nomen adiectuum significat accidentis, si Priscianus hoc intellexit vniuersaliter, dicendum, quod non dixit verum, quia nomen aliquod adiectuum significat substantiam, ut dictum est. Vel suscipiendo Priscianum dicendum est, quod Priscianus dixit, quod nomen adiectuum significat accidentis tamquam illud, quod est prius quoad nos, non tamen simpliciter; vel dicendum, quod nomen adiectuum significat accidentis ut frequenter et ut in pluribus, non tamen vniuersaliter; vel nomen adiectuum significat accidentis, quia omne nomen adiectuum habet similem modum significandi modo accidentis, quia omne adiectuum significat per modum adiacentis, et quia hic modus prius est accidentis ordine cognitionis, ideo etc.

Consequenter proceditur ad tertium, scilicet utrum adiectuum per suum modum significandi sit principium constructionis, et videtur quod non, quia si adiectuum per suum modum signifi-

20-21 Prisc. II 28 (Keil II p. 60).

candi esset principium constructionis, tunc adiectiuo, vnde adiectuum est, ratione sui modi significandi deberetur aliqua determinata et distincta constructio. Sed consequens falsum est, quia nullam constructionem habet adiectuum nisi ratione, qua 5 est comparatiuum et superlatiuum etc. Consequentia patet, quia si modus significandi esset principium constructionis, tunc distinctus et determinatus modus significandi esset principium distincte et determinate constructionis, ideo etc.

Item si modus significandi nominis adiectui esset principium 10 constructionis, tunc omnia nomina adiectua haberent eandem vel similem constructionem. Sed consequens falsum est, quia nomen comparatiuum, superlatiuum etc. adiectua sunt, non tamen simili modo construuntur. Consequentia patet, quia posita eadem causa debet poni idem effectus.

15 Preterea. Si nomen adiectuum per suum modum significandi principium esset constructionis, haberet proportionem cum modo significandi nominis substantiui et cum nullo alio, vt videtur. Sed modus significandi nominis adiectui non proportionatur modo significandi nominis substantiui, quia isti modi repugnant 20 sibi, quia distinguuntur ex opposito. Opposita autem non proportionantur sibi ad inuicem, ergo etc.

Oppositum arguitur, quia substantiuum cum altero substantiuo, nisi incongrue vel figurative, non construitur dicendo Socrates Plato et animal homo. Ergo per oppositum adiectuum cum 25 substantiuo sine figura aliqua et congrue construitur dicendo homo albus. Sed hoc non esset, nisi adiectuum per suum modum significandi esset principium constructionis. Nomen igitur adiectuum per suum modum significandi est principium constructionis.

30 Ad istam questionem duo dicimus. Primum est, quod nomen adiectuum per suum modum significandi est principium constructionis et dispositio et actualiter. Secundum est, quod nomen adiectuum per suum modum significandi est magis principium constructionis, ita quod plus || facit ad constructionem 35 quam nomen substantiuum per suum modum significandi.

Declaratio primi est, quia modus significandi principiat con-

30 est] est add. ms.

structionem et dispositiue et actualiter, quia disponit ad modos significandi posteriores, qui actualiter principiant constructio-
nem, et correspondet alius modus significandi proportionaliter in alio constructibili, vt patet ex preteritis, nam per primum est principium constructionis dispositiue et per secundum est prin-⁵ cipium constructionis actualiter. Sed modus significandi nominis adiectui disponit ad modos significandi posteriores, qui actua-
liter principiant constructionem, quia supponitur a genere et casu et numero etc. in dictione adiectualiter significata, et huius-
modi sunt immediata et actualia principia constructionis.¹⁰

Item modo significandi nominis adiectui correspondet per se modus entis in se, qui est modus substantiui, quia isti modi sibi proportionantur ad inuicem. Sicut enim ex duobus in actu vel ex duobus in potentia non fit vnum, sed ex duobus, quorum vnum est in potentia, alterum in actu, fit vnum, nec est querenda huiusmodi causa alia, nisi quia vnum est actus et reliquum est potentia, similiter ex duobus per se stantibus vel ex duobus omnino dependentibus non fit vnio seu proportio, sed ex duo-
bus, quorum vnum est dependens et alterum est per se stans, fit vnio seu proportio, quod non est nisi quia modus adiectui proportionatur modo substantiui. Nam modus adiectui ratio dependentie est, modus autem substantiui ratio termini est. Quare sequitur, quod nomen adiectuum per suum modum sig-
nificandi est principium constructionis et dispositiue et actualiter.

Ad declaracionem secundi intelligendum est, quod constructio est vnio quedam constructibilium, et sic constructio est quedam relatio vnius constructibilis ad alterum. Ex quo accipio, quod constructibile est referibile seu relativum quoddam per formam constructibilis, que est suus modus significandi. Vlterius accipio, quod relativum per se dependet, quia per se habet relationem ad alterum vt scientia ad scibile. Relativum autem per accidens non per se dependet, nec per se refertur sed per accidens, vt scibile refertur ad scientiam non per se, sed quia scientia refertur ad scibile.

Ex hiis ad propositum. Constructibile per se refertur seu de-³⁵ pendet ad alterum. Omne igitur constructibile, quod per se de-
pendet ad alterum, per se construitur et plus facit ad construc-
tionem, vnde constructio est, quam illud, quod non per se

dependet. Sed nomen adiectuum per suum modum significandi per se dependet ad substantium, substantium autem non dependet per se ad adiectuum, sed per suum modum significandi terminat dependentiam adiectui. Ergo nomen adiectuum per suum modum significandi magis, quia prius et per se, est principium constructionis quam substantium per suum modum significandi. Et hoc habet veritatem in constructione adiectui cum substantiuo. Ibi enim adiectuum construitur cum substantiuo constructione sui per se, substantium autem construitur cum adiectuo non constructione, que est sui per se, sed sui per accidens. Dico autem, quod iam dictum veritatem habet in constructione substantiui nominis cum adiectuo, quia in constructione appositi cum supposito non habet veritatem. Nomen igitur adiectuum designat rem || suam vt dependentem ad aliud vt ad substantium. Ideo per illum modum significandi per se et immediate construitur cum eo, faciens cum illo vnum extreum orationis dicendo homo albus currit. Sed hoc, quod est albus, per se non construitur cum hoc, quod est currit, nec cum eo aliquo modo construeretur, nisi prius construeretur cum hoc, quod est homo. Non enim in hac oratione, dicendo homo albus currit, supponit hoc, quod est albus, sed totum aggregatum ex substantiuo et adiectuo, per naturam tamen ipsius substantiui. Quicquid enim habet rationem entis in se, per se supponit, et quicquid non habet in se rationem entis per se, nunquam construitur per se in ratione suppositi, et supponit, hoc est per accidens et per reductionem illius, quod in se habet modum significandi per modum entis in se. Et ideo sequitur ex dictis, quod dicendo homo albus currit, hoc, quod est currit, construitur cum hoc, quod est homo, constructione sui per se, et cum hoc, quod est albus, per accidens. Sed hoc, quod est homo, construitur cum hoc, quod est currit, non constructione sui per se, sed per accidens. Item hoc, quod est albus, construitur cum hoc, quod est currit, accidentaliter per accidens. Et hec manifesta sunt recte consideranti, manifestiora autem erunt, deo concedente, quando de constructionibus dicemus. Sic igitur patent duo proposita.

Ad primum argumentum. Cum dicitur, si adiectuum per suum modum significandi esset principium constructionis, tunc adiectuo deberetur aliqua constructio determinata, vnde adiectuum

est, concedatur consequentia. Et cum dicitur, quod consequens est falsum, dicendum per interemptionem, nam adiectiuum vnde adiectiuum construitur cum substantiuo. Et ad probationem. Cum dicitur, quod nullam constructionem habet adiectiuum nisi ratione, qua est comparatiuum vel superlatiuum etc., negandum est, quia per aliam rationem comparatiuum est comparatiuum et per aliam rationem est adiectiuum, et similiter intelligatur de aliis, vnde ratione, qua est adiectiuum, debetur sibi constructio cum substantiuo, ratione autem, qua est comparatiuum, debetur sibi specialis constructio, et hoc patebit consequenter.

10

Ad aliud. Cum dicitur, si nomen adiectiuum per suum modum significandi esset principium constructionis, tunc omnia adiectiuia haberent eandem vel similem constructionem, verum est, vnde adiectiuia sunt, sed vnde talia adiectiuia sunt, puta comparatiua vel superlatiuia, non oportet, quod habeant eandem constructionem vel consimilem, cuius causa iam dicta est.

Ad tertium. Cum dicitur, si modus adiectuii esset principium constructionis, haberet proportionem cum modo substantiuui, verum est, vnde adiectiuum est. Et ad probationem. Cum dicitur, quod modi eorum repugnant, dicendum, quod diuersa seu opposita in eodem et respectu eiusdem repugnant, sed diuersa in diuersis, que sunt sibi proportionata, non repugnant, imo possunt facere vnum secundum proportionem. Quamquam enim huiusmodi non sunt eadem secundum essentiam, possunt tamen esse eadem proportione, et hoc sufficit in proposito, ideo et cetera. ||

De contentis sub nomine adiectiuo appellatiuo.

Dubitato circa nomen adiectiuum secundum se, demum pro- 86 v*i*
ceditur ad dubitandum circa contempta sub nomine adie-
ctiuo appellatiuo. Contempta autem sub nomine appellatiuo adie-
ctiuo sunt decem et septem, vt videtur, scilicet nomen ad aliquid
dictum vt pater, filius etc.; nomen gentile vt Grecus, Latinus;
nomen patrii vt Atheniensis, Parisiensis etc.; interrogatiuum vt
quis, qualis, quantus; infinitum vt qui, qualis, quot; relativa
vt talis, tantus, tot; nomen diuiduum vt omnis, nullus, etc.;
ordinale vt primus, secundus, tertius; numerale vt unus, duo,
tres; locale vt propinquus, longinquus; patronomicum vt Pria-

mides; nomen possessuum vt Euandrius, regius; comparatiuum vt albior, fortior; superlatium vt albissimus, fortissimus; diminutiuum vt regulus; denominatiuum vt albus, bonus; nomen adverbiale vt supernus, externus, hodiernus. De hiis igitur omnibus et singulis, prout melius poterimus, eo ordine, quo numerata sunt, rationatue ad vtramque partem contradictionis opponendo dubitabimus.

De nomine ad aliquid dicto.

¹⁰ **Q**ueramus igitur primo de nomine ad aliquid dicto, cuiusmodi est dominus, seruus, pater et filius. Circa quod queremus duo. Primum est, vtrum nomen ad aliquid dictum sit nomen distinctum in specie contra alia nomina appellatiua adiectiuia, que iam enumerata sunt. Secundum est, vtrum nomen ad aliquid dictum sit principium alicuius constructionis per suum modum significandi.

²⁰ **C**irca primum sic proceditur et videtur, quod nomen ad aliquid dictum non sit nomen distinctum in specie contra alia nomina adiectiuia appellatiua, quia cui repugnat modus significandi nominis essentialis, illud non est nomen distinctum contra alias species nominis. Sed nomini ad aliquid dicto repugnat modus significandi essentialis nominis. Ergo nomen ad aliquid dictum non est nomen distinctum in specie contra alias species nominis. Maior patet. Minor declaratur, quia modus significandi essentialis nominis est modus essentie certe apprehensionis seu modus habitus et quietis vel in se vel in alio. Sed modus seu ratio significandi nominis ad aliquid dicti est esse ad aliud, et hoc significat nomen huius, quod est esse ad aliud. Ergo etc.

³⁰ Item quod idem est in specie cum aliis nominibus, non est nomen distinctum in specie contra ea. Sed nomen ad aliquid dictum est eiusdem speciei cum aliis, que iam enumerata sunt. Nam nomen appellatiuum et nomen adiectiuum species nominis sunt. Sed nomen ad aliquid dictum vt pater et dominus appellatiua sunt, quia communia multorum, et adiectiuia sunt, quia habent modum adiacantis alteri. Ergo nomen ad aliquid dictum non est nomen distinctum in specie contra alia nomina appellatiua adiectiuia.

Item si nomen ad aliquid dictum esset nomen distinctum in specie contra omnia nomina appellatiua adiectiuia superius enumerata, tunc etiam esset distinctum in specie contra nomen relativum. Sed consequens falsum est, quia nomen ad aliquid dictum et relativum idem significant, vt patet per totam philosophiam. Consequentia apparet, quia nomen relativum est de numero nominum appellatiuorum adiectiuorum, ergo etc.

Oppositum patet per Priscianum, qui nomen ad aliquid dictum distinguit ex opposito contra alia nomina appellatiua adiectiuia, quod non esset, nisi distingueretur in specie contra ipsa,¹⁰ ergo etc.

Item distinete constructiones in specie arguunt distinctos modos significandi in specie, cum modi significandi per se sint principia constructionis. Sed nomen ad aliquid dictum habet constructionem distinctam in specie contra constructiones aliorum appellatiuorum adiectiuorum. Nam nomen ad aliquid dictum construitur cum genituo, dicendo pater filii, dominus || serui, et sic ^{86 v 11} non construuntur alia. Ergo nomen ad aliquid dictum habet modum significandi in specie distinctum contra modos significandi aliorum predictorum, et si sic, sequitur, quod nomen ad aliquid dictum est nomen in specie distinctum contra alia nomina appellatiua adiectiuia.

Ad istam questionem sunt duo dicenda, scilicet quod nomen ad aliquid dictum est nomen et nomen distinctum in specie contra alia predicta nomina. Ad declarationem vtriusque preintelligendum est, quid significatur nomine huius, quod est ad aliquid. Vnde considerandum est, quod ad aliquid dicuntur, quorum hoc ipsum esse, quod sunt, id est ipsamet essentialiter, vnde ad aliquid dicuntur, aliorum dicuntur, vel quomodolibet alter. Sic enim philosophus fuit vsus vocabulo ad aliquid in predicatione mentis et in quinto metaphysice. Sic etiam Priscianus et Petrus Helie vsi sunt vocabulo ad aliquid. Nam Priscianus dicit, quod nomen ad aliquid dictum est illud, quod sine intellectu illius, ad quod dictum est, proferri non potest, et dicit, quod si vnum intereat, et reliquum, sicut philosophus dicit, quod relativa seu

⁸ Prisc. II 28 (Keil II p. 60). ³⁰ Boethius in categorias Arist. II (PL 64 p. 216), Categoriae 7. 6a-b; Metaphysica V, 15. 1020b-1021a. ³² Prisc. II 28 (Keil II p. 60). ³⁵ Metaphysica V, 15. 1021a.

ad aliquid dicta posita se ponunt et perempta se perimunt. Item Petrus Helie dicit, quod ad aliquid dictum significat aliquid primario, et quod aliud, ad quod dicitur, significat secundario, hoc est dat ipsum intelligere per rationem suam, vnde est ad 5 aliquid dictum. Ex quibus patet, quod qui essentialem naturam huius, quod est [ad] aliquid, velit intelligere, intelligat formaliter respectum ad alterum.

Ex hoc ad propositum. Illud est nomen, cui contingit modus significandi essentialis specificus nominis, secundum quod nomen 10 est. Sed nomini ad aliquid dicto contingit modus essentialis specificus nominis, quia nomen ad aliquid dictum significat respectum ad aliud. Hic autem respectus aliquid essentialiter est, nec est substantia nec aliquid accidentium, nisi forma respectiva, que essentialiter de predicamento relationis est. Sed constat, 15 quod huic respectui contingit modus essentie certe apprehensionis. Est enim essentia quedam certe apprehensionis, quia determinata de predicamento relationis est.

Circa quod intelligendum, quod nomen ad aliquid dictum accidens est, quia relatio est, et est tale accidens, quia respectivum, et 20 propter hoc in esse duo respicit, scilicet subiectum, et hoc vnde accidens est, et terminum, vnde est tale accidens, scilicet ad aliquid dictum. Dico autem in esse suo, quia accidens per suam essentiam non concernit subiectum, sed secundum quod habet esse, quia accidentis esse est inesse subiecto. Accidens enim in se 25 duos habet modos essendi, vnum scilicet, quo distinguitur contra subiectum essentialiter, et secundum hoc significatur in abstractione dicendo albedo. Alium habet modum essendi, quo coniungitur subiecto accidentaliter et significatur in concretione, secundum quod concernit ipsum subiectum dicendo albus. Quare 30 cum nomen ad aliquid dictum accidens sit, significari potest vel cum precisione subiecti, id est secundum quod distinguitur contra subiectum essentialiter, et significatur hic modus nomine paternitatis et hoc substantiue, vel nomen ad aliquid dictum

3 primario] significato add. ms. quod^{1]}] quid ms. 25 contra] om. ms.

2 Petrus Helie fol. 23v: Significant igitur ipsas relationes determinando inesse alicui ut paternitatem, nominant uero substantias, quibus inest illa relatio (ut pater, filius).

significari potest, vt coniunctum est subiecto accidentaliter, et sic significatur nomine huius, quod est pater, et similium. Nomen igitur ad aliquid dictum est nomen, cum sibi competat modus significandi essentialis nominis, qui est modus essentie determinate apprehensionis. Nam nomen ad aliquid dictum vel significat per modum essentie determinate apprehensionis in se cum precisione subiecti dicendo paternitas, vel per modum essentie determinate apprehensionis, vt in alio est et vt ad aliud se habet dicendo pater. Nam vt sic || et respicit subiectum, in quo 81 r 1 est, et terminum, ad quod refertur. Patet igitur primum. 10

Declaratio secundi est, scilicet quod nomen ad aliquid dictum sit distinctum in specie nominum contra alia nomina appellativa adiectiva, quia distinctio specierum nominum secundum speciem est per distinctionem modorum significandi sub specie, que nomen est. Sed nomen ad aliquid dictum habet modum significandi aliud in specie a modis significandi aliorum predictorum, quia ratio sua seu modus significandi eius est esse ad aliud. Sed omnia non significant, vt sunt ad aliud. Ergo nomen ad aliquid dictum est nomen distinctum in specie contra alia nomina, que dicta sunt. 20

Sed hic excitaret aliquis, nam satis manifestum est ex dictis, quod nomen ad aliquid dictum distinctum est in specie contra alia nomina excepto nomine relatiuo: sed dubium adhuc est, quomodo nomen ad aliquid dictum differt a nomine relatiuo. Vnde notandum, quod inter nomen ad aliquid dictum et nomen 25 relatiuum ad presens quadruplicem invenimus differentiam. Prima est, quod nomen ad aliquid dictum imponitur a forma, cuius esse est ad aliquid esse tamquam ad terminum. Relatiuum autem nomen imponitur a forma, que de se non respicit alterum, sed de quodam suo modo significandi. Secunda est, quod nomen 30 ad aliquid dictum respicit terminum, ad quem refertur, relatiuum autem respicit subiectum seu antecedens. Tertia est, quod nomen dictum ad aliquid et illud, ad quod refertur, non faciunt vnum numero, vt pater et filius etc., nomen autem relatiuum et subiectum seu antecedens, quod refertur per ipsum, semper 35 faciunt vnum numero, saltem habet hoc veritatem in relatiuo ydemptitatis. Quarta differentia est, quod nomen ad aliquid dictum substantiue aliquando significari potest dicendo paterni-

tas, filatio, nomen autem relativum nequaquam; vnde nomen relativum per se supponere non potest, sed per intellectum sui antecedentis siue per sui reiterationem dicendo Socrates currit, qui mouetur, id est qui Socrates mouetur. Ex quibus patet,
 5 quod nomen ad aliquid dictum est, quia ad aliud est, nomen autem relativum non dicitur relativum, quia suum esse est ad aliud esse, sed quia est reiteratum seu relatum sui antecedentis, et hoc postmodum patebit. Nomen igitur ad aliquid dictum est distinctum nomen in specie contra alia nomina, vt dictum est.

10 Ad argumentum primum. Cum dictum est, cui repugnat modus specificus nominis, illud non est nomen, concedatur. Et ad minorem. Cum dicitur, quod nomini ad aliquid dicto repugnat modus essentialis specificus nominis, dicendum per interemptionem. Et ad probationem. Cum dicitur, quod modus significandi
 15 nominis est modus essentie certe apprehensionis, verum est, et specificatur per modum essendi vel in se vt in nomine substantiuo, vel per modum vt in alio vt in nomine adiectiuo. Et dico etiam, quod specificari potest per modum, qui est esse ad aliud, vt in nomine ad aliquid dicto. Item nomen ad aliquid dictum,
 20 vnde adiectiuum est, habet modum essentie determinate apprehensionis vt in alio, ideo etc.

Ad aliud. Cum dicitur, quod idem est in specie cum aliis no-
 21 r II minibus, non distinguitur contra ea; maior || concedatur. Et ad minorem. Cum dicitur, quod nomen ad aliquid dictum est idem
 25 in specie cum aliis nominibus, dicendum, quod species aliqua est, que est subalterna, et alia est, que est species athoma. Tunc dicendum, quod nomen ad aliquid dictum et alia nomina sunt idem in specie subalterna nominis, que sunt appellatiuum adiectiuum, tamen in specie athoma differunt.

30 Ad tertium patet responsio, quia nomen relativum et nomen ad aliquid dictum differunt eo modo, quo dictum est.

Tunc proceditur ad secundum, vtrum scilicet nomen ad ali-
 quid dictum per suum modum significandi sit principium
 constructionis, et videtur, quod non, quia si nomen ad aliquid
 35 dictum per suum modum significandi esset principium constructionis, tunc sicut habet distinctum modum significandi, sic esset principium distincte constructionis. Sed nomen ad aliquid dictum

per suum modum significandi non est principium alicuius distincte constructionis, nam de illo similis enim constructio est dicendo pater filii et cappa Socratis. Si ergo nomen ad aliquid dictum per suum modum significandi non est principium constructionis distincte a constructionibus aliorum nominum, ideo 5 etc.

Item si nomen ad aliquid dictum per suum modum significandi esset principium alicuius constructionis, haberet modum significandi sibi proportionalem in alio constructibili, cui non proportionatur alter modus significandi a modo significandi nominis 10 ad aliquid dicti. Sed consequens falsum est, nam dicendo pater filii vel aliquid tale huius constructionis principia sunt modi significandi per modum dependentis ad alterum vt alterius et ipse genitius casus, qui est ratio termini, vt cuius est alterum. Ergo modus significandi nominis ad aliquid dicti non 15 est principium huiusmodi constructionis secundum quod huiusmodi, quia dicendo cappa Socratis predicta duo principia constructionis inueniuntur, vbi tamen non est modus significandi nominis ad aliquid dicti. Nomen igitur ad aliquid dictum non est principium alicuius constructionis. 20

Oppositor arguitur per Priscianum in secundo minoris, qui ponit constructiones quasdam fieri ex vi relationis dicendo pater filii, similis michi, et sic de consimilibus. Tales autem constructiones fiunt per modum, per quem nomen ad aliquid dictum est tale, ergo etc. 25

Item omnis modus significandi est principium constructionis vel dispositive vel actualiter, vt patet ex predeterminatis. Sed modus significandi nominis ad aliquid dicti est aliquis modus significandi, vt patet ex precedenti questione. Nomen ergo ad aliquid dictum est principium alicuius constructionis per suum 30 modum significandi.

Ad istam questionem dicendum est, quod nomen ad aliquid dictum est principium constructionis uno modo dispositive et duabus modis actualiter. Declaratio primi est, quia omnis modus significandi, qui constituit speciem sub parte orationis, est principium disposituum constructionis, nam disponit ad modos 35

8 esset] est ms. —

21 Prisc. XVIII 26 (Keil III p. 219).

significandi accidentales, qui actu principiant constructionem vt ad numerum, casum etc. Sed modus significandi nominis ad aliquid dicti constituit speciem sub nomine, quia nomen ad aliiquid dictum est species nominis, vt patet ex dictis. Nomen igitur ad aliquid dictum est principium constructionis dispositive.

Declaratio secundi est, scilicet quod nomen ad aliquid dictum sit principium constructionis actualiter ita quod duobus modis, quia nomen ad aliquid dictum et est adiectuum et tale adiectuum, scilicet ad aliquid dictum. Nam nomen ad aliquid dictum 10 duo respicit, scilicet subiectum et terminum, vt hoc, quod est pater, respicit subiectum paternitatis et filium tamquam terminum. Vnde adiectuum est ratione primi, et ratione secundi est tale adiectuum, scilicet ad aliquid dictum. Tunc dicendum, quod nomen ad aliquid dictum, vnde adiectuum est, per modum 15 significandi adiectui est actuale principium constructionis et etiam per modum significandi nominis ad aliquid dicti est principium actuale constructionis.

Primum sic patet, quia modus significandi est actuale principium constructionis per se, per quem vnum constructibile 20 dependet ad alterum, in quo habet modum significandi sibi proportionalem. Sed nomen ad aliquid dictum, vnde adiectuum est, habet modum significandi, per quem dependet ad alterum, vide- licet aliquod subiectum, cui adiacet, in quo habet modum signifi- candi sibi proportionalem, scilicet modum ipsius subiecti, qui 81 v i est modus per se stantis seu || entis in se. Nomen ergo ad aliquid dictum, vnde adiectuum est, per suum modum significandi est actuale principium constructionis. Ex quo sequitur, quod nomen ad aliquid dictum vt pater, seruus etc. adiectua sunt realiter sicut albus nec poterunt per se supponere.

Secundum sic patet, scilicet quod nomen ad aliquid dictum etiam sit actuale principium constructionis per suum modum signifi- candi, vnde est nomen ad aliquid dictum. Nam nomen ad ali- quid dictum dependet ad suum terminum per suum modum signifi- candi, per quem est nomen ad aliquid dictum, et in ipso termino 35 habet modum proportionalem, vt dicendo pater filii. Nam hoc, quod est pater, refertur ad alterum, vt alterius est, et hoc, quod

23 aliquod] quod ms.

est filius, vnde suus terminus est, habet modum terminantis, vt cuius est alterum, et isti modi sibi proportionantur. Si igitur aliquid est actuale principium constructionis, cum habet modum significandi, cui proportionatur modus significandi alterius constructibilis, et cum hoc contingat reperire in nomine ad aliquid 5 dicto, sequitur, quod nomen ad aliquid dictum sit actuale principium constructionis per suum modum significandi, vnde est nomen ad aliquid dictum.

Circa quod est notandum, quod cum nomina ad aliquid dicta sint illa, quorum hoc ipsum esse, quod sunt, aliorum dicuntur 10 vel quomodolibet aliter, sequitur, quod non omnia nomina ad aliquid dicta habent eandem vel consimilem constructionem, quia non similiter omnia referuntur ad suos terminos. Nam quedam sunt, que referuntur ad alia, vt aliorum sunt, id est ad aliquid referuntur, vt cuius est alterum, scilicet sub habitudine 15 genitiui, quedam autem referuntur ad alterum quomodolibet aliter, id est sub aliqua alia habitudine quam sub habitudine genitiui. Nam quedam dependent ad alterum, vt alteri attribuuntur, dicendo amicus amico amicus, similis simili similis etc., quedam vero dependent seu referuntur ad alterum vt ab altero, 20 dicendo distans a distante distans etc. Propter quod non omnia ad aliquid dicta nec eandem nec consimilem constructionem habent, sed quedam construuntur cum genituo, quedam cum datiuo etc.

Ad argumentum primum in oppositum. Cum dicitur, si nomen 25 ad aliquid dictum per suum modum significandi esset principium constructionis, tunc sicut habet distinctum modum significandi, sic esset principium constructionis distincte, concedatur. Et ad minorem. Cum dicitur, quod nomen ad aliquid dictum non est principium distincte constructionis, dicendum per interemptio- 30 nem. Et ad probationem. Cum dicitur, quod similis est constructio dicendo cappa Socratis et pater filii, dicendum, quod est similis, quia per quoddam commune principium est, quod est modus dependentis ad alterum, vt alterius est. Sed hoc non est eiusdem rationis in hoc, quod est cappa, et in hoc, quod est pater. Nam 35 hoc, quod est cappa, dependet ad hoc, quod est Socratis, vt possessio ad possessorem. Et hoc, quod est pater, dependet ad hoc, quod est filius, sicut relativum ad suum terminum. Sed con-

81 v II stat, quod hec dependentia hinc et inde || est alterius et alterius rationis, ideo etc.

Ad aliud. Cum dicitur, si nomen ad aliquid dictum esset principium constructionis, per suum modum haberet modum sibi proportionalem in alio constructibili, concedatur. Et ad minorrem. Cum dicitur, quod nullus modus significandi sibi proportionatur, dicendum per interemptionem. Et ad probationem. Cum dicitur, quod dicendo pater filii, cappa Socratis, principium constructionis vtriusque est modus dependentis ad alterum vt 10 alterius, verum est, sed hoc non est eiusdem rationis vtrobique, ideo etc.

De nomine gentili.

Juxta hoc proceditur ad dubitandum circa nomen gentile, et queritur tantum vnum, scilicet vtrum nomen gentile sit 15 possibile, et videtur, quod non. Est dare pronomen gentile, ergo non est possibile ponere nomen gentile. Antecedens patet. Hoc enim, quod est nostras et vestras, pronomina gentilia sunt. Consequentia probatur, quia sicut predicamenta inpermixta sunt, ita, vt videtur, partes orationis inpermixte sunt, ita quod species 20 vnius partis orationis non est species alterius partis orationis. Quare si est ponere pronomen gentile, non erit ponere nomen gentile.

Item tu non potes dicere, quod nomen gentile sit possibile, nisi quia est dare ipsum secundum quod gentem significat, vt 25 est Latinus, Grecus etc. Sed nomen patrium similiter significat gentem dicendo Romanus, Atheniensis etc. Si igitur nomen gentile est possibile, sequitur saltem, quod nomen gentile et nomen patrium sunt idem, et sic non erunt distincte species nominis, ergo etc.

30 Oppositum patet per Priscianum, qui ponit nomen gentile esse nomen et distinctum nomen contra alias species nominis, quod non esset, nisi quia nomen gentile possibile esset.

Item nomen gentile est, quod significat gentem, vt Priscianus dicit. Sed possibile est nomen significare gentem dicendo Latini-

23 potes] potest ms.

30 Prisc. II 29 (Keil II p. 61). 33 ibid.

nus vel Grecus, quia nulli essentie certe apprehensionis repugnat nominaliter significare, vt de se patet.

Ad hanc questionem est dicendum, quod nomen gentile est possibile. Ad cuius intellectum sunt duo notanda. Primum est, quid sit nomen gentile. Secundum est, quam differentiam habet 5 nomen gentile ad illa, cum quibus videtur conuenire, cuiusmodi est pronomen gentile, nomen patrium et nomen possessiuum.

Circa primum intelligendum est, quod nomen gentile est nomen significans per modum denominantis aliquid a gente alicuius regionis, dicendo Latinus, Grecus etc. Dico autem illud aliquid, 10 quod denominatur, vel esse partem gentis, a qua fit denominatio, vt homo Latinus, quia est pars gentis Latine, vel aliquid aliud a gente, quod non est pars gentis, denominatur tamen a gente alicuius regionis, vt dicendo gummi Arabicum, || sic denominatum a gente huiusmodi, gladius Theutonicus, Dacha bipennis et cetera 71 r^t talia. Hec tamen denominatio analogica videtur esse, nam prius, vt videtur, debetur parti gentis, a qua gente fit denominatio, posterius autem debetur alicui alteri a gente seu a parte gentis et per attributionem ad illud, quod prius denominatur a gente. Vnde patet, quid sit nomen gentile. 20

Circa secundum, scilicet quo modo differt ab illis, cum quibus videtur habere conuenientiam, vt cum nomine patrio, intelligendum est, quod si nomen gentile et patrium aliqualiter conueniunt cum nomine possessiuo, tamen inter ipsa ad presens triplicem inuenio differentiam. Prima est, quod nomen gentile et nomen 25 patrium videntur pertinere ad plures, possessiuia autem indifferenter ad vnum vel ad plures. Secunda est, quod cum et gentile et patrium et possessiuum sint adiectiva et deriuatiue speciei, tamen diuersimode deriuantur ab illis, a quibus deriuantur, quia gentilia et patria deriuantur ab aliquibus aliquo modo importibus pluralitatem, possessiuia vero indifferenter ab aliquibus importantibus singularitatem vel pluralitatem. Tertia differentia est, quod nomina gentilia et patria prius saltem pertinent ad res regionales, quamuis ex consequenti ad alias, possessiuia vero indifferenter ad res regionales vel ad alias. 30 35

Item secundo est notanda differentia inter pronomen gentile

2 significare,] quia nulli essentie certe apprehensionis *repet.* ms. 13 non] *om.* ms. 34 alias] *alia* ms.

et nomen gentile. Quamuis enim in hoc conueniant, quod vtrumque denominat aliquid a gente, tamen in hoc differunt, quod nomen gentile denominat aliquid a gente aliqua determinata alicuius determinate regionis, pronomen autem gentile aliquid ⁵ denominat a gente non determinata nec determinate regionis, dicendo nostras et vestras. Hec enim non se magis determinant ad gentem vnius regionis quam alterius, vt de se patet.

Tertio est consideranda differentia inter gentile et patrium, que quamuis conueniant in condicionibus, in quibus distinguuntur a nomine possessiō, vt supra dictum est, tamen differunt, quia nomen gentile denominat aliquid a gente totius regionis vt a Grecia Grecus et a Dacia Dachus etc., hec enim significant, de quarum regionum gentibus aliqui sint. Nomen vero patrium denominat aliquid ab aliqua ciuitate vt Romanus a Roma, ¹⁰ Parisiensis, Atheniensis etc. Patet igitur, quomodo differunt nomen gentile ab aliis, cum || quibus videtur habere conuenientiam.

Ex hiis tunc ad questionem dicendum, quod nomen gentile est possibile. Cuius ratio est ex dictis, quia illa species nominis est possibilis, cui possibilis est modus significandi, per quem ²⁰ nomen est nomen, et modus significandi, per quem est tale nomen, scilicet species nominis. Sed nomini gentili est possibilis modus significandi nominis, per quem nomen est nomen, scilicet modus habitus determinate apprehensionis. Sibi etiam est possibilis modus specialis, per quem nomen gentile est talis species ²⁵ nominis, scilicet modus significandi per modum adiacentis alteri denominando ipsum a gente alicuius regionis, et per hunc etiam modum significandi nomen gentile est principium alicuius constructionis aliqualiter, quia saltem dispositiue secundum modum, qui dictus est in aliis. Nomen igitur gentile possibile est.

³⁰ Ad primum argumentum in oppositum. Cum dicitur, est dare pronomen gentile, ergo non est dare nomen gentile, dicendum ad consequentiam per interemptionem, quia per aliam rationem est nomen gentile et pronomen gentile, vt visum est. Et ad probationem. Cum dicitur, quod partes orationis inpermixte sunt, ³⁵ verum est, et propter hoc, quia est in vna parte orationis vel sicut species partis, non est in alia parte sub eadem ratione, sed per alium et alium modum significandi. Quare cum sic sit in proposito, vt patet ex dictis, ideo etc.

Ad aliud. Cum dicitur, quod nomen gentile significat gentem, verum est, id est denominando aliquid a gente. Et tu dicis similiiter nomen patrium; dicendum, quod non est simile, quia nomen gentile denominat a gente totius regionis, sed nomen patrium ab aliqua ciuitate, vt dictum est, ideo etc.

5

De nomine patrio.

Consequenter queritur circa nomen patrium, cuiusmodi est Romanus, Atheniensis etc., et queritur tantum vnum, vtrum scilicet nomen patrium sit nomen, et videtur quod non, quia si nomen patrium esset nomen, aut esset nomen a patre dictum aut a patria dictum, et hoc patet ex significato vocabuli. Sed nomen patrium nec est a patre dictum nec a patria dictum. Nam si esset a patre dictum, non differret a nomine patronomico, cum nomen patronomicum est, quod deriuatur a propriis nominibus patrum. Item si esset a patria dictum, iam non differret a nomine gentili, cum nomen gentile denominat aliquid a gente alicuius regionis seu patrie, quia regio omnis patria quedam esse videtur, quamquam non econuerso. Non enim omnis regio patria est. Nomen igitur patrium non est nomen, vel saltem si esset nomen, non differret a nomine gentili vel a nomine patronomico.

20

Item illud nomen, quod non distinguitur ab altero nomine nisi penes aliquam condicionem materialem, non est nomen saltem distinctum in specie contra alia nomina. Sed nomen patrium non differt ab alio nomine nisi per aliquam condicionem materiale. Ergo nomen patrium non est nomen saltem distinctum in specie contra alia nomina. Maior patet, quia distinctio omnis secundum speciem est per formam et non per condiciones materiales. Minor declaratur, quia nomen patrium non differt a nomine gentili, nisi quia nomen gentile imponitur a tota || regione, 71^vi patrium autem ab vna parte regionis, puta ab vna ciuitate, 30 ideo etc.

Oppositum arguitur per Priscianum, qui nomen patrium ponit esse nomen et distinctum esse ab aliis nominibus.

Ad hanc questionem dicendum est, quod nomen patrium est nomen et nomen distinctum in specie contra alias species nominis.

32 Prisc. II 29 (Keil p. 61).

Ad primi declarationem est intelligendum, quid sit nomen patrium. Et est nomen patrium nomen significans per modum adiacentis alteri denominando ipsum ab aliqua ciuitate tamquam a loco sue generationis seu a loco, a quo radicaliter contrahit principium generationis, vt Parisiensis denominat aliquem a ciuitate, id est loco tali, in quo generatus est vel sortitus est principium sue generationis. Dico autem locum, a quo quis sortitus est radicaliter principium generationis, quia si aliquis nascatur in Anglia ex matre Parisensi Parisius concipiente ex viro 10 Parisensi, ex hoc non diceretur Anglicus, imo Gallicus seu Parisiensis ex loco, a quo radicaliter sortitus est principium sue generationis radicaliter. Vnde intelligatur similiter de nomine gentili et de nomine patrio, quantum est de hoc. Ex quo sequitur, quod ab ydiomate, quod quis loquitur, non meretur 15 aliquis dici talis simpliciter. Non enim debet dici Gallicus simpliciter, si Gallicum loquitur, nec dicitur Gallicus seu Francigena, quia moratur in Francia, sed quia natus est in Francia aut sortitur radicaliter principium generationis sue in Francia. Sic etiam dicitur Parisiensis, quia natus Parisius seu principium 20 sue generationis Parisius sortitus est. Nomen igitur patrium significat per modum adiacentis alteri denominantis ipsum ab aliqua ciuitate tamquam a loco sue generationis seu a loco, a quo quis radicaliter contrahit principium sue generationis. Vnde et dominus Priscianus dicit, quod patrium sumitur a patria vt Romanus, Atheniensis etc., et Petrus Helye dicit, quod nomen patrium significat seu denominat aliqua a ciuitate et adiacentia illi ciuitati. Ex quo patet, quod nomen patrium denominare potest tam gentem seu partem gentis alicuius ciuitatis quam aliquid alterum a gente seu a parte gentis illius ciuitatis quam 25 etiam adiacentes ciuitati, dummodo hec nascentiam seu principium sue nativitatis seu generationis ab illa ciuitate tamquam a suo loco generationis sortita sint, propter quod dicimus homines Parisienses. Et etiam alia ab hominibus a ciuitate denominamus vt a loco productionis sui in esse, vt dicimus cirothecas

24 ibid. **25** Petrus Helie fol. 24r: Sciendum est, in quo differant, in hoc scilicet, quod gentile sumitur a nomine totius regionis, ut a Grecia Grecus, et significat, de qua gente aliquis sit, patrium uero sumitur a nomine unius solius ciuitatis, vt ab eo, quod est Athene, Atheniensis.

Parisienses seu marbretum Parisiensem, secundum quem modum camelinum de Doaco et pannum radiatum seu virgulatum de Prouino. Secundum etiam hunc modum aliqualiter adiacentes ciuitati Parisiensi a Parisius denominantur, vt morantes apud sanctum Marcellum vel in sancto Germano aliqualiter a ciuitate 5 Parisiensi denominantur. Dico autem aliqualiter, nam tam illa, que hoc tertio modo, quam illa, que secundo modo a ciuitate denominantur, per attributionem ad gentem seu ad partem gentis denominantur. Patet igitur, quid est nomen patrium.

Et ex hoc sic. Illud est nomen et est tale nomen, scilicet species 10 nominis, cui contingit modus significandi essentialis || specificus 71 v. II nominis et modus significandi talis nominis. Sed nomini patro contingit modus significandi essentialis specificus nominis et modus significandi talis nominis, scilicet per quem est nomen patrium. Ergo nomen patrium est nomen et tale nomen. Et 15 patet minor propositio ex iam dictis, quia nomini patro contingit modus habitus certe apprehensionis et modus, per quem est nomen patrium, cum nomen patrium significet per modum adiacentis alteri denominantis ipsum a ciuitate aliqua, vt dictum est prius. Vnde et per hunc modum significandi nomen patrium 20 aliqualiter est principium constructionis, quia dispositiue, quoad in aliis dictum est.

Declaratio secundi est, scilicet quod nomen patrium sit distinctum in specie ab aliis nominibus. Aliquod enim nomen distinguitur in specie contra alias species nominis, quod habet modum significandi distinctum in specie contra alias species nominis. Sed nomen patrium est huiusmodi, significat enim per modum adiacentis alteri denominando ipsum a ciuitate aliqua tamquam a loco generationis. Per hoc enim differt tam a nomine gentili quam a nomine patronomico quam etiam ab aliis. Nam a nomine gentili differt, quia gentile denominat aliquid a tota regione, patrium vero ab una ciuitate illius regionis. 30

Circa quod notandum est, quod quamuis pars et totum non differant secundum speciem, tamen ratio partis, secundum quam pars est pars, et ratio totius differunt secundum speciem. Quare 35 cum modi significandi nominis gentilis et nominis patrii accepti

31 quia] om. ms.

sint a modis denominandi seu a proprietatibus totius et partis vt totius regionis et vnius ciuitatis, manifestum est, quod differunt secundum speciem.

Item differt a nomine patronomico, quia patronomicum denotat aliquid a patre vel matre, patrium autem a patria seu a loco generationis, quare quamuis pater et patria principia generationis sint, tamen hoc est secundum aliam et aliam rationem, et ideo nomen patronomicum denominans aliquid a patre et nomen patrium a patria seu a loco generationis, nam pro eodem accipitur hic patria et locus generationis, sunt tamen alterius et alterius rationis, vnde differunt secundum rationem; nec autem est dubium, quin nomen patrium differat ab aliis nominibus secundum speciem. Nomen igitur patrium est aliquod nomen distinctum in specie contra alias species nominis.

Ad primum argumentum in oppositum. Cum dicitur primo, si nomen patrium esset nomen, aut esset a patre aut a patria dictum. Et ad minorem, cum dicitur, quod nec est a patre nec a patria dictum, dicendum per interemptionem, nam dico, quod est a patria dictum. Et ad probationem. Cum dicitur, quod tunc non differret a nomine gentili, dicendum per interemptionem. Et ad vltiorem probationem. Cum dicitur, quod nomen gentile denominat a tota regione, que patria est, et nomen patrium etiam a patria denominat aliquid, dicendum, quod nomen gentile denominat a tota regione, nomen autem patrium a ciuitate, que est pars regionis. Sed quamvis pars et totum non differant secundum speciem, proprietas tamen partis et totius differunt secundum speciem. Si autem || ab hiis proprietatibus accepti sint modi significandi nominis gentilis et nominis patrii, adhuc erunt distincta nomina secundum speciem. Vel dicatur, quod patria et locus pro eodem accipiuntur hic. Esse autem locum generationis magis contingit ciuitati seu ville quam toti regioni, secundum quod regio est, ideo etc.

Ad aliud. Cum dicitur, que differunt per condiciones materiales, non distinguuntur secundum speciem, verum est per compositionem ad illa, quibus iste condiciones materiales sunt. Tamen ille condiciones materiales secundum se et per rationes suas

17 dictum.] *distinctio maioris deest in ms.*

differunt secundum speciem, verbi gratia nam album et nigrum non distinguunt substantias secundum speciem, quibus sunt forme materiales, quia accidentia materie sunt, tamen album et nigrum secundum se et per rationes suas differunt secundum speciem. Et ad minorem. Cum dicitur, quod nomen patrium ⁵ differt a nomine gentili per condiciones materiales, verum est per comparationem ad illa, quibus rationes istorum contingunt materialiter. Tamen cum hoc stat, quod per huiusmodi condiciones inter se sint distincta secundum speciem eo modo, quo iam dictum est de albo et nigro, ideo etc. ¹⁰

De nomine interrogatiuo.

Tunc queritur circa nomen interrogatiuum et queruntur duo, primum est, vtrum nomen interrogatiuum sit distinctum in specie contra alia nomina, secundum est, vtrum nomen interrogatiuum, secundum quod interrogatiuum est, sit principium ¹⁵ alicuius constructionis per suum modum significandi.

Circa primum sic proceditur et videtur, quod nomen interrogatiuum non sit nomen distinctum in specie contra alias species nominis, quia quod non est nomen, non est nomen distinctum in specie contra alias species nominis. Sed nomen interrogatiuum sicut est hoc, quod est quis, non est nomen, immo pronomen, quod probatur primo per actoritatem Donati, qui hoc, quod est quis, posuit esse pronomen. ²⁰

Idem etiam patet ratione, quia hoc videtur pronomen esse, quod habens modum indeterminati pertinet ad omne suppōsitum. Sed interrogatiuum vt est hoc, quod est quis, est huiusmodi, vt de se patet. Nomen ergo interrogatiuum non est nomen distinctum in specie contra alias species nominis. ²⁵

Item vnum et idem non est a se ipso distinctum in specie. Sed idem est interrogatiuum et infinitum, vel interrogatiuum, relativum et infinitum. Nam hoc, quod est quis, et est interrogatiuum et infinitum. Et hoc, quod est qui, et est interrogatiuum, relativum et infinitum. Ergo nomen interrogatiuum non est ³⁰

22 Donati ars grammatica II 11 (Keil IV p. 381).

nomen distinctum in specie saltem contra nomen relativum et infinitum.

Preterea nomen non est distinctum in specie contra alias species nomines per id, quod sibi contingit ex solo modo pronuntiandi, quia species partis esse habet per modum significandi acceptum a proprietate rei. Sed nomini contingit esse interrogativum ex solo modo pronuntiandi, nam ex hoc nomen accepit, quia ponitur sub interrogatione. Ergo nomen interrogativum non est nomen distinctum in specie contra alias species nominis.

¹⁰ Oppositum arguitur per Priscianum ponentem nomen interrogativum esse distinctum contra alias species nominis.

Et arguitur ratione, quia illud est nomen distinctum in specie contra alias species nominis, quod habet modum significandi, qui est principium distincte constructionis secundum speciem, ¹⁵ quia distinctio in effectu arguit distinctionem in causa. Sed nomen interrogativum habet modum significandi, per quem est principium distincte constructionis secundum speciem. Nam || ^{72:r II} per suum modum significandi construitur cum suo responsiuo, vt patebit consequenter. Nomen ergo interrogativum est nomen ²⁰ distinctum in specie contra alias species nominis.

Ad istius questionis intellectum preintelligenda sunt duo. Primum est, quid sit nomen interrogativum. Secundum est, propter quid sint inuente dictiones interrogatiue vniuersaliter. Circa autem quod quid est nominis interrogatiui sunt duo consideranda, primum est, quid significet nomen interrogativum, secundum est, quis sit modus significandi nominis interrogatiui vnde interrogatiui. Hec enim duo pertinent ad essentiam nominis interrogatiui. De significato autem nominis interrogatiui intelligendum est, quod nomen interrogativum significat illud idem generaliter, quod significat nomen generalissimum, cuius species ad questionem factam possunt responderi, vt quis substantiam significat, quantus quantitatem, qualis qualitatem etc. Nam hoc significat nomen interrogativum quamquam generaliter, quod sibi exigit responderi specialiter et cuius oppositum sibi non posse responderi. Sed nomini interrogatiuo substantie respondet substantia, et nomini interrogatiuo qualitatis respondetur qua-

¹⁰ Prisc. II 30 (Keil II p. 61).

litas, et sic de aliis, nec res de alio predicamento sibi potest responderi. Ergo nomen interrogatiuum significat illud idem generaliter, quod nomen sui generalissimi, cuius species ad questionem factam possunt responderi. Vnde patet significatum interrogatiui.

5

De suo modo significandi intelligendum est, quod nomen interrogatiuum significat per modum dubii adiacentis seu dependentis ad suum responsium, quod declaratur primo ex signis, secundo ex effectu, tertio causaliter magis. Nam quod nomen interrogatiuum significet per modum dependentis ad suum responsium, huius signum vnum est, quod ipsum interrogatiuum profertur cum intentione interrogationis. Aliud est, quod interrogatiuum scribitur cum signo interrogationis, scilicet cum virgulis eleuatis. Tertium est suus accentus, qui est cum quadam eleuatione nominis interrogatiui ex parte finis. Et ad hanc intentionem loquens Priscianus dicit, quod nomen interrogatiuum est, quod sub interrogatione profertur, cum accentus suos seruat. Vnde per hoc tamquam per signum videtur, quod nomen interrogatiuum significet per modum dependentis ad alterum, quod sequitur seu posterius est, puta ad suum responsium.

20

Secundo patet hoc ex effectu eius, qui est constructio. Nam nomen interrogatiuum dependet ad id, cum quo per se construitur, et quo non habito non finitur dependentia nominis interrogatiui, et quo habito finitur dependentia ipsius. Sed nomen interrogatiuum per se construitur cum suo responsiuo, et non habito ipso responsiuo non terminatur dependentia nominis interrogatiui, et ipso habito terminatur dependentia eius. Ergo nomen interrogatiuum significat per modum adiacentis dependentis ad suum responsium.

Tertio patet idem causaliter magis. Realiter enim loquendo, ³⁰ quod est nature interminate de se, terminabilem tamen rationem dependentis habet ad id, quod terminat ipsum. Sed nomen interrogatiuum est huiusmodi, vt de se patet. Dubietatem enim importat, que de se non terminatur, sed per suum responsium. Nomen ergo interrogatiuum significat per || modum adiacentis ^{72 v 1} determinantis ad suum responsium. Vnde manifestum est, quid

16 Prisc. II 30 (Keil II p. 61).

sit nomen interrogatiuum per eius significatum et per eius modum significandi.

Circa inuentionem dictionum interrogatiuarum intelligendum est, quod dictiones interrogatiue inuente sunt ad designandum dubietatem interrogantium de hiis, que dubitationem inferunt dubitanti seu interroganti, et ideo secundum diuersitatem dubitabilium diuersificantur interrogatiua. Dubitabilia autem vel sunt res simplices, de quibus dubitatur, vel inherentie rerum inherentium vel consecutiones rerum inherentium. Et interrogatiua quedam querunt de rebus simplicibus, vt sunt nomina interrogatiua, que querunt de substantia et qualitate etc., et hec vere interrogatiua sunt, et de modo significandi et de modo querendi, quamuis omnes dictiones possint esse interrogatiue de modo querendi. Quedam autem interrogatiua querunt de inherentia rerum, et huiusmodi exercemus per propositiones cathegoricas, et hoc dupliciter. Nam vel querimus de propria inherentia, et tunc vtimur quibusdam constructionibus dicendo vtrum Socrates currit, vel querimus de modo inherendi, et tunc vtimur aduerbiis quibusdam vt qualiter, cur. Quedam vero interrogatiua querunt de consecutione rerum inherentium, et huiusmodi interrogations exercemus per propositiones hypoteticas, et tunc vtimur etiam quibusdam constructionibus, vt vtrum si Socrates currit, Socrates mouetur. Et sic patet, propter quid sint inuente dictiones interrogatiue.

Tunc ex hiis ad questionem dicendum est, quod nomen interrogatiuum est nomen distinctum in specie contra alias species nominis, nam cum nomen sit nomen per modum significandi nominis et nomen speciale per speciale modum significandi specialis nominis, tunc illud est nomen distinctum in specie contra alias species nominis, cui contingit modus significandi nominis et modus significandi specialis nominis specialis. Sed nomini interrogatiuo contingit modus significandi nominis, quod patet ex dictis, quia nomen interrogatiuum significat idem, quod significat nomen generalissimi, cuius species respondent ad interrogationem factam per nomen interrogatiuum, et hoc vel est substantia vel qualitas etc. Sed constat, quod hiis bene contingit

21 hypoteticas] ipoteticas ms.

modus habitus determinate apprehensionis, qui est modus nominis. Item nomini interrogatio contingit specialis modus significandi specialis nominis, qui non contingit aliis nominibus. Nam nomen interrogatiuum significat per modum adiacentis vel dependentis ad suum responsium. Per hunc enim distinguitur 5 nomen interrogatiuum ab aliis speciebus nominum. Et hoc intellige specialiter circa nomen relativum, interrogatiuum et infinitum, que maiorem videntur habere conuenientiam quam alia nomina: quamquam ista in hoc conueniant, quod significant per modum dependentis, tamen differunt specialiter, quia relativum dependet ad antecedens seu ad || precedens, interrogatiuum ad sub-¹⁰ 72 v. II sequens, quod est suum responsium, et infinitum ad neutrum horum dependet determinate, propter quod dicitur infinitum, vt patebit consequenter. Infinitum tamen dependet ad aliquod substantiuum, cui immediate adiungitur. Nomen igitur interrogatiuum est nomen distinctum contra alias species nominis.¹⁵

Ad rationes in oppositum. Cum dicitur primo, quod id, quod non est nomen, non est nomen distinctum in specie contra alia nomina, concedatur. Et ad minorem dicendum per interemptionem. Et ad primam probationem. Cum dicitur, quod Donatus²⁰ posuit hoc, quod est quis, esse pronomen, dicendum, quod hoc forte fecit secundum aliorum opinionem; vel hoc fecit, non quia hoc, quod est quis, sit pronomen, sed quia est simile pronomini, quia generale est, non tamen ita generale sicut est pronomen. Vnde glosetur Donatus et dicatur, quod quis est pronomen, id²⁵ est similitudinem habet cum pronomine. Et ad aliam probationem. Cum dicitur, quod illud, quod habet modum indeterminati, ad omne suppositum pertinens, hoc est pronomen, dicendum, quod illud, quod habet modum indeterminati cum tanta indeterminatione, sicut pronomen habet, et quod sic pertinet ad³⁰ omne suppositum, hoc est pronomen, et aliter non. Et ad minorem. Cum dicitur, quod nomen interrogatiuum, quod est quis, est huiusmodi, dicendum per interemptionem, non enim interrogatiuum est tante indeterminationis vt est pronomen, nam nomen quodlibet interrogatiuum non est cuiuslibet interrogatiuum sicut³⁵ pronomen quodlibet pertinet ad quodlibet suppositum, ideo etc.

²⁰ Donati ars grammatica II 11 (Keil IV p. 381).

Ad aliud. Cum dicitur, idem non est distinctum in specie a seipso, concedatur. Et ad probationem. Cum dicitur, quod idem [est] relatiuum, interrogatiuum etc., dicendum, quod hoc est equiuoce, nam hec non sunt vnius rationis secundum speciem,
⁵ vt dictum est prius.

Ad tertium. Cum dicitur, [per] illud non est nomen etc., quod contingit nomini ex solo modo pronuntiandi, verum est, nisi accidentaliter. Et ad minorem. Cum dicitur, quod [esse] nomen interrogatiuum non contingit nomini nisi ex solo modo pronuntiandi, dicendum per interemptionem, quia nomen interrogatiuum est tale non solum ex suo modo pronuntiandi, verum etiam ex suo modo significandi. Et ad probationem. Cum dicitur, quod ex hoc nomen accepit, scilicet ex suo modo pronuntiandi, dicendum, quod accepit nomen ex officio suo, quod est interrogare, ideo etc.

¹⁵ **J**uxta hoc proceditur ad secundum, vtrum scilicet nomen interrogatiuum sit principium constructionis per suum modum significandi, et videtur quod non, quia si esset principium constructionis per suum modum significandi, aut esset principium constructionis transitivae aut principium constructionis intransitivae, nam iste sunt prime differentie constructionis. Sed nec est principium constructionis transitivae nec intransitivae. Non transitivae, quia tunc in constructione nominis interrogatiui constructibilia pertinerent ad diuersa et vt ad diuersa, quod non est verum. Nec est principium intransitivae constructionis, quia in ^{73 r 1} tali constructione constructibilia pertinent ad idem, || vt faciunt vnum immediate. Sed nomen interrogatiuum et suum responsuum, cum quo videtur construi, non faciunt vnum, quia sunt extrema diuersarum orationum dicendo: quis currit? — Socrates currit.

³⁰ Item omnis modus significandi vel ponit rationem dependentie in constructibili vel rationem termini. Sed modus significandi nominis interrogatiui nec ponit rationem termini in constructibili nec rationem dependentis. Ergo nomen interrogatiuum vnde huiusmodi per suum modum significandi non est principium constructionis. Major de se est manifesta. Minor declaratur, quia modus significandi nominis interrogatiui, vnde huiusmodi, non est modus dependentie, quia tunc nomen interrogatiuum non

supponeret dicendo quis currit. Nec modus nominis interrogatiui est modus terminantis, quia tunc aliquid ad ipsum dependeret, quod non est verum. Nam dicendo quis currit, hoc, quod est currit, non dependet ad hoc, quod est quis, vnde interrogatiuum est, quia dicendo Socrates currit, hoc, quod est Socrates, terminat 5 dependentiam eius, quod est currit, et tunc Socrates non est interrogatiuum, ideo etc.

Oppositum arguitur, nam omne habens aliquem modum significandi principium est alicuius constructionis vel dispositiue vel actualiter, vt patet ex predeterminatis. Sed nomen interrogatiuum 10 habet aliquem modum significandi, vnde interrogatiuum est, vt patet ex immediate dictis. Ergo nomen interrogatiuum, vnde interrogatiuum est, per suum modum significandi est principium alicuius constructionis.

Ad istam questionem est dicendum, quod nomen interrogatiuum, vnde interrogatiuum est, principium est constructionis. Et ad cuius intellectum est intelligendum, quod in nomine interrogatio, vnde interrogatiuum, est duo considerare, scilicet rationem, qua adiectuum est, et rationem, qua interrogatiuum est, sicut in homine, secundum quod homo, est considerare scilicet naturam seu rationem, qua est animal, et naturam seu rationem, qua homo est homo. Si consideratur nomen interrogatiuum rationale, qua adiectuum est, sic est dupliciter principium constructionis, scilicet dispositiue et actualiter, dispositiue, quia modus adiacentis aliquando disponit ad modos significandi posteriores, scilicet ad genus, ad numerum etc., actualiter etiam, quia modus adiectiui, vnde huiusmodi est, ponit dependentiam actualem in constructibili, cui correspondet modus per se stantis in nomine substantiuo, quod manifestum est ex supra determinatis, et hoc modo nomen interrogatiuum, vnde adiectuum est, 30 construitur cum substantiuo dicendo quis homo vel quis asinus. Si autem consideratur nomen interrogatiuum, secundum quod interrogatiuum est, formaliter, scilicet secundum quod habet rationem interrogatiui, sic est principium constructionis per suum modum significandi etiam dupliciter, scilicet dispositiue 35 et actualiter, quia omnis species partis per suum modum significandi respectu modorum significandi accidentalium, qui actu principiant constructionem, est principium constructionis. Quod

enim disponit ad causam, disponit ad effectum, vt dictum est. Sed nomen interrogatiuum per suum modum significandi est species nominis, vt in precedenti questione visum est. Ergo in-
 73 r II terrogatiuum || secundum quod huiusmodi est principium con-
 5 structionis dispositiue.

Circa quod intelligendum est, quod quamuis etiam nomen adiectiuum per suum modum significandi, vnde adiectiuum est, et nomen interrogatiuum, vnde interrogatiuum, per suum modum significandi sint principium constructionis dispositiue, tam-
 10 men hoc est per aliam et aliam rationem. Alia enim est ratio adiectui et ratio interrogatiui, vt patet ex dictis. Vnde nomen adiectiuum principium constructionis est dispositiue per modum speciei subalterne, nomen vero interrogatiuum per rationem speciei at home, et simili modo intelligatur de consimilibus. —
 15 Quod autem nomen interrogatiuum principium sit constructionis immediate et actualiter per suum modum significandi, hoc apparet, quia quod per se dependet ita quod per suum modum significandi ad aliud habens in ipso actualiter terminum proportionalem sue dependentie, principium est constructionis per se et
 20 actualiter, quia quod per se dependet, per se construitur et refertur, vt dictum est. Sed nomen interrogatiuum secundum quod interrogatiuum per se dependet ita quod per suum modum significandi ad suum responsium, in quo habet terminum proportionalem sue dependentie. Nam nomen interrogatiuum signi-
 25 ficat per modum alicuius dubii adiacentis et dependentis generaliter ad aliquid, quod sibi exigit specialiter reddi tamquam terminum. Sed responsium sibi redditur specialiter terminans dependentiam eius, vt de se patet. Ergo nomen interrogatiuum per suum modum significandi, vnde interrogatiuum est, per se
 30 et actualiter est principium constructionis. Dico autem per se, quia interrogatiuum non construitur per se cum quolibet, cum quo construitur, sed cum aliquibus per accidens et cum aliquibus per se. Nam interrogatiuum non construitur per se cum apposito dicendo quis homo seu qualis homo vincit, sed construitur cum
 35 eo accidentaliter per accidens, quia construitur cum eo construc-
 tione substantiui, quod construitur cum apposito per accidens. Nomen tamen interrogatiuum construitur cum substantiuo per se nec non etiam et cum suo responsiuo, quia ad substantiuum per

se dependet, vnde adiectium est, ad nomen autem responsium per se dependet, vnde interrogativum est, et hec clara erunt deo concedente, quando de constructione dicemus.

Ad primum argumentum in oppositum. Cum dicitur, si nomen interrogativum per suum modum significandi esset principium constructionis etc., concedatur. Et ad minorem. Cum dicitur, quod nec sic nec sic est principium constructionis, dicendum per interemptionem, nam interrogativum per suum modum significandi, vnde adiectum est, principium constructionis interrogative est. Per suum autem modum significandi, per quem interrogativum est, principium constructionis est transitivum, ita quod nomen interrogativum construitur intransitivum cum suo substantiuo, construitur enim transitivum cum suo responsiuo. Et ad probationem. Cum dicitur primo, si esset principium constructionis transitivum, tunc in constructione nominis interrogatiui cum alio constructibilia pertinerent ad diuersa et ut ad diuersa, dicendum, quod hec descriptio transitivum constructionis inconueniens [est], immo falsa, ut patebit. Vnde dicamus, quod transitiva constructio est, quando constructibile ad aliquid diuersum a primo constructibili dependet, dummodo dependentia illa nec mediate nec immediate redeat ad primum constructibile, et quid hoc sit dictum, patebit. Quare cum sic sit in proposito, || scilicet cum interrogativum dependet ad suum ^{73 v 1} responsium, quod est diuersum a primo constructibili, ideo etc. Et ad aliam probationem, qua probatur, quod nomen interrogatiuum non est principium constructionis intransitivum. Cum dicitur, quod in constructione intransitiva constructibilia pertinent ad idem, ut faciunt vnum immediate, dicendum, quod hec descriptio intransitivum constructionis non est omnino vera, sed dicamus, quod constructio intransitua est, quando constructibile pertinet ad primum constructibile vel mediate vel immediate. Quare cum sic sit in proposito in constructione, qua dependet interrogativum ad suum responsium, ideo etc.

Ad aliud. Cum dicitur, omnis modus significandi vel rationem termini ponit in constructibili vel rationem dependentie, concedatur. Et ad minorem. Cum dicitur, quod modus significandi nominis interrogatiui non ponit rationem dependentie nec rationem termini in constructibili, dicendum per interemptionem,

quia nomen interrogatiuum dependet et ratione, qua adiectiuum est, et ratione, qua interrogatiuum, etiam ad diuersa, vt iam visum est. Et ad probationem. Cum dicitur, si nomen interrogatiuum poneret dependentiam, sequeretur, quod nomen interrogatiuum non supponeret, concedatur, saltem per se. Et tu dicis, quod nomen interrogatiuum supponit dicendo quis currit. Ad hoc dicendum est, quod non per se, sed per accidens supponit, quia per suum substantiuum vel cum eo expressum vel subintellectum, ideo etc.

10

De nomine infinito.

Tunc queritur de nomine infinito, et queritur vnum tantum, scilicet vtrum nomen infinitum sit nomen, et videtur, quod non, quia illud non est nomen, cui non potest contingere modus significandi essentialis specificus nominis. Sed nomini infinito non potest contingere modus significandi essentialis specificus nominis, imo sibi repugnat, vt videtur, quia modus significandi essentialis specificus nominis est modus essentie certe apprehensionis. Sed infinitum secundum quod huiusmodi est indeterminate apprehensionis. Vnde et philosophus dicit et primo et secundo phisicorum, quod infinitum secundum quod huiusmodi incognitum est. Nomen igitur infinitum non est nomen.

Item illud non est nomen, quod non est gramatice considerationis, cum omne nomen sit gramatice considerationis. Sed nomen infinitum non est gramatice considerationis, immo logice considerationis, cuius signum est, quia philosophus de ipso facit mentionem in libro perihermeneias. Nomen igitur infinitum non est nomen.

Item est dare verbum infinitum. Ergo non est dare nomen infinitum. Antecedens patet, quia verbum infiniti modi est verbum infinitum gramatice loquendo. Consequentia patet, quia diuersorum generum et non subalternatim positorum etc. Sed nomen et verbum non sunt subalternatim posita. Nomen igitur infinitum non est nomen.

Oppositum appetat per omnes actores gramatice, qui infinitum nomen inter species nominis posuerunt.

19 Physica I, 4. 187b. 25 Periherm. 2 (Meiser I p. 4,19). 30-31 cfr.

Boethius in categorias Arist. I (PL 64 p. 177). Categoriae 4. 1b. 34 cfr. Prisc. II 30 (Keil II p. 61).

Ad istam questionem dicendum est, quod nomen infinitum est nomen. Ad cuius intellectum sunt duo preintelligenda. Primum est, quot modis dicatur nomen infinitum, ne in equivoco procedamus. Secundum est, quid sit nomen infinitum, de quo hic intendimus.

Circa primum est considerandum, quod nomen infinitum dupl*citer dicitur. Vno enim modo dicitur nomen infinitum, quod indifferenter dicitur de ente et non ente, vt non homo dicitur de hoc, quod nichil est, et omnibus entibus aliis ab homine, et sic philosophus facit mentionem de nomine infinito tamquam de illo, quod abicit ab intentione logici, quia ipsum non nomen simpliciter sed nomen infinitum appellat, et hoc modo de nomine || infinito ad presens non intendimus. Alio modo est nomen infinitum nomen aliquod significans generaliter vel substantiam vel qualitatem etc. per modum adiacentis alteri indeterminate,¹⁵ id est non concernens seu determinans aliquod certum suppositum. Sic enim contingit res generaliter intelligi, ergo et significari dicendo quis vel qui et talia, cum infinite accipiuntur, vt in huiusmodi orationibus, qui tyrannum interfecerit, premium accipiet, qui justus erit, saluabitur, qui crediderit, saluus erit etc. talia.²⁰ Hic enim hoc, quod est qui, nullum suppositum substantie hic determinat seu concernit, et sic accipimus hoc nomen infinitum.*

Vnde circa secundum, scilicet quid sit nomen infinitum, vt hic de ipso intendimus, intelligendum est, quod infinitum aliquo modo dicit priuationem finiti sicut indeterminatum determinati.²⁵ Quare cum priuatio habeat cognosci per habitum, oportet ad cognoscendum nomen infinitum cognoscere nomen finitum seu determinatum, respectu cuius nomen finitum dicitur infinitum. Et ideo aduertendum est, quod nomen interrogativum et nomen relatum significant substantiam et qualitatem etc. generaliter per modum adiacentis dependentis ad aliquid finitum et determinatum vt ad responsium et ad antecedens. Nomen enim interrogativum dependet ad suum responsium, quod sibi exigit reddi finite et determinate. Nam nonnumquam cessat questio finita per interrogativum, donec habeatur certum et definitum³⁰

10 philosophus] *bis ms.* **31** ad] *et ms.*

19 cfr. Prisc. XVII 29 (Keil III p. 127). **20** Marc. 16,16.

responsium. Sic nomen relativum dependet ad aliquid antecedens finitum et determinatum. Per oppositum ergo dicitur nomen infinitum, quod adiacet alicui infinite seu indeterminate. Non enim sibi determinat aliquid certum suppositum in eo, cui adiacet. Et sic patet, quid est nomen infinitum et qua ratione differt ab interrogatio et relatio.

Ex hiis ad questionem dicendum, quod nomen infinitum est nomen, nam sibi contingit modus essentie certe apprehensionis et modus adiacentis indeterminate non concernendo aliquod certum suppositum nec interrogando nec referendo. Si igitur per primum istorum aliquid est nomen et per secundum est tale nomen, sequitur, quod nomen infinitum est nomen et tale nomen, scilicet nomen infinitum. Vnde et per modum significandi, per quem est tale nomen, principium est constructionis dispositio, ut in aliis dictum est. Quod autem nomen infinitum, vnde est tale, nomen sit distinctum a nomine interrogatio, bene innuebat Priscianus, cum dicit, quod nomen infinitum est interrogatio contrarium, et intelligo contrarietatem hanc nominis interrogatiui et nominis infiniti tam ex parte accentuum ipsorum quam ex parte modorum significandi eorum. Ex parte accentuum ipsorum, quia cum idem possit esse interrogatiuum et infinitum, ut supra dictum est, quando est interrogatiuum, seruat generales naturas accentuum, sed quando est infinitum, grauatur per omnes sillabas. || Vnde inducendo Priscianum accipitur contrarium pro diuerso, quia alicui grauari et circumflecti non sunt contraria proprie loquendo. Item interrogatiuum et infinitum sunt contraria, id est diuersa per suos modos significandi, ut jam visum est. Alia enim ratio seu modus significandi nominis interrogatiui et alias modus significandi est nominis infiniti. Nomen igitur infinitum est nomen.

Ad primum argumentum in oppositum. Cum dicitur, illud non est nomen, cui non potest contingere modus significandi etc., concedatur. Et ad minorem. Cum dicitur, quod nomini infinito non potest etc., dicendum per interemptionem. Et ad probationem. Cum dicitur, quod modus essentie certe apprehensionis repugnat nomini infinito, quia nomen infinitum habet rationem

17 Prisc. II 30 (Keil II p. 61). 23-24 ibid.

infiniti seu indeterminati, dicendum, quod determinatum et indeterminatum respectu eiusdem sibi repugnant, sed respectu diuersorum non repugnant. Sic autem est in proposito, quia nomen infinitum significat aliquid in se determinatum seu finitum puta substantiam, quantitatem etc., que determinata ⁵ et distincta sunt. Huiusmodi vero substantia et quantitas etc. est aliquid indeterminatum respectu alicuius certi interrogatiui vel relati suppositi, et ideo nomini infinito non repugnat modus certe apprehensionis, immo sibi contingit. Et cum dicitur vlt-
rius, quod infinitum est incognitum, verum est in quantitatibus ¹⁰ vt magnitudine et numero. Sed sic non accipitur hic infinitum. Item quamuis ipsum infinitum secundum quod infinitum sit incognitum, tamen ratio seu modus, secundum quem contingit esse infinitum, bene est aliquid cognitum, ideo etc.

Ad aliud. Cum dicitur, illud non est nomen etc., concedatur. ¹⁵ Et ad minorem. Cum dicitur, quod nomen infinitum etc., dicendum per interemptionem. Et ad probationem. Cum dicitur, quod logicus considerat nomen infinitum etc., cuius signum est etc., dicendum, quod hic est duplex peccatum. Primum est peccatum equivocationis, quia nomen infinitum dicitur dupli- ²⁰ ter, vnum scilicet, quod dicitur de ente et non ente vt non homo, et de isto facit philosophus mentionem in libro perihermeneias. Aliud est nomen infinitum, quod distinguitur contra interroga-
tium et relativum, et hoc solum dicitur de ente vt de substantia, quantitate etc., et de isto philosophus non facit mentionem in ²⁵ predicto libro. Aliud peccatum est, quia philosophus non facit mentionem de nomine infinito tamquam de illo, quod per se con-
siderat, sed tamquam de illo, quod abicit ab intentione sua, quia cum sit eadem scientia contrariorum et priuationis et habitus, et etiam quia nomen infinitum aliquam habet appositionem ³⁰ ad nomen, de quo intendit logicus, ideo philosophus aliqualem mentionem facit de nomine infinito.

Ad tertium. Cum dicitur, est dare etc., dicendum ad illam consequentiam per interemptionem, nam per aliam et aliam rationem est nomen infinitum et verbum infinitum, quia verbum ³⁵ infinitum gramatice loquendo, intelligendo per uerbum infini-

22 Periherm. c. 2 (Meiser I p. 4,17).

tum verbum infiniti modi, est res uerbi significata simpliciter, vnde verbi est, per modum significandi essentialem specificum verbi propter hoc, quod res uerbi sit informata aliquibus modis significandi posterioribus, ita quod verbum, quod dicitur infinitum, modo nichil addit supra modum, per quem verbum est **74. ii** verbum, || vt patebit supra capitulum de verbo. Sed nomen infinitum est quedam species nominis addens aliquem modum specificalem supra modum significandi nominis, vt patet ex dictis. Et ad probationem. Cum dicitur, quod diuersorum generum etc. dicendum, quod sub generibus subalternatim positis non potest esse eadem species secundum vniuocationem, nichil tamen prohibet equiuoce aliquid esse in pluribus generibus non subalternatim positis vt corpus in predicamentis substantie et quantitatis. Sic autem verbum infinitum et nomen infinitum equiuoce reperiuntur in nomine et verbo, ideo etc.

De nomine relatiuo.

Consequenter queritur circa nomen relatiuum, et queruntur duo. Primum est, vtrum possibile sit nomen esse relatiuum. Secundum est, vtrum nomen relatiuum per suum modum significandi sit principium constructionis.

Circa primum sic proceditur et videtur, quod non sit possibile nomen esse relatiuum, quia non est possibile nomen esse demonstratiuum. Ergo non est possibile nomen esse relatiuum. Antecedens patet, quia demonstratio propria est pronomini. Quod autem proprium est pronomini, non potest contingere nomini.

Item si est aliquod nomen demonstratiuum, da ipsum! Consequentia probatur, nam opposita habent fieri circa idem. Sed demonstratio et relatio distinguuntur ex opposito, ergo etc.

Item quod repugnat alicui per se, non potest ei competere per accidens. Sed relatiuo repugnat modus significandi essentialis specificus nominis, quia modus nominis est modus essentie certe apprehensionis. Sed hic repugnat relatiuo, quia relatiuum secundum se non finitatur seu determinatur, nam sibi repugnat secundum se apprehendi, quia suum esse est ad aliud esse. Rela-

tiuo igitur repugnat modus specificus nominis. Sed nomen est nomen per suum modum significandi. Ergo non est possibile nomen esse relativum.

Preterea pronomen relativum est. Ergo non est possibile nomen esse relativum. Antecedens patet, quia pronomen diuiditur ⁵ per relativum et demonstrativum tamquam per suas species. Consequentia probatur, quia nomen et pronomen distinguuntur ex opposito, nec vnum eorum continetur sub altero, quare etc.

Oppositum arguitur per dominum Priscianum et alios actores gramicie, qui nomen relativum sub nomine reposuerunt. ¹⁰

Item nomen ad aliquid est possibile, ergo et nomen relativum. Antecedens patet ex predeterminatis. Consequentia apparent, quia non est maior ratio, quod nomen ad aliquid sit nomen quam quod nomen relativum sit nomen, cum videantur esse eiusdem vel consimilis nature, ideo etc. ¹⁵

Ad istam questionem est dicendum, quod possibile est nomen esse relativum. Ad cuius intellectum sunt duo notanda. Primum est, propter quid sit inuentum nomen relativum. Secundum est, quid sit nomen relativum.

Circa primum intelligendum, quod relativum inuentum est ad ²⁰ tollendum equivocationem ipsius antecedentis, si qua sit, et vt de ipso consequente eodem in numero per relativum fiat secunda notitia, verbi gratia, si dicatur Ajax venit ad Troiam et Ajax fortiter pugnauit, dubium est, de quo Aiace hoc verum sit, cum plures eodem nomine nuncupentur. Si autem dicatur Ajax venit ²⁵ ad Troiam et idem fortiter pugnauit, certum est, quod || de eodem ^{74v1} Aiace in numero hoc dicitur. Vnde per relativum tollitur quodam modo dubietas seu equivocatio antecedentis.

Item per relativum fit secunda notitia de antecedente existente eodem in numero, quia cum dicatur Ajax venit ad Troiam et ³⁰ idem fortiter pugnauit, antecedens ponitur sub prima notitia, id est sub primo actu, qui est venire. Fit autem secunda notitia de ipso antecedente per ipsum relativum, quia per ipsum ponitur sub secundo actu, qui est pugnare, et hunc actum secundum vocamus secundam notitiam, propter quod dicitur relativum, ³⁵

⁹ Prisc. II 27; 30 (Keil II p. 59,61). ²³ cfr. Prisc. XVII 56 (Keil III p. 142).

quod est antelate rei recordatiuum, quia recordatum seu iteratum est sui antecedentis respectu sui actus.

Circa secundum, scilicet quid sit nomen relativum, intelligendum, quod nomen relativum est dictio significans aliquid generaliter sub modo certe apprehensionis et sub modo adiacentis alicui precedenti, scilicet antecedenti, recordando seu reiterando ipsum idem numero respectu secundi actus. Quod autem hoc sit nomen relativum, declarari potest tam ex fine, propter quem inuentum est relativum, vt iam dictum est, quam ex constructione relativi, quia construitur et cum antecedente et cum secundo actu aliqualiter, vt patebit in sequenti questione, tum etiam ex ratione seu ex modo intelligendi. Sic enim contingit intelligi, ergo et significari. Vnde patet, quid sit nomen relativum. Ex quo manifesta est differentia inter relativum, interrogatiuum et infinitum, quia interrogatiuum formaliter dependet ad consequens, relativum ad antecedens, infinitum autem ad neutrum determinate, secundum quod dictum est prius.

Ex hiis ad questionem dicendum, quod si possibile est nomen relativum, oportet dare aliquid, cui possibilis est modus significandi essentialis specificus nominis et modus relativi, qui est modus significandi per modum dependentis ad antecedens determinantis ipsum respectu secundi actus. Sed multa sunt, quibus contingunt isti modi significandi, sicut est hoc, quod est qui, alias, alter et consimilia, vt patet ex determinatis. Ergo nomen relativum possibile est, immo multa nomina relativia sunt.

Sed tunc adhuc exitaret aliquis, dato quod nomen relativum sit possibile, vtrum scilicet nomen relativum differt a pronomine relativio et quomodo. Propter quod sciendum est, quod nomen relativum et pronomen relativum differunt in se et in suis differentiis. Secundum se differunt, quia nomen relativum refert antecedens determinati generis puta substantie vel accidentis, vt hoc, quod est qui, est relativum substantie seu habentis modum substantie, et intellige suo modo de aliis. Sed pronomen relativum refert indifferenter suppositum cuiuscumque generis, vt de se patet. Item etiam nomen relativum et pronomen relativum differunt in suis differentiis, quia nomen relativum diuiditur per relativum ydemptitatis et per relativum diuersitatis, sed pronomen relativum non. Item pronomen relativum diuiditur per

relatiuum reciprocum et non reciprocum, sed nomen relatiuum non.

Sed hic dubitaret aliquis, quare magis nomen relatiuum diuiditur per relatiuum ydemptitatis et diuersitatis quam pronomem, et quare magis pronomen relatiuum [per] reciprocum et non reciprocum quam nomen. Vnde dicendum, quod ratio primi hec est, quia vnitas et ydemptitas || a forma est seu a proprietate forme, et diuersitas etiam est a forma seu a proprietate diuersarum formarum. Sed nomini contingit proprietas forme et non pronomini, quia nomini contingit per se modus determinate apprehensionis. Talis autem est proprietas forme, et hoc non contingit pronomini, et ideo nomen relatiuum diuidi habet per relatiuum ydemptitatis et diuersitatis, et non pronomem.

Juxta quod intelligendum, quod relatiuum ydemptitatis et diuersitatis in hoc conueniunt, quod vtrumque refert antecedens, sed differunt, quia relatiuum ydemptitatis pro eodem in numero supponit, quod refert dicendo Socrates currit, qui mouetur. Refert enim Socratem et supponit pro Socrate. Sed relatiuum diuersitatis pro alio supponit et aliud refert dicendo Socrates currit et aliis disputat. Nam hoc, quod est aliis, refert Socratem, supponit autem pro alio a Socrate, vt pro Platone vel aliquo alio.

Declaratio secundi hec est, scilicet quare pronomen relatiuum diuiditur per reciprocum et non reciprocum, nomen autem non, quia reciprocatio est sui ipsius passio. Passio autem est materie et non forme. Sed pronomen habet modum materie et nomen habet modum seu proprietatem forme, quia pronomen significat per modum essentie incerte apprehensionis siue per modum substantie mere, nomen autem significat per modum essentie determinate apprehensionis, et ideo pronomen relatiuum diuiditur per reciprocum et non reciprocum. Nomen ergo relatiuum possibile est.

Ad primum argumentum in oppositum. Cum dicitur, non est possibile nomen esse demonstratiuum etc., dicendum est ad antecedens per interemptionem, quia talis, tantus et huiusmodi nomina demonstrativa sunt. Vnde et Priscianus ipsa vocat ali-

¹⁹ aliud] aliud ms. ²⁰ aliis^{2]}] aliud ms.

³⁵ Prisc. II 27. 6,30 (Keil II pp. 59,61).

quando nomina similitudinis vel et aliquando nomina demonstrativa. Et ad probationem. Cum dicitur, quod demonstratio et relatio sunt propria pronomini, dicendum per interemptionem, si intelligas per proprium, quod contingit omni et soli, et demonstratiuum et relativum esse contingunt nomini, vt iam dictum est. — Et vterius. Cum dicitur, si aliqua sint nomina demonstrativa, da illa, dicendum, quod data sunt et sunt illa, que iam dicta sunt.

Ad aliud. Cum dicitur, quod repugnat alicui per se, non potest ei competere per accidens, concedatur. Et ad minorem. Cum 10 dicitur, quod nomini relatio secundum se repugnat modus essentialis specificus nominis, dicendum per interemptionem. Et ad probationem. Cum dicitur, quod relativum secundum se non est certe apprehensionis, negandum est. Et vterius ad probationem. Cum dicitur, quod suum esse est ad aliud esse, potest dici, 15 quod hoc est verum de nomine ad aliquid dicto, vt patuit supra.

Sed nomen relativum diuersum est a nomine ad aliquid dicto, vt visum est. Vel potest dici, dato quod esse nominis relativi sit ad aliud esse sicut et nominis ad aliquid dicti, quamvis alio et 75 r 1 alio modo, tamen ipsum est determinate apprehensionis, || quia 20 de sua ratione, vnde huiusmodi, est dependentia seu ratio respectiva. Et tu dicis, quod finitur per aliud; dicendum, quod hec bene stant simul, quod aliquis sit determinatus respectu et quod finiatur per aliud, ideo etc.

Ad aliud. Cum dicitur, pronomen est relativum, ergo etc., 25 dicendum ad consequentiam per interemptionem, quia per aliam et aliam rationem est nomen relativum et pronomen relativum, vt visum est. Et ad probationem. Cum dicitur, quod nomen non continetur sub pronomine nec econuerso, verum est, et ideo probas bene, quod ratio relationis equivoce inuenitur 30 hic et ibi, ideo etc.

Juxta hoc proceditur ad secundum, scilicet vtrum nomen relativum per suum modum significandi sit principium constructionis, et videtur, quod non, quia si nomen relativum per suum modum significandi esset principium constructionis, aut esset 35 principium constructionis cum suo antecedente aut cum actu,

14 aliud] aliquid ms.

sub quo ponit suum antecedens. Sed cum neutro istorum est principium constructionis. Nam non cum antecedente, quia constructibilia ad se inuicem debent proportionari in modis significandi. Sed relativum cum antecedente non conformatur in modis significandi vniuersaliter saltem, quod patet dicendo Socrates currit, quem video. Hic est diuersitas in casu. Ergo non construitur nomen relativum cum antecedente. Nec etiam cum actu, ad quem refert suum antecedens, quia tunc relativum supponeret actum, quod falsum est, quia nomen relativum adiectuum est, vt patet ex dictis. Nomen igitur relativum non est principium constructionis.

Item omne, quod est principium constructionis, est pars orationis. Sed nomen relativum non est pars orationis illius saltem, cuius pars est suum antecedens, quod patet dicendo Socrates currit, quem video. Hoc enim, quod est quem, non est pars orationis huius, scilicet Socrates currit. Ergo nomen relativum non est principium constructionis saltem cum suo antecedente.

Item si relativum esset principium constructionis cum suo antecedente, aut hoc esset transitivae aut intransitivae. Non transitivae, quia nec relativum respectu sui antecedentis habet modum transeuntis in alterum nec econuerso. Item nec intransitivae, quia principia constructionis intransitivae ad idem pertinent et sub idemperitate referuntur ad se inuicem. Sic non est in proposito, dicendo Socrates currit, quem video. Nam hic relativum et suum antecedens sub diuersitate casuum construuntur et sunt extrema diuersarum orationum etiam secundum diuersum situm, vt patet intuenti. Nomen igitur relativum per suum modum significandi non est principium constructionis.

Oppositum arguitur, nam nomen interrogativum per suum modum significandi est principium constructionis, ergo et nomen relativum. Antecedens patet ex dictis, quia nomen interrogativum per suum modum significandi est principium constructionis cum suo responsu. Consequentia patet, quia sicut interrogativum dependet ad aliquod subsequens, ita relativum ad suum antecedens.

Ad hanc questionem sunt tria || notanda. Primum est, quod nomen relativum per suum modum significandi est principium constructionis dispositivae. Secundum est, quod est principium

constructionis per se et actualiter cum suo antecedente. Tertium est, quod est principium constructionis cum actu secundo accidentaliter per accidens.

Primum sic patet, quia omne habens modum essentialem specialem principium est constructionis dispositiue respectu modorum significandi accidentalium, qui actu principiant constructionem. Sed nomen relativum habet modum significandi essentialem specialem, nam et est nomen adiectuum et tale nomen adiectuum, scilicet relativum. Ergo nomen relativum est principium dispositiuum constructionis, cuius principia actualia sunt modi significandi accidentales, qui sunt genus, casus et talia.

Declaratio secundi est, scilicet quod nomen relativum per suum modum significandi sit per se et actualiter principium constructionis cum suo antecedente, quia illud est per se et actualiter principium constructionis, quod cum alio est habens modum significandi per modum dependentis ad alterum, in quo modum terminandi sibi inuenit proportionalem. Sed nomen relativum modum determinantis habet, vnde relativum est, ad suum antecedens, et in eo habet modum proportionalem, et hic est modus referendi, ut satis manifestum est ex dictis. Ergo nomen relativum per suum modum significandi est principium constructionis per se et actualiter. Et ex hoc sequitur, quod oratio, in qua ponitur relativum per defectum sui antecedentis, imperfecta est, cum non sit determinata dependentia relativi. Et ex hoc etiam sequitur aliud, scilicet quod cum antecedens habeat rationem terminandi dependentiam relativi, tunc non quocumque habet rationem antecedentis, sed solum illud, quod habet rationem entis in se ut substantium. Et ex hoc etiam sequitur tertium, et est, quod cum relativum refert suum antecedens idem numero existens, tunc quicquid facit idem numero cum antecedente, et ut facit idem numero cum antecedente, ad aliud refertur saltem per accidens, ut album, nigrum et alia talia. Ex quo etiam sequitur quartum, et est, quod si relativum, cum natura relativi est referre idem numero, non refert ipsum antecedens vna relatione, sed sicut distinctum, ita et relatio, qua refertur antecedens, et hoc patebit, quando de huiusmodi constructionibus dicemus.

Declaratio tertii est, scilicet quod nomen relativum sit prin-

cipium constructionis accidentaliter per accidens per suum modum significandi cum actu secundo, quia illud construitur accidentaliter per accidens cum aliquo, quod per se non habet rationem termini, sed secundum rationem adiacentis alteri, quod per se habet rationem terminantis dependentiam illius. Sed non men relativum per se non habet rationem terminantis, sed modum adiacentis substantiuo seu antecedenti, quod per se habet rationem terminantis dependentiam actus secundi. Ergo nomen relativum non construitur cum actu secundo nisi accidentaliter per accidens. Maior patet ex predeterminatis, quia dependens ¹⁰ cum per se stante seu terminante per se construitur, dependens autem, si cum dependente construitur, hoc est accidentaliter per accidens, quia terminans cum dependente accidentaliter construitur || et dependens ad per se terminans cum dependente ^{75 v 1} accidentaliter per accidens construitur. Minor patet ex dictis, ¹⁵ nam nomen relativum est adiectum, et vnde relativum est, dependentiam habet ad antecedens, quod per se habet rationem termini respectu actus. Nomen igitur relativum respectu actus secundi accidentaliter per accidens construitur, et ex hoc sequitur, quod nomen relativum per se actum non supponit dicendo ²⁰ Socrates currit, qui mouetur, sed nomen supponit, hoc est per articulum seu reiterationem sui antecedentis dicendo Socrates currit, qui Socrates mouetur. Patet igitur ex dictis nomen relativum per suum modum significandi esse principium constructionis.

25

Ad primum argumentum in oppositum. Cum dicitur, si nomen relativum per suum modum etc., concedatur. Et ad maiorem. Cum dicitur, quod cum neutro istorum construitur, dicendum per interemptionem, quia construitur cum antecedente per se et cum actu secundo accidentaliter per accidens.

30

Et ad probationem. Cum dicitur, quod non construitur cum antecedente etc., verum est quantum ad omnes modos significandi, qui requiruntur ad talem constructionis speciem, sed non quantum ad omnes modos significandi vniuersaliter, qui reperiri possunt in ipsis constructionibus. Et cum dicitur vltterius, quod ³⁵ dicendo Socrates currit, quem video, hic non est proportio seu

23 qui] quis ms.

conformitas in casu, dicendum, quod nec oportet, quod relatiuum
debeat referre antecedens idem numero, sed sine ydemptitate
casuum potest referre idem numero suppositis aliis modis signifi-
candi, quibus construitur relatiuum et suum antecedens, scilicet
modus substantiui et adiectiui, modus referribilis et referentis,
et etiam genus et numerus saltem in constructione relatiui
ydemptitatis et sui antecedentis, quamuis hoc forte veritatem
non habeat in constructione relatiui diuersitatis cum suo ante-
cedente. Et cum probatur vterius, quod non construitur cum
actu, quia tunc supponeret per se, verum est, si per se constru-
eretur cum actu, sed cum eo non construitur nisi accidentaliter
per accidens, ideo et cetera.

Ad aliud. Cum dicitur, omne, quod est principium construc-
tionis, est pars orationis, concedatur. Et ad minorem. Cum dici-
tur, quod nomen relatiuum non est pars orationis illius saltem,
cuius pars est antecedens, dicendum per interemptionem, nam
est pars huius totius orationis, que est Socrates currit, quem video,
sed non est pars huius cathegorice, que est Socrates currit, et
hoc solum probatio conuincit.

Ad aliud. Cum dicitur, si relatiuum esset principium con-
structionis cum suo antecedente etc., dicendum, quod intransi-
tive construitur relatiuum cum suo antecedente vniuersaliter,
aliquando autem intransitiue, aliquando transitiuie cum proprio
actu seu verbo, quod patet dicendo Socrates currit, qui mouetur,
et Socrates currit, quem video. Et ad probationem. Cum dicitur,
quod que construuntur intransitiue, referuntur ad inuicem sub
ydemptitate, verum est quantum ad omnes modos significandi,
qui requiruntur ad talem speciem constructionis intransitiue, sed
ydemptitas in casu non requiritur vniuersaliter ad talem con-
structionem, vt prius dictum est. Vnde sequitur, quod nomen
relatiuum construitur cum suo antecedente constructione sui per
se et intransitiue. Construitur autem cum verbo aliquando in-
transitiue, aliquando transitiuie, et hoc vtroque modo accidentaliter
per accidens, quia dicendo Socrates currit, qui mouetur, si
qui non construitur cum hoc, quod est currit, nisi per reite-
rationem sui antecedentis, quod construitur accidentaliter cum
verbo, quod terminat eius dependentiam etc. dicendo Socrates
currit, quem video, hoc, quod est quem, transitiuie et a parte

post construitur cum ipso verbo et etiam accidentaliter per acci-
dens, quia per reiterationem sui antecedentis vel expressi vel
subintellecti. Vnde || sicut relativum per se non supponit, ita ^{75 v II}
nec per se terminat transitum verbi, et omnia hec postmodum
patebunt.

5

De nomine distributiuo seu diuiduo.

Tunc queritur de nomine distributiuo seu diuiduo, et queri-
tur tantum vnum et est, vtrum nomen diuiduum habeat
aliquem modum significandi, vnde nomen diuiduum est, per
quem distinguatur in specie contra alias species nominis, quo ¹⁰
sit principium alicuius constructionis, et videtur, quod non. Nam
si nomen diuiduum haberet aliquem modum significandi distinc-
tum a modis significandi aliarum specierum nominis, quo esset
principium constructionis, haberet modum significandi distinc-
tum a modo significandi nominis collectiui. Sed consequens fal- ¹⁵
sum est, quia sicut per nomen diuiduum fit sermo de pluribus,
ita per nomen collectiuum, ideo etc.

Item si nomen diuiduum per suum modum significandi esset
principium constructionis, haberet modum significandi sibi pro-
portionalem modo constructibili. Sed nomini diuiduo non potes ²⁰
dare, vt videtur, aliquem modum significandi proportionalem,
quod probatur discurrendo modos significandi, ideo etc.

Preterea. Si nomen diuiduum haberet modum significandi, per
quem principiare constructionem, tunc omne nomen diuiduum
principiare eandem vel consimilem constructionem cum alio. Sed ²⁵
consequens falsum est, ergo et antecedens. Consequentia patet,
quia ad eandem causam debet sequi idem effectus. Falsitas con-
sequentis appareat, nam bene dicitur totus Socrates, non tamen
bene dicitur omnis Socrates. Sed vtrumque est distributiuum seu
diuiduum, tam scilicet hoc, quod est omnis, quam hoc, quod est ³⁰
totus, ergo etc.

Oppositum arguitur, nam omnis species nominis habet ali-
quem modum significandi, quia species est id, quod est, per suum
modum significandi. Sed nomen diuiduum est aliqua species no-
minis, vt patet per Priscianum et per alios actores gramaticae. ³⁵

35 Prisc. II 31 (Keil II p. 61).

Ergo nomen diuiduum aliquem habet modum significandi. Sed omnis modus significandi aliqualiter est principium constructionis, vt patet ex predeterminatis, ideo etc.

Ad istam questionem sunt duo dicenda. Primum est, quod 5 nomen diuiduum est aliqua species nominis distincta ex opposito contra alias species nominis per suum modum significandi. Secundum est, quod nomen diuiduum per illum suum modum significandi est species constructionis.

Ad intellectum primi sunt tria intelligenda. Primum est, prop- 10 ter quid est inuentum nomen diuiduum, et est sciendum, quod nomen diuiduum est inuentum, vt sermo fiat de pluribus ita quod de vnoquoque illorum. Nam totum aliquod aliquando accipi- 15 tur pro suis partibus vel omnibus vel aliquibus, et aliquando pro se ipso. Accipitur autem pro se ipso, quando secundum se et absolute accipitur. Sed accipitur pro suis partibus, quando diuiditur in suas partes, cuius diuisionem denotat nomen diuiduum; vnde inuentum est, vt sermo fiat de pluribus, scilicet partibus, quando totum in eas distribuitur.

Secundo est intelligendum, quid significat nomen diuiduum, 20 et est sciendum, quod nomen diuiduum significat modum acci- piendi totum actualiter pro suis partibus. Vnde et Priscianus dicit, quod nomen diuiduum est, quod a duobus vel amplioribus ad singulos habet relationem vel ad plures in numeros partes vel pares distributas. Per quod bene insinuat Priscianus, quod 25 nomen diuiduum denotat modum accipiendi totum pro partibus, aliquando pro duobus vt vterque, ambo et similia, et aliquando pro pluribus vt singuli, bini, terni, centeni, omnis, nullus etc.

Tertio est considerandum, scilicet quis sit modus significandi 76 r 1 nominis diuidui, et est modus || adiacentis alteri diuidentis ipsum 30 in plura actualiter. Vnde et secundum quod diuersificatur modus diuidendi totum in partes, sic et diuersificantur nomina distri- butiua seu diuidua. Totum autem sic diuiditur in partes, sicut partes habet. Aliquod autem totum habet partes, quarum quelibet est ipsum totum, vt est totum vniuersale, et est aliud totum, 35 cuius partes coniunctim accepte sunt, totum ipsum vt totum integrale. Nam per diuersa nomina diuidua diuersi modi diui-

21 Prisc. II 31 (Keil II p. 61).

dendi totum importantur. Hoc enim, quod est omnis, distributiuum est totius vniuersalis in suas partes subiectas. Vnde et philosophus in primo Peryarmeneias dicit, quod omnis significat quoniam vniuersaliter. Sed hoc, quod est totus, distribuit totum integrale in suas partes integrales, propter quod hoc, quod est ⁵ omnis, et consimilia dicuntur teneri diuisive, sed hoc, quod est totus, et consimilia dicuntur teneri collective. Et intellige, quod huiusmodi distributiua dicuntur distributiua, quia aliquid diuersis attribuunt, nam saltem formam termini diuersis scilicet partibus attribuunt vel affirmatiue vt vterque, omnis et similia, ¹⁰ vel negatiue vt neuter, nullus etc.

Item quedam sunt distributiua duorum, quedam plurium, et vtroque modo vel singulariter vel pluraliter vt vterque, ambo, bini, terni, centeni, omnis, etc. Illa autem, que sunt distributiua plurium, quedam sunt distributiua pro partibus vt bini, terni, ¹⁵ centeni. Bini enim proprie non dicuntur de paucioribus quam de quatuor. Terni enim non dicuntur de paucioribus proprie quam de sex nec centeni de paucioribus quam de ducentis. Vnde improprie accipiuntur centeni pro centum sicut septeni pro septem. Quedam vero pro omnibus distribuunt vt omnis, nullus etc. No- ²⁰ men igitur diuiduum significat per modum adiacentis alteri diuidentis ipsum in plura.

Ex hiis sic. Illud est species nominis distincta ex opposito contra alias species nominis, quod habet modum significandi distinctum in specie contra modos significandi aliarum specie- ²⁵ rum nominis. Sed nomen diuiduum habet modum significandi distinctum in specie contra modos significandi aliarum specierum nominis, et est ille, qui dictus est. Patet igitur primum, scilicet quod nomen diuiduum est species distincta contra alias species nominis per suum modum significandi. ³⁰

Declaratio secundi est, scilicet quod nomen diuiduum per suum modum significandi sit principium constructionis, quia quod habet modum significandi, per quem reponitur in specie partis et cui proportionatur modus significandi in alio constructibili, illud est principium constructionis dispositiue et actualiter. ³⁵

10 vt] om. ms.

2-3 Periherm. c. 10 (Meiser I p. 14,19).

Per primum enim istorum est principium constructionis dispositive, et per secundum est principium constructionis actualiter. Sed nomen diuiduum habet modum significandi, per quem repontur in specie nominis, vt iam ostensum est. Et etiam habet 5 modum significandi in alio constructibili sibi proportionalem. Nam nomen diuiduum significat per modum adiacentis alicui diidentis ipsum in partes. Per hoc, quod significat per modum adiacentis, exigit modum per se stantis, qui est ipsius substantiui, et per hoc remouetur constructio nominis diuidui cum no- 10 mine adiectiuo. Bene enim dicitur omnis homo, sed non omnis albus seu omnis risibilis.

76^r II Item per hoc, quod nomen || diuiduum significat per modum diidentis aliquod diuisibile in partes, exigit modum diuisibilis in plura, qui vel est nominis appellatiui vel totius integri, et per 15 hoc remouetur constructio nominis diuidui vel diuisiui cum nomine proprio. Bene enim dicitur omnis homo, sed non omnis Socrates. Et etiam per hoc remouetur constructio nominis diuidui collectiui cum absoluto non habente partes integrales. Vnde non bene dicitur totus deus, cum deus partes non habeat nec ex 20 consequenti modum diuisibilis in partes, sed bene dicitur totus homo et totus Socrates. Et hec omnia manifestabuntur, quando de eorum constructione dicemus. Nomen ergo diuiduum est nomen distinctum in specie contra alias species nominis per suum modum significandi, qui est principium constructionis eo 25 modo, quo dictum est.

Ad primum argumentum in oppositum. Cum dicitur, si nomen diuiduum etc., concedatur. Et cum dicitur, quod consequens est falsum, dicendum, quod consequens est verum, quia nomen collectiuum significat per modum colligentis plura in naturam 30 vnam. Significat enim nomen collectiuum collectionem plurium, vt populus tam nobilium quam ignobilium eiusdem ciuitatis. Plebs vero nominat collectionem ignobilium et exercitus collectionem hominum, qui sunt congregati ad opus exercendum, et similiter de aliis collectiuis nominibus. Sed nomen diuiduum signifi- 35 cat per modum diidentis aliquod totum in multa. Constat autem, quod iste rationes seu modi significandi differunt.

Et ad probationem. Cum dicitur, quod sicut per nomen diuidum fit sermo de pluribus, ita per nomen collectuum, dicendum, quod per nomen collectuum fit sermo de pluribus, non tamen ita quod de vnoquoque per se, sed de pluribus secundum quod collecta sunt in vnum. Sed per nomen diuidum fit sermo de pluribus ita quod de vnoquoque, et hoc vel diuisive vel collective, vt dictum est de hoc, quod est omnis, et de hoc, quod est totus, et consimilibus.

Ad aliud. Cum dicitur, si nomen diuidum etc., concedatur. Et ad minorem. Cum dicitur, quod non habet modum significandi sibi proportionalem, dicendum per interemptionem, quia modus significandi per modum diuisibilis in plura est modus ei proportionalis, et hic vel est modus significandi nominis appellatiui substantiui vel alicuius significantis aliquod totum integrum, vt patet ex dictis.

Ad aliud. Cum dicitur, si nomen diuidum etc., verum est, vnde nomen diuidum est. Sed cum nomen diuidum sit alterius et alterius rationis specialis, nichil prohibet diuersa nomina diuidua esse diuersarum constructionum, vt patet de nomine diuiduo diuisiuo et de nomine diuiduo collectiuo, sicut est hoc, quod est omnis, et hoc, quod est totus. Vtrumque enim istorum in hoc communicat, quod significat per modum diuidentis aliquod totum in partes, sed differunt, quia vnum illorum diuidit totum in partes diuisim, alterum autem diuidit totum in partes coniunctim non vnum istorum, sicut est [hoc], quod est omnis, quod semper construitur cum aliquo toto habente rationem totius vniuersalis. Et cui repugnat ratio totius vniuersalis, ei repugnat constructio cum nomine diuiduo [collectiuo]. Propter quod bene dicitur, omnis homo, et non, omnis Socrates, et similiter intelligatur de aliis. Sed hoc, quod est totus, diuidit aliquod totum in partes coniunctim. Ideo solum construitur cum aliquo || habente rationem totius integri. Hec autem ratio totius integri quia saluatur tam in homine quam in Socrate, ideo bene dicitur totus homo, totus Socrates.

De nomine ordinali.

35

Consequenter queritur de nomine ordinali, sicut est hoc, quod est primus, secundus, tertius etc., et queritur tantum vnum,

et est, vtrum nomen ordinale sit possibile, et videtur quod non, quia si nomen ordinale esset possibile, esset distinctum nomen in specie ab aliis speciebus nominis. Sed consequens falsum est, ergo et antecedens. Consequentia patet, quia nomen ordinale aut 5 est commune ad omnia alia nomina aut est speciale nomen distinctum in specie ab aliis speciebus nominis. Sed nomen ordinale non est commune ad omnia nomina, non enim predicatur nomen ordinale de omnibus aliis specialibus nominibus. Si ergo nomen ordinale est nomen, oportet ipsum esse distinctum in 10 specie ab aliis speciebus nominis. Falsitas consequentis appareat, quia nomen ordinale, si esset, non esset distinctum nec a nomine ad aliquid dicto nec a nomine numerali. Non a nomine ad aliquid dicto, quia sicut pater refertur ad filium et econuerso, sic primus refertur ad secundum et secundus ad primum. Nec etiam a nomine 15 numerali, quia sicut per nomen numerale importatur numerus denominatiue dicendo vnum, duo, tres, ita etiam per nomen ordinale importatur numerus denominatiue dicendo primus, secundus, tertius, ergo etc.

Item si nomen ordinale esset possibile, haberet aliquem modum significandi, per quem distingueretur ab aliis speciebus nominis et per quem esset principium alicuius constructionis. Sed nomen ordinale non habet modum significandi, per quem distinguitur ab aliis speciebus nominis, vt iam aliqualiter in precedenti questione ostensum est, nec habet modum significandi, per 25 quem principium alicuius constructionis est. Nam da illam constructionem! Non potes, quia omnem constructionem, quam potest habere nomen ordinale, eandem potest habere nomen numerale et alia talia, vt patet consideranti. Nomen igitur ordinale non est possibile.

30 Oppositum arguitur per intentionem Prisciani et alios actores gramatice, qui inter species nominis nomen ordinale posuerunt.

Ad istam questionem est dicendum, quod nomen ordinale est possibile. Ad cuius intellectum sunt tria notanda. Primum est, propter quid inuentum est nomen ordinale. Secundum est, quid 35 sit nomen ordinale. Tertium est, quomodo differt nomen ordinale a nomine ad aliquid dicto et a nomine numerali.

30 Prisc. II 31 (Keil II p. 62).

De causa igitur inuentionis nominis ordinalis sciendum est, quod nomen ordinale est inuentum ad significandum numerum, quem et suum primitium significat, vel quod ordinem quandam importat in rebus subiectis numero, verbi gratia primus significat idem quod principium numeri, secundum quod ordinem habet ad illud, quod denominatur ad aliquid. Sic secundus significat binarium et tertius trinarium, secundum quod substantia denominata ab hiis ordinem quandam importat. Vnde nomina ordinalia important illa, in quibus est ordo.

De secundo, scilicet quid sit nomen ordinale, intelligendum est ex iam dicto, quod nomen ordinale est, quod significat numerum vel principium numeri per modum adiacentis alicui denominantis ipsum, secundum quod ordinem habet, vt primus, secundus et tertius significant vel modos vel principium numeri per modum adiacentis subiectis sub ratione, qua ordinem habent. Et ad hanc intentionem loquens Priscianus dicit, quod nomen ordinale ordinem significat vt primus, secundus, tertius, et intelligatur, quod iste ordo importatur de modo significandi et non de significato, propter quod Petrus Helye exponens Priscianum dicit, quod nomen ordinale principaliter significat numerum, quem et suum primitium significat, secundario autem ordinem importat in suis subiectis, quod dominant, vnde istum ordinem important, secundario enim ex suo modo || significandi. Primarium 76vii enim in dictione est significatum, secundarium autem est modus significandi, vnde et modus significandi consignificatum dicitur.²⁵

Sed circa hoc considerandum, quod ordinem importari per dictiōnem multis modis est. Aliquid enim importat ordinem vel ex significato vel ex modo significandi. Si ex significato, aut importatur ex natura ordinis, et sic significatur per nomen dicendo ordo, ordinis, aut actus ordinandi, et sic significatur per verbum et participium dicendo ordinare, ordinans, ordinatus etc., quamquam differenter, vt de se manifestum est. Si autem importatur ordo ex modo significandi, hoc est dupliciter, vel nominaliter ita quod sub modo essentiali nominis, et sic importatur dicendo primus, secundus, tertius, vel aduerbialiter dicendo pri-

¹⁶ Prisc. II 31 (Keil p. 62). ¹⁹ Petrus Helie fol. 24v: Ordinale uero nomen est inuentum ad significandum principaliter numerum, quem et suum primitium significat, sed secundario quandam ordinem in suis subiectis denotat.

mo, secundo, tertio, et hec aduerbia ordinalia possunt dici. Patet igitur, quid sit nomen ordinale.

De tertio, scilicet quomodo differt nomen ordinale a nomine ad aliquid dicto et a nomine numerali, sciendum, quod nomen ad 5 aliquid dictum et de suo significato et de suo modo significandi respectum importat, nomen autem ordinale significat ordinem et numerum importat per suum modum significandi. Item nomen numerale numerum importat simpliciter et sine respectu et ordine ad aliud, nomen autem ordinale numerum significat 10 sub ratione ordinis. Vnde inter ista satis manifesta est differentia recte consideranti.

Ex hiis ad propositum dicendum, quod nomen ordinale possibile est, quia ad nomen ordinale, vnde huiusmodi, duo requiruntur, scilicet modus significandi essentialis specificus nominis et 15 modus talis, scilicet per quem modum ordinale est. Sed isti duo modi significandi contingunt istis nominibus, qui sunt primus, secundus, tertius etc., nam modus essentie determinate apprehensionis istis contingit. Numero enim, secundum quod aliquid denominat sub ratione ordinis, contingit predictus modus, quia 20 numerus hoc modo acceptus est aliquod determinate apprehensum. Item istis contingit modus specialis, per quem sunt nomina ordinalia, scilicet modus adiacentis alicui denominantis ipsum ab ordine aliquo puta vel ab ordine temporis, vt dicimus iste est prior tempore, quia prius in tempore generatus est, vel ordine 25 loci, vt iste prior est illo, qui prius sedet, vel ordine dignitatis, vt decanus est prior cantore, et sic de aliis consimilibus. Vnde nomen ordinale habet speciale modum significandi, et per hunc etiam modum significandi est principium constructionis dispositiue saltem, secundum quod dictum est in aliis. Nomen 30 igitur ordinale est possibile.

Ad primum argumentum in oppositum. Cum dicitur, si nomen ordinale esset possibile etc., concedatur. Et cum dicitur, quod consequens est falsum, dicendum, quod consequens est verum. Et ad probationem. Cum dicitur, quod non distinguitur a nomine 35 ad aliquid dicto etc., dicendum quod immo. Et tu dicis, non differt a nomine ad aliquid dicto, quia sicut pater refertur ad

9 ordine] ordinem ms. 22 alicui] alicuius ms.

filium et econuerso, sic prius ad secundum et econuerso; dicendum, quod non est simile, quia pater refertur ad filium de suo significato et de suo modo significandi. Sed nomen ordinale de suo significato non refertur ad aliud, quia numerum significat, cuius esse non est ad aliud esse. Item si pater refertur ad filium et econuerso, hoc tamen non est cum ordine aliquo, quia ad aliquid dicta simul ponuntur et tolluntur. Nec est ibi ordo aliquis. Hic autem, scilicet in nominibus ordinalibus, ordo est aliquis, vt dictum est.

Ad aliud. Cum dicitur, si || nomen ordinale etc., verum est ^{77.1} vel dispositiue vel actu. Et ad minorem. Cum dicitur, quod nomen ordinale non habet talem modum significandi, dicendum per interemptionem, quia est ille modus significandi, qui dictus est. Et cum dicitur, quod non potest dari illa constructio, cuius principium sit ille modus significandi, dicendum, quod imo, ¹⁵ saltem dispositiue eo modo, quo dictum est in aliis, etc.

De nomine numerali.

Tunc queritur de nomine numerali, cuiusmodi est vnum, duo, tres etc. Et queritur tantum vnum, scilicet vtrum aliquod nomen sit numerale, et videtur, quod non, quia est dare aduer- ²⁰ bium numerale, ergo non est dare nomen numerale. Antecedens patet, nam semel, bis, ter etc. sunt aduerbia numeralia. Conse-
quentia probatur vt supra, scilicet quod diuersorum generum et non subalternatim etc., quare si nomen et aduerbiu- ²⁵ num non sunt subalternatim posita, sequitur, quod si est dare aduerbiu-
merale, non erit dare nomen numerale.

Item si aliquod nomen esset numerale, oporteret ipsum distin-
gui in specie contra alia nomina. Sed nomen numerale non est distinctum in specie contra alia nomina. Non enim videtur nomen numerale distingui in specie contra nomen ordinale, nam per ³⁰ vtrumque, scilicet tam nomen ordinale quam nomen numerale, importatur numerus, quo numeramus. Sicut enim numeramus dicendo vnum, duo, tres, sic numeramus dicendo primus, secun-
dus etc. Ergo aliquod nomen non est numerale.

Preterea. Si aliquod nomen esset numerale, haberet aliquem ³⁵ modum significandi, per quem esset numerale. Sed nullum potes

dare modum significandi, per quem nomen est numerale, quia per nichil apparenſ de numerali nomine ipsum probare potes neque per constructionem neque aliquo alio modo, ideo etc.

Oppositum patet per Priscianum et per alios doctores grammaticos, qui ponunt numerale nomen esse et distinguere contra alias species nominis.

Item est dare nomen temporale, ergo est dare nomen numerale. Antecedens patet ex predeterminatis. Consequentia patet per simile, quia per vtrumque eorum importatur quantitas, scilicet vel continua vel discreta.

Ad istam questionem est dicendum, quod nomen aliquod est numerale. Ad cuius intellectum sunt duo consideranda. Primum est, propter quid inuentum sit nomen numerale. Secundum est, quid sit nomen numerale.

Circa primum est sciendum, quod differentia est inter quod quid est, quod indicatur per diffinitionem seu per speciem, et inter individuum, quia quod quid est indicatum per speciem seu per diffinitionem nec est vnum numeraliter nec plura numeraliter, sed vtrumque sibi accedit, nam accedit sibi esse vnum 20 numeraliter in uno et plura in pluribus. Ex quo accipitur, quod species indifferentiam habet ad vnum et ad multa, et hec indifference determinatur per nomina numeralia, et ideo nomina numeralia inuenta sunt ad determinandum indeterminationem quidditatum, que indifferentes sunt ad vnum et multa. Nam ad 25 vnum determinatur quod quid est per hoc, quod est unus, quod est principium numeri, et ad multa determinatur per nomina numeralia numerum pluraliter importantia, sicut est hoc, quod est duo, tres etc. Et intellige, quod in plurali, quamvis nomen speciei dicendo homines determinatum sit ad plura, tamen illa 77. II pluri- || ralitas indefinita est indifferenter. Nam hoc, quod est homines, dici potest de duobus, tribus vel pluribus, et ideo ad hoc sunt inuenta plura nomina numeralia pluralia ad distinguendum seu ad determinandum, pro quo accipitur nomen speciei pluraliter dicendo duo homines, tres etc.

Circa secundum, scilicet quid sit nomen numerale, intelligendum est, quod nomen numerale significat numerum aut prin-

4 Prisc. II 31 (Keil II p. 62).

cipium numeri sine ordine, secundum quod denotat aliquid aliud discrete, dicendo vnuſ homo, duo homines etc. Sed aduertendum est, quod aliquid significat numerum per modum inherentis alteri vt vnuſ, duo, tres. Aliquid etiam significat numerum sine ordine non per modum inherentis sed secundum se, et hoc modo signifi- 5 catur essentia numeri vel essentia principii numeri in abstrac-
tione dicendo vniuersitas, binarius, trinarius etc. Primo istorum mo-
dorum intendimus hic de nomine numerali, quia sic comprehen-
ditur sub appellatiuo adiectiuo. Et circa ipsum adhuc considera,
quod cum numerus tripliciter accipitur, scilicet numerus nume- 10 ratus, numerus numerans et numerus, quo nos numeramus, di-
cimus, quod nomen numerale significat numerum, quo nos nu-
meramus, vnde per ipsum omnino numeramus, quamquam non
secundum vnam rationem vniuocam sed magis equiuocam seu
analogam. Isto enim numero numeramus et essentias simplices 15
et compositas et secundum genera et secundum species et etiam
secundum indiuidua, et constat, quod in talibus est manifesta
analogia, vt patet etiam ex precedentibus.

Tunc ex hiis ad questionem est dicendum, quod aliquod no-
men est numerale et est distinctum in specie contra alias species 20
nominis existens per suum modum significandi aliqualiter prin-
cipium constructionis. Nam quod habet modum significandi
nominis, per quem nomen est nomen formaliter, et modum sig-
nificandi talem, scilicet specialem, qui non contingit aliis specie-
bus nominis, illud est nomen distinctum in specie contra alias 25
species nominis existens aliqualiter per illum suum modum sig-
nificandi principium constructionis. Sed nomen numerale est huius-
modi. Habet enim modum essentie determinate, quia numerum
significat, qui distincta et determinata essentia est ab aliis enti-
bus. Item habet modum significandi talem, scilicet per quem 30
est numerale, quia significat numerum sine ordine per modum
denominantis aliqua numeralia. Sed constat, quod iste modus
significandi non contingit aliis speciebus nominis, vt de se patet.
Ergo nomen numerale est nomen et etiam speciale nomen ex-
istens aliqualiter principium constructionis per suum modum 35
significandi. Dico autem aliqualiter, quia principium construc-
tionis est dispositio secundum modum illum, qui dictus est in
aliis. Sed vtrum sit principium constructionis actualiter vel non,

dicendo vnum horum, tria horum etc., et utrum huiusmodi constructio fiat per modum significandi, per quem nomen numerale est numerale, aut per aliquam aliam naturam communem nomini numerali et aliis, hoc videbitur, quando de constructi-
onibus dicemus.

Ad argumentum primum in oppositum. Cum dicitur, est dare aduerbium numerale, ergo non est dare nomen numerale, dicen-
77 v i dum ad consequentiam illam per interemptionem, || quia hoc est per aliam et aliam rationem, quia numerale est numerale ex eo,
10 quod significat numerum per modum adiacentis subiecto sine ordine, et hoc sub modo essentiali nominis. Sed aduerbium numerale significat numerum sine ordine per modum adiacentis actui, secundum quod numeratur tempore.

Juxta quod notandum est, quod actus numeratur tripliciter,
15 scilicet specie, numero seu subiecto et tempore. Specie vt dis-
putare et currere sunt actus numerati et distincti secundum speciem, numero seu subiecto vt currunt et currit, tempore vt
semel, bis, ter, quater etc. Ex quo patet, quod aduerbia numeralia significant numerum sine ordine per modum adiacentis actui,
20 vt numeratur tempore. Et per hoc ad probationem consequentie dicendum, quod nomen numerale et aduerbium numerale talia sunt non vniuoce ita quod secundum eandem formam et speciem, sed sicut dictum est.

Ad aliud. Cum dicitur, si aliquod nomen esset numerale, oportet ipsum distingui contra alia nomina, concedatur. Et ad minorem. Cum dicitur, quod nomen numerale non distinguitur in specie contra alia nomina, dicendum per interemptionem. Ad probationem. Cum dicitur, quod non videtur distingui a nomine ordinali, dicendum per interemptionem, quia quamuis et nomen
30 ordinale et nomen numerale numerum important, tamen differunt, quia nomen ordinale importat numerum cum ordine, nomen autem numerale numerum sine ordine importat, ideo etc.

Ad tertium. Cum dicitur, si aliquod nomen esset numerale, haberet aliquem modum significandi, per quem esset numerale,
35 concedatur. Et ad minorem. Cum dicitur, quod nullum tales potes dare, dicendum per interemptionem, quia modus suus significandi est ille, qui dictus est. Et tu dicis, quod per nichil apparens de nomine numerali potest talis modus significandi

probari; dicendum quod a re potest probari et a modo suo intelligendi potest probari, ideo etc.

De nomine locali.

Deinde queritur de nomine locali, cuiusmodi est longinquus, propinquus etc., et queritur tantum vnum, scilicet vtrum 5 nomen locale sit possibile, et videtur, quod non, quia si nomen locale esset possibile, nomen locale significaret locum, ex hoc enim, vt videtur, nomen accepit. Sed nomen locale non significat locum, quia nec significat locum sursum nec locum deorsum etc. Hoc enim, quod est propinquus vel longinquus, non determinat 10 se nec ad sursum nec ad deorsum. Ergo nomen locale non est possibile.

Item si nomen locale esset possibile, distinctum esset in specie ab omnibus aliis speciebus nominis. Sed nomen locale non est distinctum in specie ab aliis nominibus, quia non videtur dis- 15 tinctum esse a nomine patrio, cuiusmodi est Romanus, Laudo-niensis. Hoc enim denominat aliquid a loco sicut et nomina localia. Nomen igitur locale non videtur possibile esse.

Item si nomen locale esset possibile, haberet aliquem modum significandi, per quem esset principium constructionis. Sed nul- 20 lam constructionem potes dare, cuius principium sit modus significandi nominis localis, nisi dicas, quod cum datiuo casu, dicendo propinquus michi, quod non valet, quia similiter dicitur amicus michi, similis michi etc., et hec non sunt nomina localia. Nomen ergo locale non est possibile. 25

Oppositum per Priscianum patet et per eius expositores, qui ponunt nomen locale inter species nominis.

Item nomen temporale et nomen numerale possibilia sunt, ergo et nomen locale. Antecedens patet ex predeterminatis. Consequentia || patet per simile. Sicut enim possibile est aliquid 77vii denominari a quantitatibus, que sunt tempus et numerus, ita possibile est aliquid denominari a quantitate, que est locus.

Ad istius questionis intellectum preintelligendum est, quid sit nomen locale. Vnde sciendum, quod nomen locale est dictio

26 Prisc. II 31 (Keil II p. 62).

denominans proprietates et passiones loci, que sunt prope, longe, medium etc., vt a prope propinquus, a longe longinquus, a medio medioximus, et similiter intelligatur de aliis. Propter quod Priscianus dicit, quod nomen locale est, quod locum significat, id est a proprietate loci aliquid denominat vt longinquus, propinquus. Vnde Petrus Helie dicit, quod nomen locale est, quod significat locum quocumque modo, ita quod per hoc, quod est quocumque modo, insinuauit, quod nomen locale aliquid denominat a proprietate loci, vt iam dictum est.

- ¹⁰ Hoc viso ad questionem sunt tria dicenda. Primum est, quod nomen locale est nomen. Secundum est, quod est nomen distinctum in specie per suum modum significandi ab omnibus aliis tam nominibus quam aduerbiis localibus. Tertium est, quod per hunc suum modum significandi aliqualiter est principium constructionis.

Declaratio primi est, quia cui contingit modus essentie determinate apprehensionis, ei contingit esse nomen, vt patet ex sepe dictis. Sed nomini locali, quod est longinquus, propinquus, contingit modus essentie determinate apprehensionis. Nam propinquus aliquid denominat a proprietate loci, que est prope seu propinquitas. Hec autem proprietas seu passio est aliquid in se determinate apprehensum et distinctum in genere habituum. Nomen igitur locale est nomen.

Declaratio secundi est, scilicet quod est nomen distinctum in specie tam a nominibus quam ab aduerbiis localibus. Nam a nominibus distinguitur vniuersaliter, quia significat per modum adiacantis alicui dominantis ipsum a proprietate loci, et per hoc manifesta est differentia sua ad omnia alia nomina preterquam ad nomen patrium. Nam denominare aliquid a loco seu a proprietate loci non contingit aliis nominibus a nomine patrio et a nomine locali. Nomen autem patrium a nomine locali differt, quia nomen patrium aliquid denominat a loco vt Romanus a Roma, Parisiensis a Parisius. Sed nomen locale aliquid denominat a proprietate loci, que est prope, longe etc.

³⁵ Item nomen patrium aliquid denominat a loco determinate vt

3-4 ibid. 6 Petrus Helie fol. 24v: Locale est, quod locum significat quocumque modo, ut propinquus et huiusmodi alia.

a Roma Romanus. Sed nomen locale denominat aliquid a proprietate loci, et hoc indeterminate. Nam prope vel longe applicabile est cuilibet differenti loci in tali vel tali distantia.

Adhuc differt nomen locale ab aduerbio locali per hoc, quod nomen locale significat per modum habitus determinate apprehensionis adiacentis subiecto, secundum quod denominat ipsum a proprietate loci. Sed aduerbium locale significat per modum adiacentis actui significato sub modo fieri denominando ipsum vel a termino, a quo fit motus localis, vel a spatio, supra quod fit motus, vel a termino, ad quem est motus localis vel in quo quiescit mobile, et hoc differenter, sicut patet in aduerbiis localibus tam interrogatiis quam responsiis, de quibus alias erit sermo. Vnde patet, quod nomen locale differt in specie ab omnibus aliis nominibus et etiam ab aduerbiis localibus.

Declaratio tertii est, scilicet quod per suum modum significandi aliqualiter sit principium constructionis, quia nomen locale habet modum significandi distinctum in specie contra modos significandi aliarum specierum nominis. Sed || distinctus modus significandi distincte saltem disponit ad constructionem, vt dictum est supra. Ergo nomen locale per suum modum significandi aliqualiter est principium constructionis, quia dispositiue. Et hoc confirmatur, quia nomina localia, vt longinquus, propinquus, construuntur cum datiuo casu, cum quo non construuntur omnia alia nomina saltem secundum eandem rationem. Hoc autem non esset, nisi quia nomen locale aliqualiter distincte principiaret constructionem, ideo etc. 78 r1

Ad argumentum primum in oppositum. Cum dicitur, si nomen locale esset possibile, nomen locale significaret locum, verum est, vel proprietatem loci, secundum quod dictum est. Et ad minorem. Cum dicitur, quod nomen locale non significat locum, concedatur, sed tamen imponitur a proprietate loci, quamvis indeterminate, et ex hoc locale dicitur, ideo etc.

Ad aliud. Cum dicitur, si nomen locale esset possibile, esset in specie distinctum contra alia nomina, concedatur. Et ad minorem. Cum dicitur, quod non distinguitur a nomine patrio, secundum per interemptionem, quia nomen patrum aliquid denominat a loco et determinate, nomen autem locale aliquid denominat a proprietate loci et indeterminate.

Ad aliud. Cum dicitur, si nomen locale esset possibile, haberet aliquem modum significandi, qui esset principium alicuius constructionis, concedatur, vel dispositiue vel actu. Et ad minorem. Cum dicitur, quod nullam constructionem potes dare, cuius principium sit modus significandi nominis localis, si intelligis, quod nec dispositiue nec actualiter, dicendum per interemptionem, cuius interemptionis causa dicta est. Et tu dicis, quod si habet constructionem cum datiuo, quod hoc non est vnde locale est, quia similiter nomina non localia habent talem constructionem; dicendum, quod nomen locale disponit distinete ad hanc constructionem, et forte huius constructio non est omnino vnius rationis in omnibus, ideo etc.

De nomine patronomico.

¹⁵ **C**onsequenter queritur de nomine patronomico, et circa ipsum queruntur duo. Primum est, vtrum nomen patronomicum sit distinctum in specie per suum modum significandi contra alias species nominis. Secundum est circa diffinitionem nominis patronomici.

²⁰ **C**irca primum sic proceditur et videtur, quod nomen patronomicum non sit distinctum in specie per suum modum significandi contra alias species nominis, quia si esset distinctum in specie contra alias species nominis per suum modum significandi, distinctum esset contra nomen possessuum, cum nomen possessuum sit quedam species nominis. Sed nomen patronomicum non est distinctum in specie per suum modum significandi contra nomen possessuum, quia sicut patronomicum aliquid significat cum genitiuo sui primitiui, sic et nomen possessuum aliquid cum genitiuo sui primitiui significat. Nomen ergo patronomicum non est distinctum in specie contra alias species nominis per suum modum significandi.

³⁵ Item nomen patronomicum aut significat patrem, scilicet ipsum primitiuum, aut filium seu nepotem, aut habitudinem mediam inter hoc. Si primo modo vel secundo, tunc nomen patronomicum non significaret aliud quam pater vel filius, et sic nomen patronomicum non differret in specie a nomine ad aliquid

dicto. Si autem nomen patronomicum significat habitudinem medium inter [patrem et] filium vel inter patrem et nepotem, cum huiusmodi habitudo non sit aliud quam relatio, adhuc sequitur, quod nomen patronomicum sit ad aliquid dictum vel in concretione vel in abstractione saltem. Nomen igitur patronomicum non est distinctum in specie contra alias species nominis.

Oppositum patet per Priscianum et per alios actores gramaticae, qui distinguunt nomen patronomicum in specie contra alias species nominis, cum non possint ea solum distinguere in numero, quia distinctio numeralis || non cadit sub arte, vt dictum est ^{78 r II} prius.

Item que differunt ratione diffinitiuia, differunt secundum speciem. Sed nomen patronomicum per rationem diffinitiuam differt ab aliis speciebus nominis. Nomen enim patronomicum est, quod deriuatur tantummodo a propriis nominibus patrum ¹⁵ et significat cum genitio suo primitui filium vel nepotem vt Eacides. Sed constat, quod hec diffinitio non contingit aliis nominibus. Ergo nomen patronomicum differt in specie ab aliis nominibus.

Ad istam questionem dicendum est, quod nomen patronomicum ²⁰ cum differt in specie per suum modum significandi ab aliis nominibus. Ad cuius cognitionem habendam sunt duo intelligentia. Primum est, que sit causa inuentionis nominis patronomici. Secundum est, quid sit nomen patronomicum.

Circa primum est sciendum, quod duplex est causa inuentionis ²⁵ nominis patronomici, scilicet breuitas et commoditas. Breuitatis causa inuentum est nomen patronomicum, quia brevius ostendimus de quolibet, cuius filius vel nepos sit, per vnam dictionem quam per orationem. Breuius enim dictum est Eacides quam Eaci filius vel nepos. Commoditas etiam est causa inuentionis ³⁰ eius et hoc dupliciter. Vno modo, quia facilius incidit error circa orationem quam circa dictionem, ideo commoditatis causa inuentum est nomen patronomicum ad facilius euitandum errorem. Alia causa commoditatis inuentionis nominis patronomici est ars metrica, in qua facilius ponitur nomen patronomicum ³⁵ quam ea, que ingrediuntur patronomorum intellectum. Sic igitur patet, propter quid inuentum est nomen patronomicum.

7 cfr. Prisc. II 32 sq. (Keil II p. 62 sq.)

Circa secundum, scilicet quid sit nomen patronomicum, est considerandum, quod nomen patronomicum est dictio significans per modum adiacentis alicui denominans ipsum a patre, vt Eacides denominat nepotem vel filium a tali patre. Vnde et 5 Priscianus et alii gramatici dicunt, quod nomen patronomicum est, quod tantummodo deriuatur a propriis nominibus patrum secundum Grecam formam, et significat filium vel nepotem cum genituo sui primitiui vt Eacides, id est filius Eaci vel nepos. Quomodo autem hec diffinitio seu descriptio nominis patrono- 10 mici ad plenum intelligenda sit, patebit statim in sequenti questione.

Tunc ex hiis ad questionem dicendum, quod nomen patronomicum per suum modum significandi est nomen distinctum in specie contra alias species nominis, quia illud est nomen distinctum in specie contra alias species nominis per suum modum significandi, cui contingit modus significandi specificus nominis et modus significandi, per quem constituitur in tali specie nominis. Sed huic, quod est Priamides, et consimilibus debetur modus significandi essentialis specificus nominis. Hoc enim, quod 15 est Priamides seu Eacides, habet modum determinate apprehensionis, quia aliquid importat de genere habituum, scilicet dispositionem seu denominationem a patre. Item istis debetur modus significandi, per quem reponuntur sub tali specie, scilicet sub specie nominis patronomici, videlicet modus adiacentis alteri 20 denominantis ipsum a patre, vt dictum est. Nomen igitur patronomicum est nomen distinctum contra alias species nominis per suum modum significandi.

Hic adhuc exitaret aliquis, quia satis manifestum est, quod nomen patronomicum est distinctum in specie per suum modum 78 v. i significandi ab aliis nominibus preterquam a nomine || ad aliquid dicto et a nomine possessiō: sed non omnino manifestum est, quomodo distinguitur nomen patronomicum a nomine ad aliquid dicto et a nomine possessiō. Ideo intelligendum est, quod nomen patronomicum differt a nomine ad aliquid dicto pluribus modis. 35 Vno modo, quia nomen ad aliquid dictum dependet tam ad subiectum quam ad terminum suum. Nomen autem patronomicum tan-

5 ibid.

tum dependet ad subiectum, quod denominat. Alio modo differunt, quia dependentia nominis ad aliquid dicti dependet determinatum ad determinatum vt pater ad filium et dominus ad seruum. Sed in dependentia nominis patronomici dependet aliquid indeterminatum puta vel ad filium vel nepotem. Tertio modo differunt, ⁵ quia nomen ad aliquid dictum denominat aliquid indifferenter a quacumque forma relativa, nomen autem patronomicum solum a patre, vt dictum est. Item differt nomen patronomicum a nomine possessio, quia nomen possessuum quamcumque possessionem a quocumque possessore denominat, nomen autem ¹⁰ patronomicum solum filium vel nepotem denominat a patre. Vnde patet, quod nomen patronomicum per suum modum significandi differt in specie ab aliis speciebus nominis, et nomen etiam patronomicum per hunc modum significandi aliqualiter est principium constructionis, sicut dictum est in aliis. ¹⁵

Ad argumentum primum. Cum dicitur primo, si nomen patronomicum etc., concedatur. Et ad minorem. Cum dicitur, quod nomen patronomicum non distinguitur in specie contra nomen possessuum, dicendum per interemptionem, quia nomen patronomicum et nomen possessuum ratione differunt. Et ad probatio-²⁰ nem. Cum dicitur, quod vtrumque significat aliquid cum genituo sui primitiui, ad hoc potest dici, quod neutrum significat genituum sui primitiui, sed vtrumque exprimitur per genituum sui primitiui. Aliter potest dici, dato quod vtrumque significet aliquid cum genituo sui primitiui, hoc est tamen secun-²⁵ dum aliam et aliam rationem, vt visum est, et hoc patebit postea.

Ad aliud. Cum dicitur nomen patronomicum etc., dicendum est, quod significat idem quod suum primitium cum dependentia tamen ad filium vel ad nepotem, ita quod suum primitium importat de suo significato, vt dependens est ad filium vel ad ³⁰ nepotem. Dependentia autem seu habitudo media inter hoc habetur de suo modo significandi.

Et ad probationem. Cum dicitur, tunc nomen patronomicum [non] differt a nomine ad aliquid dicto, negandum est, quia eorum differentia triplex est. Vnde et hoc fuit intentio Petri Helye, ³⁵

³⁵ Petrus Helie fol. 25r: Significat autem patronomicum filios et nepotes, id est illas habitudines sive relationes, quas significant hec duo nomina filius et nepos, et hoc cum genituo primitiui, id est significant alterutram de illis relationibus principaliter, et secundario personam, quam significant genitius primitiui.

cum dicit, quod nomen patronomicum vnum significat primario, scilicet primitium, alterum autem secundario, scilicet illud, quod denominat, ideo etc.

Tunc proceditur ad secundum, scilicet circa diffinitionem nominis patronomici, et queritur, vtrum diffinitio nominis patronomici assignata a Prisciano et ab aliis actoribus gramatice sit conueniens, qua dicitur, quod nomen patronomicum est, quod deriuatur tantummodo a propriis nominibus patrum secundum Grecam formam et significat cum genituo sui primitui filios || 78 v ii vel nepotes vt Eacides, id est filius vel nepos Eaci, et videtur, quod dicta diffinitio non sit conueniens, quia quatuor sunt genera causarum, scilicet materia, forma, efficiens, finis, que sicut pertinent ad fieri vel ad esse rei, ita pertinent ad diffinitionem rei. Sed predicta diffinitio datur solum juxta habitudinem cause efficientis ad suum effectum, cum dicitur, quod patronomicum est, quod deriuatur tantummodo a propriis nominibus patrum. Pater enim est causa efficiens rei et non ponitur aliqua alia causa. Ergo diffinitio est incompetens.

Item causa primaria plus influit supra suum causatum quam causa secundaria, vt scribitur: prima propositio est de causis. Sed filius causatur ab aeo sicut a causa prima et a patre sicut a causa proxima seu secundaria. Ergo potius debet dici, quod patronomicum est, quod deriuatur a proprio nomine aui vel proaui quam a proprio nomine patris.

25 Preterea ad generationem filii concurrunt duo principia, scilicet mater et pater. Sed patronomica descendunt a propriis nominibus patrum, ergo et similiter a propriis nominibus matrum, quod non dicit predicta diffinitio. Ergo est insufficiens.

Item nepos cadit in lineam transuersalem et filius in lineam rectam secundum naturalem propaginem rerum. Ergo ipsum patronomicum potius deberet diffiniri juxta habitudinem filie ad patrem quam nepotis ad eundem, contrarium autem dicit supradicta diffinitio, ergo, vt videtur, ipsa est inconueniens.

31 filii] filie ms.

6 Prisc. II 32 (Keil II p. 62). 19-20 cfr. Liber de causis § 1 (Bardenhewer p. 163,3-4; Steele p. 161,4-5).

Oppositum patet per Priscianum et per alios, qui mentionem faciunt et fecerunt de nomine patronomico ponentes predictam diffinitionem.

Ad hanc questionem est dicendum, quod diffinitio illa nominis patronomici bene et conuenienter assignata est. Vnde considerandum est, quod cum dicitur, quod nomen patronomicum est, quod deriuatur etc., per hoc, quod dicitur deriuatur, remouentur omnia primitiva. Sed quia multa deriuantur ab aduerbiis et ab aliquibus aliis, additur patrum, quia non quocumque, quod deriuatur ab aliquo, est nomen patronomicum, sed solum illud, ¹⁰ quod deriuatur a propriis nominibus patrum.

Sed est intelligendum, quod hic vocantur patres omnes maiores seu masculi ex parte patris in recta linea, vt sunt hii, scilicet patres, aui, atthaui, tritaui et huiusmodi, vel obliqua aliqua vt patrui et similia. ¹⁵

Item quia quedam possessiua a propriis nominibus deriuantur vt Pompeianus etc., ideo ad eorum remotionem additur secundum Grecam formam, que est — ides, vel aliquo alio modo. Quamuis differentia nominis patronomici et possessiui aliter visa est, adhuc dicitur, quod patronomicum significat filium vel ne- ²⁰ potem, hoc est intelligendum, quod significat hoc tamquam aliquid significat illud, ad quod dependet seu denominat. Item quia hoc, quod est nepos, refertur ad auunculum vel ad patruum vel ad materteram vel amittam, ideo additur cum genituo sui primitiui, non quia habitudinem genitiui significet vel consig- ²⁵ nificantur ipsum patronomicum nomen, sed secundum equipollentiam quandam sic exponitur. Vnde patet dictam diffinitio- nem esse bene et conuenienter || assignatam. ^{79 r I}

Ad rationem primam in oppositum. Cum dicitur, quatuor sunt genera causarum etc., verum est de diffinitione, que datur ³⁰ in omni genere cause, sed si diffinitio data sit tantum in uno genere vel in duobus generibus causarum, non oportet, quod ibi ponantur omnes cause. Sic autem est in proposito. Vel aliter potest dici, quod hec diffinitio potius datur juxta habitudinem cause efficientis ad suum effectum quam juxta habitudinem alicuius alterius cause, quia inter omnia genera causarum ³⁵

23 quia] quod ms.

quedam cause sunt, quando sunt, et non, quando non sunt, vt accidit de fine: causa efficiens in prima et potissima nam efficiens inducit formam in materiam propter finem, ideo etc.

Ad aliud. Cum dicitur, causa primaria etc., concedatur in eodem genere cause et in per se causis. Et ad minorem. Cum dicitur, quod auus est causa primaria et pater est secundaria causa filii, dicendum, quod pater est causa propinqua filii et per se, auus autem remota causa et causa per accidens ipsius filii, quia filius nec quantum ad esse nec quantum ad fieri per se loquendo dependet ab auo, a patre autem dependet filius per se quantum ad suam productionem, ideo etc. Vel potest dici, vt dicebatur prius, quod sub patribus comprehenduntur aui, atthaui, tritaui et alia huiusmodi.

Ad tertium. Cum dicitur, quod ad generationem etc., dicendum, quod sicut scribitur in quarto libro de animalibus, semen decisum a patre in generatione est sicut efficiens principium generationis, semen vero decisum a matre est vt materia seu principium passuum generationis. Sed patronomicum diffinitur penes habitudinem cause efficientis ad suum effectum. Huiusmodi autem est pater, et ideo potius deriuatur seu deriuari dicitur nomen patronomicum a propriis nominibus patrum quam matrum, et etiam, quia pater dignius quid est et nobilius ipsa matre, sicut agens dignius et nobilius paciente, ideo etc.

Ad quartum. Cum dicitur, nepos cadit in lineam transuersalem etc., dicendum, quod sicut scribitur quarto de animalibus, mulier est occasio nature, vnde mulier est vir occasionatus; si enim natura posset rem generandam in eodem producere sine sexu feminino, nunquam generaretur mulier vel res sexus feminini, quia natura semper intendit, quod melius est, et hinc etiam, quod rectius dicitur patronomicum significare filium vel nepotem quam filiam. Nichilominus si diceretur significare filiam et filium, non esset magnum inconueniens.

10 dependet ab auo] om. ms. 24 Cum] om. ms.

15 De generatione animalium I. 716a, 729a (Dittmeyer p. 9,36). 25 Historia animalium IV,11. 537a. cfr. De generatione animalium I. 715a (Dittmeyer p. 8).

De nomine possessiuo.

Consequenter queritur circa nomen possessiuum, et primo queritur de suo significato, secundo de eius modo significandi.

Circa suum significatum queritur vnum tantum et est, vtrum nomen possessiuum significet vtramque personam, scilicet ⁵ personam possessoris et personam possessionis, vel alteram tantum, et videtur, quod alteram tantum significet, quia vox significans diuersas personas, quarum vtraque est sufficiens significatum partis orationis, equiuoca est. Sed tam persona possessoris quam persona possessionis vtraque est sufficiens || per pro-¹⁰ ^{79 r II} nomen primitium et aliquando per nomen, et persona possessionis per nomen significatur. Ergo nomen possessiuum significans vtramque illarum personarum equiuocum est, quod non dicimus; quare nomen possessiuum non significat vtramque personam, ¹⁵ scilicet personam possessoris et possessionis.

Item quod ponitur pro toto possessiuo, totam habet significationem possessori. Sed genitius primitui, scilicet possessoris, ponitur pro toto possessiuo in expositione eius dicendo Priami gladius pro Priameio gladio. Ergo genitius primitui ²⁰ habet totam significationem nominis possessori. Sed non significat nisi personam possessoris. Ergo nomen possessiuum non significat vtramque personam, sed personam possessoris tantum.

Preterea quod est extra significationem alicuius dictionis, non est de significatione eiusdem. Sed persona possessionis est ex-²⁵ trinsecus in possessoriis, vt ait Petrus Helie. Ergo persona possessionis non est de significatione nominis possessori, non igitur significat vtramque personam.

Item concretum et abstractum idem significant vt album et albedo. Sed Priamus et Priameius se habent sicut concretum et ³⁰ abstractum, ergo idem significant. Sed hoc, quod est Priamus, solam personam possessoris significat, similiter et hoc, quod est Priameius, quod est possessiuum, solam personam possessoris significat, non igitur vtramque personam significant.

Oppositum arguitur, quia dicit Priscianus, quod nomen pos-³⁵

¹¹ sufficiens] *i. e.* significatum partis orationis — ³⁵ Prisc. II 40 (Keil II p. 68).

sessuum cum intellectu genitivi sui primitui significat aliquid eorum, que possidentur. Sed illud, quod possidetur, est possessio. Per genituum autem primitui significatur possessor. Ergo nomen possessuum significat vtramque personam,

5 Item si dicatur, Priameius tantum significat quantum Priami aliquid, et si sic, sequitur, quod possessuum significat vtramque personam, scilicet possessoris et possessionis. Nam per hoc, quod est Priami, significatur possessor, et per hoc, quod est aliquid, significatur possessio, ergo etc. ||

79 v I Ad hoc intelligendum est, quod per nullam rationem scientificam probari potest significatum vocabuli, quia quid significat vocabulum, precognitio est, vt patet primo posteriorum. Vnde nulla scientia probat, quod hoc significat hoc. Nichilominus tamen, quia significatum vocabuli aliqualiter persuaderi potest 15 puta ex actu intelligendi, ex actu predicandi vel subiciendi vel aliquibus modis consimilibus, ideo dicendum ad questionem, quod per possessuum significatur vtraque persona, quia illud per vocem significatur, cuius intellectus constituitur, quia significare est intellectum constituere, vt patet ex libro periher-
20 meneias. Sed per nomen possessuum constituitur tam intellectus persone possessoris quam persone possessionis, dicendo Priameius tantum enim significat sicut Priami aliquid. Nomen ergo possessuum vtramque personam significat. Tu forte dices, quod nomen possessuum de significatione constituit intellectum
25 possessoris et de suo modo significandi intellectum possessionis. Hoc non valet, quia dicendo, iste gladius est Priameius, aut per hoc, quod est Priameius, significatur idem et eodem modo sicut per hoc, quod est Priamus, aut significatur idem sub alio modo, scilicet sub modo inherentis ad suam possessionem, aut signifi-
30 catur per ipsum et persona Priami, scilicet possessoris, et persona possessionis. Primum non potes dicere, quia idem esset dicere iste gladius est Priameius et iste gladius est Priamus, quod non est verum, quia vna istarum orationum est vera et altera est falsa. Nec potes secundum dicere, scilicet quod Priameius tan-
35 tum significat sicut Priamus inherens, quia tunc esset sensus iste gladius est Priameius, id est iste gladius est Priamus inhe-

rens, quod falsum est. Relinquitur igitur tertium, scilicet quod nomen possessuum significat vtramque personam.

Item quecumque faciunt vnum sicut actus et potentia, possunt facere vnum intellectum et per consequens vnum significatum, et faciunt vnum per se ex actu et potentia, vt materia⁵ et forma substantialis faciunt vnum intellectum per se, et per consequens vnum significatum per se. Et si faciunt vnum accidentaliter vt subiectum et accidentis, et possunt facere vnum intellectum accidentaliter et vnum significatum accidentaliter; et possessor et possessio vnum possunt facere accidentaliter vt¹⁰ potentia et actus, quia vnum possidetur et alterum possidet, possunt igitur aliqualiter per accidentis constituere vnum intellectum et vnum significatum accidentaliter. Nomen igitur possessuum significat vtramque personam.

Juxta quod est intelligendum, quod differt, quod significatur¹⁵ et quo significatur, quia illud, quod significatur, aggregatum est, quo autem significatur est illud, a quo fit impositio vocis et quod formam habens importatur per dictionem. Tunc dicendum, quod id, quod significatur per possessuum, est vtraque persona, scilicet possessoris et possessionis. Sed id, quo significatur et per cuius rationem significatur principalius et formalius,²⁰ hoc est persona possessoris. — Vnde circa hoc secundo intelligendum est, quod prius aut principalius significare aliquid est dupliciter. Vno modo ex principali || intentione, ita quod formaliter^{79vii} per ipsum fit impositio vocis, et sic principaliter nomen possessuum significat personam possessionis, quia ad ipsam designandam fit possessiui inuentio. Alio modo aliquid dicitur significare aliquid, quia formalius ipsum importat, et sic possessuum in veritate principalius et formalius significat personam possessoris. Nam possessuum certam et finitam designat personam³⁰ possessoris, incertam autem et infinitam possessionem designat. Dicendo autem Priameius certa persona possessoris denominatur, quid autem possidetur aut gladius dicit, illud non determinatur. Vnde Petrus Helie dicit, quod quia possessuum indefinite

34 Petrus Helie fol. 25v: cum enim dico Priameius, nihil aliud significat quam possessionem Priami, sed quoniam infinitam possessionem significat, ideo exigit sibi aliquid nomen addi, quod possessionem certificet, ut Priameius equus, nominat uero res, que possidentur.

significat possessionem, ideo ad sui finitionem exigit sibi addi aliquid puta aliquam determinatam possessionem. Nomen igitur possessuum vtramque personam significat.

Ad primum argumentum in oppositum. Cum dicitur primo,
⁵ vox significans diuersas personas, quarum vtraque est sufficiens significatum partis orationis, equiuoca est, verum est, si eque principaliter per vocem importatur ita quod per diuersas rationes, si tamen vtraque importatur per rationem vnius, non oportet. Et ad minorem. Cum dicitur, quod vtraque persona
¹⁰ tam possessoris quam possessionis est sufficiens significatum partis orationis, verum est, si secundum se considerentur, vt distinguuntur ad se invicem et vt diuersas rationes habent. Sed hic vtraque personarum significatur per rationem vnam, scilicet per rationem possessoris, qui formaliter importatur per nomen pos-
¹⁵ sessuum, ideo etc.

Ad secundum argumentum. Cum dicitur, illud quod ponitur pro toto possessio, habet totam significationem possessui, concedatur. Et ad minorem. Cum dicitur, genitiuus primitiu etc., dicendum, quod falsum est, quia si consideratur tota significatio
²⁰ possessui, non exprimitur tota per genitium primitivi, verum etiam per id, quod possidetur, tamen id totum, quod formaliter significatur per possessuum, scilicet persona possessoris, per genitium primitivi exprimitur. Hoc tamen non est omnino to-
²⁵ tum, quicquid significatur per ipsum possessuum, ideo etc.

Ad tertium. Cum dicitur, illud quod est etc., concedatur. Et ad minorem. Cum dicitur, quod ipsa possessio est extra significationem possessui, dicendum, quod falsum est. Et tu dicis, quod Petrus Helye hoc dixit; dicendum, quod Petrus Helye hoc intellexit pro persona possessionis: est extra significationem posses-
³⁰ siui, non quia omnino sit extra, quia persona possessionis infinite est intra, sed finite est extra. Vniuersaliter enim finiri per aliquod extra appositum est vt dicendo Priameius gladius et similia. Vel potest dici, quod possessio est extra significationem posses-
³⁵ siui, verum est formaliter et per comparationem ad personam possessoris, que formaliter importatur per nomen possessuum, vt dictum est.

^{80 r 1} Ad quartum, || quod abstractum et concretum idem signifi-
² cant, verum est principaliter et formaliter tamquam id, a quo

fit impositio vocis. Tamen loquendo de eo, quod significatur, plus significat concretum quam abstractum, quia concretum significat id, quod concernit et quod concernitur, que vnum faciunt sicut potentia et actus. Vnde concretum idem significat quod abstractum et plus. Et ad minorem. Cum dicitur, quod 5 hoc, quod est Priamus, quod est abstractum, significat solam personam possessoris, concedatur. Et cum dicitur, ergo et Priameius significat personam solam possessoris, verum est formaliter, cum hoc tamen significat personam possessionis, quam concernit ipsum nomen possessium, ideo etc. 10

Juxta hoc queritur de modo significandi nominis possessiui, et queritur vnum tantum, scilicet vtrum nomen possessium sit distinctum in specie contra alia nomina per suum modum significandi, et videtur, quod non, quia si esset distinctum in specie per suum modum significandi contra alia nomina, distinctum 15 esset contra nomen patronomicum, cum nomen patronomicum sit quedam species nominis, vt dictum est prius. Sed nomen possessium non est distinctum in specie contra nomen patronomicum. Probatio, quia generale non distinguitur contra speciale ex opuesto. Sed nomen possessium est generale ad 20 nomen patronomicum, nam possessium significat rem genitiui sui primitiui cum aliquo ex hiis, que possidentur. Pars autem eorum, que possidentur, est filius vel nepos, qui per nomen patronomicum significantur. Nomen igitur possessium non est distinctum contra omnia alia nomina. 25

Item nomen possessium deriuatur a masculino, feminino, singulari et plurali. Sed nomen patronomicum deriuatur a masculino et singulari tantum. Ex hoc arguitur sicut prius, quia generale seu commune contra speciale non distinguitur. Sed nomen possessium est commune ad patronomicum, vt patet ex 30 immediate dicto, scilicet ex deriuationibus patronomici et possessiui, ergo etc.

Preterea. Nomen possessium non differt in specie a pronome possessiuo. Ergo multo minus distinguitur in specie contra alia nomina. Antecedens patet, quia nomen aliquod est possessium 35 et pronomen aliquod est possessium. Omne autem possessium idem videtur esse in specie cum omni possessiuo. Con-

sequentia apparet, quia plus differt vna pars orationis ab alia parte quam contenta sub vna et eadem parte differant ad inuicem. Nomen igitur possessuum per suum modum significandi non est distinctum in specie contra alia nomina.

⁵ Oppositum apparet per Priscianum et alios actores gramaticae, qui nomen possessuum distinguunt contra alia nomina, et constat ex dictis, quod non possunt ea distinguere nisi in specie et non nisi per suos modos significandi. Nomen igitur possessuum differt in specie ab aliis nominibus per suum modum significandi.
¹⁰

Ad istam questionem dicendum est, quod nomen possessuum differt in specie ab omnibus aliis nominibus necnon a pronomine possessiuo. Ad cuius intellectum sunt duo intelligenda. Primum est, quare inuentum est nomen possessuum. Secundum est, quid
¹⁵ sit nomen possessuum.

Circa primum sciendum est, quod nomen possessuum inuentum est propter eandem causam, propter quam inuentum est nomen patronomicum, scilicet causa brevitatis et commoditatis.
^{80 r II} || Breuius enim ostendimus de quolibet, cuius possessio sit,
²⁰ vno nomine, cum dicimus, iste est Priameius, quam per orationem, quando dicimus, iste est Priami filius vel seruus. Item aliquando commodius est vnum nomen possessuum ad euittandum errorem in accentu, in constructione et ceteris talibus, quam est vna tota oratio. Facilius enim est incidere in errorem
²⁵ in pluribus quam in vno, et per oppositum difficilius est euittare errorem in pluribus quam in vno et facilius est euittare in vno quam in multis. Adhuc causa commoditatis metri fuit inuentum possessuum. Commodius enim vt frequenter est possessuum ad ingredi eundem metrum quam est possessuum cum genituo
³⁰ alicuius cum primitiuo. Vnde hiis de causis inuentum est nomen possessuum.

Circa secundum intelligendum est, quod nomen possessuum est dictio significans personam possessoris possessionis per modum adiacentis seu dependentis ad possessionem determinatam puta
³⁵ ad seruum, gladium etc. Hoc enim est nomen possessuum.

Juxta quod nichilominus tamen intellige, quod quedam dicun-

tur possessive significatione et non terminatione, vt equester, quedam autem econuerso, scilicet terminatione et [non] significatione vt intraneus, extraneus etc., quedam vero et terminatione et significatione vt Priameius et Euandrius etc. De terminatione hic vim non facimus, sed solum de illo possessiuo hic intendimus, 5 quod vere et realiter rationem possessiui habet, et hoc est illud, quod dictum est.

Tunc ad questionem dicendum est, quod nomen possessiuum in specie differt et a nominibus et a pronomine possessiuo. Ab aliis quidem speciebus nominis differt, quia modum significandi 10 specificum habet, per quem est possessiuum, qui non contingit aliis speciebus nominis, scilicet modus adiacentis alicui tamquam possessiuum, vt prius dictum est. Nam per hunc nomen possessiuum est id, quod est, et per ipsum distinguitur tam a nomine patronomico quam ab aliis nominibus. 15

Circa quod tamen adhuc notanda est quadruplex differentia inter nomen patronomicum et possessiuum. Prima est, quod nomen patronomicum vt frequenter et stricte loquendo dependet ad filios vel nepotes, possessiuum vero et ad hec et ad omnia, que possidentur. Secunda est, quod patronomica etiam stricte 20 loquendo deriuantur a masculino, possessiua vero et a masculino et a feminino indifferenter. Tertia est, quod patronomica ad res rationales pertinent, possessiua ad omnes res. Quarta differentia est, quod patronomica tantum deriuantur a propriis nominibus etiam stricte sumendo vocabulum, possessiuum vero tam a pro- 25 priis quam ab appellatiuis. Et hic est aduertendum, quod cum dicimus, quod nomen patronomicum deriuatur a nomine proprio, hoc non est contra hoc, quod diximus nomen patronomicum contineri sub nomine appellatiuo, quia nomen patronomicum non deriuatur a proprio nomine secundum quod proprium est, 30 sed a nomine proprio patris secundum quod huiusmodi. Hic autem non est omnimoda appropriatio. Adhuc etiam nomen patronomicum habet modum dependentis ad filium vel nepotem, que appellatiua sunt denominando ipsa a patre, et adhuc largo modo loquendo || de patronomico possibile est, quod deno- 80 v I minet a patre vel a matre vel ab auo vel a matertera vel a fra-

35 possibile est] *repet. ms.*

tribus etc. Vnde patet, quod nomen possessuum differt in specie per suum modum significandi tam a nomine proprio quam ab aliis nominibus.

Item differt nomen possessuum a pronomine possessiuo, quia nomen possessuum habet modum essentie determinate apprehensionis dependentis ad alterum possidendo ipsum. Pronomen autem possessuum significat per modum indeterminate apprehensionis dependendo ad possessionem, ideo etc. Possessuum igitur nomen distinctum est in specie contra alia nomina per suum modum significandi, per quem etiam aliquo modo principiat constructionem eo modo, quo dictum est in aliis.

Ad argumentum primum in oppositum. Cum dicitur primo, si nomen possessuum esset distinctum in specie contra alia nomina, etiam esset distinctum in specie contra nomen patronomicum, concedatur. Et tunc dicatur ad minorem per interemptionem. Et ad probationem. Cum dicitur, quod nomen generale non distinguitur contra speciale, posset dici, quod quamvis id, quod est generale, non distinguitur contra id, quod est speciale, tamen ratio generalis distinguitur contra rationem specialis, vel concedatur illa maior. Et ad minorem. Cum dicitur, quod nomen patronomicum et possessuum differunt sicut generale et speciale, hoc potest negari, quia patronomicum significat per modum denominantis a patre, possessuum a possessore. Et adhuc cum dicitur ulterius, quod nomen patronomicum cum intellectu sui primi significat filios vel nepotes, nomen autem possessuum significat et hoc et omnia, que possidentur, dicendum, quod filius vel nepos duobus modis potest considerari, uno modo, in quantum est effectus generantis, alio modo in quantum generatus ab aliquo possidetur. Primo modo nomen patronomicum significat filium vel nepotem eo modo, quo dictum est supra. Secundo modo nomen possessuum significat filium vel nepotem. Aliter etiam potest dici, scilicet quod possessio duobus modis potest dici, videlicet proprie et communiter. Proprie enim dicitur possessio, quod inest ad modum possidentis et nichil est de quidditate ipsius. Alio modo potest dici possessio communiter illud, quod designatur per genitium, secundum quem modum

35 quidditate] quiditate ms.

dicitur in secundo minoris voluminis omnem constructionem genitiui esse possessoriam. Possessuum igitur primo modo sumptum distinguitur ex opposito contra nomen patronomicum. Tamen secundo modo potest dici, quod est quoddam totum ad ipsum, vnde dicatur ita vel aliquo predictorum modorum, ideo etc.⁵

Ad aliud. Cum dicitur nomen patronomicum deriuatur a masculino et a singulari tantum, posset dici, quod hoc est verum stricte vtendo vocabulo patronomici. Tamen extendendo vocabulum posset dici, quod patronomicum deriuatur et a masculino et feminino, quia a patre et a matre etc., vt prius dictum est. Vel concedatur totum id, et tunc arguitur sicut prius, quod generale non distinguitur contra speciale, respondendo aliquo predictorum modorum, sicut immediate dictum est.

Ad tertium. Cum dicitur, nomen possessuum non differt in specie a pronomine, ergo multo minus distinguitur in specie¹⁵ contra nomina, dicendum ad antecedens per interemptionem.

|| Et ad probationem. Cum dicitur, quod aliquod est nomen possessuum et aliquod est pronomen possessuum, verum est, sed hoc est per aliam et aliam rationem.

Et tu dicas, quod omne possessuum idem est in specie. Ad²⁰ hoc dicendum, quod falsum est, cuius falsitatis ratio satis patet ex predictis. Alter potest dici ad consequentiam per interemptionem. Et ad probationem. Cum dicitur, quod plus differt pars orationis ab alia parte orationis quam contenta sub eadem parte differant ad se inuicem, dicendum, quod plus differt pars²⁵ orationis a parte orationis quantum ad earum essentialia quam contenta sub eadem parte. Nichilominus tamen minus differt pars a parte quantum ad accidentalia quam diuerse species contente sub eadem parte ad se inuicem, quia nichil prohibet idem accidens commune consequi plura subiecta. Sic autem est³⁰ in proposito, quia tam nomini quam pronomini accidit esse possessuum, ideo etc.

De nomine comparatiuo.

Tunc queriter circa nomen comparatiuum, et primo queritur circa ipsum absolute. Secundo circa nomen comparatiuum³⁵

1 Prisc. XVIII 9 (Keil III p. 213).

queritur in comparatione ad alia. Circa nomen comparatiuum absolute queruntur duo. Primum est, vtrum nomen comparatiuum sit nomen ita quod aliqua species nominis. Secundum est circa diffinitionem nominis comparatiui.

⁵ **C**irca primum sic proceditur et videtur, quod nomen comparatiuum non sit aliqua species nominis, nam species partis orationis per suum modum significandi essentiale specificum distinguitur contra accidens partis, id est contra modum significandi accidentalem partis, vt nomen commune vel nomen proprium distinguitur a numero, genere, casu, que dicuntur accidentia nominis et non species nominis. Sed nomen comparatiuum accedit nomini, quod patet per Donatum, qui nomen comparatiuum ponit inter accidentia nominis. Nomen ergo comparatiuum non est aliqua species nominis.

¹⁵ Item est dare aduerbiū comparatiuum vt fortius, doctius, ergo non est dare nomen comparatiuum. Antecedens patet inducendo in multis aduerbiis comparatiuis. Consequentia probatur vt supra, quia diuersorum generum etc.

Preterea si nomen comparatiuum esset aliqua species nominis, ²⁰ aut significaret substantiam aut accidens, quia ista euacuant totum ens. Sed nomen comparatiuum non significat substantiam neque accidens. Non substantiam, quia substantia vt homo vel equus non recipit comparationem. Nec accidens, quia albedo et nigredo accidentia sunt et tamen non recipiunt comparationem. Nomen igitur comparatiuum non est species nominis.

Oppositum patet per Priscianum et alios actores gramatice, qui nomen comparatiuum distinguunt contra alias species nominis.

Item nomen absolutum est aliqua species nominis, ergo et ³⁰ nomen comparatiuum. Antecedens patet. Deus enim est nomen absolutum, et nomen absolutum species nominis est, vt dictum est supra. Consequentia patet per simile et etiam, quia absolutum et comparatiuum distinguuntur ex opposito. Talia autem videntur contineri sub aliquo vno genere, ideo etc.

12 Donati ars grammatica II 2 (Keil IV p. 373). 18 cfr. p. 465,30-31.

26 Prisc. II 27 (Keil II p. 60).

Ad istius questionis intellectum sunt tria intelligenda. Primum est, quid sit comparatio. Secundum est, que sit causa inuentoris comparationis. Tertium est, quot sunt gradus comparationis. ||

Circa primum est considerandum, quod comparatio alia est rei,^{87 r1} alia est vocis. Comparatio rei idem est quod susceptio huius,⁵ quod est maius, vel huius, quod est minus, et hoc est recipere intensionem et remissionem. Intensio et remissio *(habe)ntur* ex participatione alicuius forme sub a*(liquo)* gradu cum mixtione potentie ad gradum *(mai)orem* vel remissiorem illius forme. E*(x)* *(q)uo* sequitur, quod sola concreta comparantur, quia per talia¹⁰ significatur participatio forme a subiecto. Vtrum autem omnia concreta possint comparari ita quod in substantiis et accidentibus, postmodum habet videri. Comparari igitur realiter *(gra-)matice* loquendo idem est quod suscipere magis et minus loquendo logice. Comparatio vocis signum est comparationis rei, quia hec¹⁵ est inflexio seu declinatio dicta vocalis. Est enim *(vocalis compa-ratio)* proprietas, secundum quod ex vna voce formatur *(cer-tus et determinatus gradus)* comparationis. Vnde notandum est, quod quedam sunt *(part)es orationis*, que nec vocis nec rei comparationem habent vt pronomen, coniunctio et quedam pre-²⁰ positions. Pronomen, cum significet essentiam meram per modum indeterminate apprehensionis, non significat aliquid inesse alicui sub augmento vel diminutione seu intensione et remissione sub certo et determinato gradu comparationis. Coniunctiones etiam et quedam prepositiones, quia significant quasdam²⁵ circumstantias rerum indiuisibiles, comparari non possunt. Verbum autem et participium significantia res intensionales et remissionales, vt est amare, diligere et consimilia, quamvis vocalem comparationem non habeant, realiter tamen comparari possunt. Nomina etiam aduerbalia et interiectiones, quando sig-³⁰ nificant res intensionales et remissionales, comparari possunt. Patet igitur primum, scilicet quid sit comparatio.

Circa secundum, scilicet que sit causa inuentoris comparationis, intelligendum est, quod quedam sunt, que videntur inesse secundum diuersos gradus essendi seu modos predicandi in re. Ideo actores inuenientur comparationem sub diuersis vocibus ad significandum res illas sub diuersis modis significandi, secundum quod significantur cum augmentatione vel diminutione seu

sub intensione et remissione. Vnde notandum est, quod cum res, que aliquando comparatur, aliquando potest intellegi, vt non inest alteri, et sic non comparatur, aliquando autem intelligitur,
⁹ vt inest alteri, et sic comparatur, ideo quatuor voces inuente sunt ad significandum talem rem. Vna enim vox inuenta est ad significandum eam, vt non inheret nec sic comparatur, vt justitia. Alia est vox, que significat eam, vt inheret alteri simpli-
citer non determinando vtrum cum magis vel cum minus, et
10 significatur per hoc, quod est justus. Tertia est vox inuenta ad significandum ipsam, vt inheret cum magis vel cum minus circa terminum tantum, et sic || est hoc, quod est justior. Quarta est
87 r ii vox significans illam rem, vt inheret cum intensione vel remis-
sione in termino ita quod maxime, vt est hoc, quod est justissi-
mus.
15 Vnde patet, quod ille quatuor voces significant eandem rem alio et alio modo, et sic patet, propter quid sit inuenta comparatio, et hec ..

desunt reliqua.

III.

DE GRADIBUS FORMARUM

^{8 v i l. 19} »Eorum, que secundum nullam complexionem dicuntur,
singulum aut significat substantiam aut qualitatem
aut quantitatem, etc.«.

Ista oratio sic probatur:

5 Omne, quod significat, aut significat per modum entis abso-
luti aut per modum entis in alio, aut significat substantiam aut
qualitatem aut quantitatem etc. Sed singulum eorum, que
secundum nullam complexionem dicuntur, aut significat per
modum absoluti aut per modum relati seu entis in alio. Ergo
10 singulum eorum, que secundum nullam complexionem dicuntur,
aut significat substantiam aut qualitatem, et sic de aliis.

Contra: Materia est de numero eorum, que secundum nullam
complexionem dicuntur. Sed materia non significat substantiam
nec qualitatem etc. Ergo non singulum eorum, que secundum
15 nullam complexionem dicuntur, aut significat substantiam aut
qualitatem aut quantitatem etc. Minor patet, quia nichil signi-
ficat substantiam uel qualitatem etc., nisi quod habet formam
seu actum substantialem uel accidentalem. Sed materia nec
habet actum substantialem nec accidentalem de se, sed est in
20 potentia ad utrumque. Ergo etc.

Item: Entia rationis sicut intentiones nec significant substan-
tiam nec qualitatem nec aliquod accidentium, que sunt in decem
generibus rerum. Ergo etc.

Ad hoc dici potest, quod hoc, quod est singulum, uel potest
25 supponere pro ente simpliciter extra intellectum uel pro ente

1 Eorum] *supra versum tertia manu*: jncipit de gradibus formarum *Bp.*
dicuntur] *om. Bp.* 3 etc.] et sic de aliis *Bp.* 4 *Ista*] Et ista *Bp.* 5 entis]
om. Bp. 6-7 aut qualitatem] *om. Pa.* 9 seu] siue *Pa.* 11 qualitatem]
quantitatem *Pa.* 14-16 eorum—etc.] etc. *Pa.* 16 qualitatem] quantitatem *Pa.*
17 quod] *om. Bp.* 18 nec] non *Pa.* 24 dici potest] dicendum est *Pa.*

diminuto, quod est ens apud animam. Primo modo est vera et secundo modo est falsa.

Ad hoc, quod arguitur, dicendum, quod materia significat substantiam in potentia. Et ad probationem dicendum, quod materia habet actum substantiale in potentia, et propter hoc ⁵ est substantia in potentia. Rationes alie uidentur procedere suis viis.

Circa sophisma propositum tria proponuntur generaliter inquirenda: Primo circa posita in predicto sophismate; secundo circa probationem, vtrum scilicet predicamenta distinguantur sufficienter per modos predicandi, qui sunt esse in se et esse in alio; tertio circa improbationem, vtrum scilicet res intentionales cadant in predicamentis.

Circa posita in sophismate primo queritur circa substantiam, secundo circa quantitatem, tertio circa qualitatem, et sic deinceps.

Circa substantiam in generali tria proponuntur in genere: primo circa principia substantie, secundo circa ipsas substantias, tertio circa passiones seu proprietates substantie.

Adhuc circa principia substantie tria intendimus querere, ²⁰ nam principia substantie sunt duo, scilicet materia et forma. Ideo primo queritur circa principium, quod est forma, et est, vtrum individuum substantie, quod est Socrates, sit Socrates et homo et animal et corpus et corpus animatum et substantia per unam formam substantiale uel per aliam et aliam, et hoc est querere ²⁵ de gradibus in formis. Secundo de materia queritur, || et est, ^{8 v II} utrum materia sit substantia. Tertio queritur quoddam commune adhuc et est, quod, cum in quolibet genere sit dare aliquod primum, quod sit mensura omnium aliorum illius generis, prop-

1 est^{1]} om. Bp. 3 hoc] om. Bp. 4 Et] om. Bp. quod] om. Bp.

8 sophisma] spo^u Bp. 9 Primo] primum Pa. predicto] dicto Bp. sophismate] pho^u Bp. secundo] secundum BpPa. 11 sunt] est Bp. 12 et esse] uel Bp. tertio] tertium Pa. 13 cadant] cadent Bp. 14 sophismate] sphote Bp. 15 circa—tertio] om. Pa. qualitatem] quantitatem Pa. deinceps] de aliis Pa. 17 in genere] inquirere Pa. 18 ipsas] om. Pa. 19 seu] vel Pa. substantie] om. Pa. 20 querere] inquirere Pa. 22 Ideo] om. Pa. 23 Socrates²] forma Bp. 24 et substantia] om. Bp. 25 querere] inquirere Pa. 26 de materia] circa materiam Pa. 28 adhuc et est, quod, cum in] quia cum Pa.

ter hoc queritur, utrum illud minimum seu mensura sit principium substantie, quod est materia uel forma uel substantia aliqua composita uel deus.

Circa substantias in se tria inquiruntur: primo circa genus,
⁵ scilicet utrum nomen generis, puta animalis, significet plures quidditates suarum specierum ita quod uel omnes uel aliquas uel vnam tantum uel nullam. Secundo queritur circa speciem, et est, utrum nomen speciei, puta hominis, significet suppositum determinate uel indeterminate. Tertio circa individuum duo
¹⁰ dubitantur: primo de principio individuationis, vtrum scilicet hoc sit materia uel forma uel quantitas significata: secundo vtrum nomen individui, puta Socratis uel Platonis, significat tantum quod quid est, quod significat species, uel aggregatum ex conditionibus individuantibus et ex eo quod quid est.

¹⁵ Circa proprietates substantie duo inquirantur, quorum vnum sequitur ad alterum, et est primum, vtrum substantie sit aliquid contrarium; secundum est, vtrum substantia suscipiat magis uel minus.

Prima igitur questio est, utrum Socrates sit Socrates et homo
²⁰ et animal et corpus etc. per eandem formam substantialem uel per aliam et aliam. Et arguitur primo, quod per vnam et eandem formam substantialem, quia illud, cuius esse consistit in quodam esse individuibili, ipsum est ens per vnam formam substantialem tantum. Sed esse substantie consistit in quodam esse
²⁵ individuibili. Ergo substantia, que est Socrates, est Socrates et homo et animal per vnam formam substantialem. Maior patet,

3 uel deus] *om. Pa.* 4 in se] *om. Pa.* 7 tantum] *post nullam Bp.* speciem] proprietatem *Pa.* 9 Tertio] *om. Pa.* 11 significari] *om. Bp.* 12 puta] *om. Bp.* uel Platonis] *om. Pa.* 13 est] *om. Pa.* quod] *om. Bp.* 18 uel] et *Pa.* minus.] Hic incipit A.

19 Socrates^{2]} forma *Bp.* et homo] *om. Pa.* 21 uel] aut *Pa.* quod] *om. Bp.* 22 illud] *om. Bp.* 23 quodam] aliquo *Pa.* esse] *alio Bp.* substantialem] *om. Bp.* 24 quodam esse] *om. Bp.* 25 Socrates^{1]} forma *Bp.* que add. *Pa.* 25-26 Socrates²-animal homo etc., est *Pa.*

16-17 cfr. Boethius in categ. Arist. I (PL 64,195 D); Categ. 5.3b. 17-18 cfr. Boethius in categ. Arist. I (PL 64,196 D); Categ. 5.3b-4a.

quia in ininduisibili non sunt gradus. Minor patet per philosophum octauo metaphysice, qui substantias comparat numeris, dicens, quod sicut per additionem indiuisibilis, quod est vnitas, et per subtractionem eius numerus mutat suam speciem, ita per additionem et subtractionem forme substantialis diuersificantur entia substantialiter.

Preterea: Quod habet multas formas substantialiter, non est vnum substantialiter, sed multa substantialiter. Si ergo Socrates haberet vnam formam substantialiem, qua est homo, et aliam, per quam est animal et corpus etc., tunc Socrates, qui est vnum¹⁰ substantialiter, esset multa entia substantialiter, quod est inconueniens.

Item: Si alia esset forma generis, per quam aliquid est animal, et alia, per quam aliquid esset rationale seu homo, sequeretur, quod diffinitio non esset vna, quod est falsum. Consequentia¹⁵ patet, quia diffinitio constat ex genere et differentiis, que sumuntur a diuersis formis per positionem.

Item: Differentia significat totum ita quod totam naturam speciei, quod non esset, si alia esset forma speciei et alia generis. Ergo etc.

Item: Generatio differt ab alteratione. Sed si in eodem essent²⁰ plures forme substantiales, non differret generatio ab alteratione, quod est inconueniens. Ergo etc. Maior patet per philosophum primo de generatione, quia generatio habet substantialiam in potentia et alteratio habet substantialiam in actu. Minor patet, quia, cum generatio sit introductio forme substantialis, tunc²⁵ si Socrates prius esset animal per formam animalis substantialiter, cum forma speciei introducetur in ente in actu, tunc generatio esset alteratio.

³ dicens] om. Bp. ⁴ per] eius Bp. eius] om. Bp. suam] om. Bp. ⁵ substantialis] substantialies Bp. ⁶ entia] essentie A. ⁷ Preterea] Item A. est] om. Bp. ⁹ substantialiem] substantialiter Pa. qual que Bp. ¹⁰ per quam] qua Pa. et corpus] om. Pa. Socrates] Sortes Bp. ¹¹ entia] om. Pa. ¹⁴ alia] aliam Bp. aliquid] om. Pa. ¹⁶⁻¹⁷ que sumuntur a diuersis formis per positionem] om. Bp Pa. ¹⁹ esset¹] est Pa. esset²] sit Pa. ²⁴ et] om. Pa. habet substantialiam] uero Pa. ²⁴⁻²⁸ Minor-alteratio] Sed si in materia precedit forma substantialis generis formam substantialiem speciei, tunc generatio esset alteratio A. ²⁶ esset] est Bp. ²⁷ cum] quod Bp. ente] et add. Bp. tunc] om. Pa.

1-4 Metaphysica VIII, 3. 1043b, 36 s. 22-24 De generatione et corruptione I, 3. 317a-b; I, 4. 319b-320a.

Item: Omne, quod aduenit enti in actu, est accidentis. Sed forme posteriores adueniunt enti in actu, quod est ens per formam priorem. Ergo forme substantiales essent accidentia, quod falsum est. Ergo etc.

5 Item: Sicut actio fecit scire formam, ita transmutatio fecit scire materiam. Sed si in eodem essent plures forme substantiales, tunc non esset probata natura materie prime, quia semper ante formam quamcumque esset alia forma prior. Sed hoc est inconueniens. Ergo etc.

10 Item: Si essent plures forme substantiales in eodem, partes diffinitionis non possent predicari in quid de diffinito, quod falsum est. Consequentia patet, quia pars non predicatur de toto. Sed si essent plures forme substantiales in eodem, ita quod vna prior et communior et alia posterior seu specialior, tunc 15 genus vnam importaret et differentia aliam tamquam partes diuersas speciei. Ideo etc.

9 r I Item: Generatio, que // est terminus alterationis, est in instanti. Sed si essent plures forme substantiales in eodem, ipsa generatio esset in tempore, quia gradatim proceditur a prima 20 forma ad ultimam, quod tamen falsum est. Ideo etc.

Item adhuc: Quandocumque aliqe differentie condiuidunt aliquod genus, si vna illarum inest vni, altera illarum inheret eius opposito. Sed genus substantie diuiditur per actum et potentiam, et potentia pura inest materie prime. Ergo et actus 25 purus inheret forme. Si sic, ergo non est dare formas medias.

Item: Quod est primum in generatione, est ultimum in resolutione. Ergo si prius est Socrates corpus quam animal et animal

1 Omne] om. Bp. 1-2 est—actu] om. Bp. 2 est] om. Bp. 3-4 quod—est] et hoc est falsum Bp. 5 fecit^{1]} facit Bp. 5-6 fecit scire] om. ABp. 7 tunc] om. A Pa. probata] cognita A. 8 prior] Questio Johannis Daci in margine inferiore add. A. 8-9 Sed—inconueniens] om. APa. 14 posterior seu] om. Pa. 16 diuersas] diuise Bp. 18 ipsa] om. Pa. 19 in] eodem add. Pa. gradatim] gradum Bp. 19-20 proceditur a prima forma ad ultimam] om. BpPa. 20 tamen] om. Pa. 21 Item] om. Pa. condiuidunt] diuidunt Pa. 22 ali- quod] idem A. illarum^{1]}] om. Pa. illarum^{2]}] om. BpPa. 23 eius] om. BpPa. 24 prime] om. Bp. 25 inheret] inest Pa. 27 Socrates] Sortes Bp.

5-6 cfr. Averroes, Metaphysica VIII, com. 12. 26-27 cfr. Ethica Nic. III, 5.1112b, 23-24.

prius quam homo, ergo in resolutione seu in corruptione corrupto homine debet remanere animal, quod est falsum. Quare etc.

Item: Si essent plures forme in eodem, sequeretur, quod accidentia precederent formam substantialem, quod falsum est. Probatio consequentie est, quia, si Socrates prius esset corpus ⁵ quam animal uel homo, cum corpus sit quantum, tunc quantitas precederet formam substantialem hominis vnde huiusmodi, quod falsum est, ideo etc.

Iste sunt rationes efficaciores, ad quas alie, si fiant, reducibles sunt.

10

Oppositum arguitur sic, quia illud, quod prius tempore uel natura uiuit vita plante quam vita animalis et prius uita animalis quam vita hominis seu bouis uel leonis, illud prius habet formam, qua est corpus animatum, quam formam, qua est animal uel qua [est] homo. Sed Socrates est huiusmodi, ¹⁵ quod patet per philosophum in sexto decimo de animalibus, qui dicit, quod fetus in matrice mulieris prius viuit vita plante quam vita animalis, deinde autem vita speciei, puta bouis uel leonis. Quare etc.

Item: Que differunt sicut complete et incomplete substantias ²⁰ realiter significantia, diuersas formas substantiales important. Sed genus et species seu differentia sunt huiusmodi, sicut patet in septimo methaphysice, vbi dicitur, quod sicut in re diffinibili est aliquid habens rationem potentie et aliud rationem actus, ita in diffinitione genus tenet locum potentie et differentia ²⁵ locum actus. Sed constat, quod genus non habet rationem pure potentie nec differentia rationem completi actus. Ergo etc.

1 prius] om. Pa. in corruptione] resolutione Pa. 4 substantialem] in materia add. A. 5 est] om. Pa. 6 tunc] om. Pa. 7 substantialem] om. Pa. 9-10 efficaciores—sunt] magis efficienes A. 9 fiant] fierent Pa.

11 sic] om. Pa. 12 quam vita animalis] om. Pa. 13 uel leonis] etc. Pa. 14 animatum] om. Pa. 15 animal] corpus animatum Pa. qua] om. Pa. Sed] substantia uel Bp. 16 sexto] septimo Bp. 17 matrice mulieris] matre A Pa. 18 deinde autem] demum Bp. 19 leonis] hominis Pa. Quare] Ergo Pa. 20 complete et incomplete] completum et incompletum Pa complexum et incomplexum Bp. 22 seu] et Pa. sicut] ut Pa. 23 vbi] ibi Bp. sicut] om. Bp. 25 differentia] om. A Pa. 27 etc.] est nec medium A.

16-18 De generatione animalium II, 3.736b (Ditmeyer p. 51). 23-26 Metaphysica VII, 12; cfr. Averroes, Metaphysica VII, com. 24.

Item: Anima sensitiva in homine et in quocumque alio aut est potentia pura aut actus specificus aut potentia permixta actui siue forma media. Sed constat, quod non est potentia pura, quia materia, cuiusmodi est potentia pura, non est cognoscitiva seu receptiva specierum sensibilium, sed magis ipsorum sensibilium. Nec est actus speciei, puta hominis uel cuiuscumque talis. Quare relinquitur, quod erit forma media. Vnde sensus forma est subiecti, quod informat, in potentia tamen existens respectu forme specificie nec non et respectu specierum sensibilium. Ideo etc.

Ad hanc questionem omissis positionibus multis, quarum rationes adducte sunt, sine preiudicio sententie melioris dicendum est, quod in Socrate sunt plures forme substantiales: vna scilicet, per quam est homo, et alia, per quam est animal, et sic deinceps, quarum vna est completiva, que specifica dicitur, alie autem dispositivae seu potentiales respectu eiusdem sunt, quamquam sint actuales respectu materie subiecte. Et hoc declaratur ad presens nouem rationibus, quarum sunt quedam speciales ad hominem, quedam vero vniuersales ad omnes species substantiarum generabilium et corruptibilium. Prima autem istarum rationum sumitur ex hominis generatione, secunda ex eius corruptione, tertia ex alteratione seu ex transmutatione, quarta ex corporis mixtione, quinta ex organizatione, sexta ex corporis dispositione, septima ex hominis inclinatione, octaua ex membrorum distinctione, nona ex substantiarum intellectione.

Prima est ista: Homo generat hominem et sol, secundum philosophum secundo physicorum. Homo igitur generatur. Sed terminus generationis non est materia, sed forma in materia, que accipit nouum complementum. Hoc autem non est anima

1 Anima] Omnia *Bp.* et] vel *Pa.* 2 est] eius *Bp* in *add.* *Pa.* potentia²] om. *Bp.* 4 cuiusmodi] eius *Bp.* est²] om. *Bp.* 5-6 sed—sensibilium] om. *Bp.* 6 Nec] Non *Pa.* 8 subiecti] substantia *Bp.* tamen] om. *Bp.* 9 et] om. *Bp.*

11 hanc] istam *Pa.* omissionis] obmissis *Pa.* 14 et¹] om. *Pa.* 15 sic] om. *Bp.* 16 sunt] om. *Bp.* 17 quamquam sint actuales] actuales autem *Pa.* 18 sunt] om. *Pa.* 22 ex²] om. *Pa.*

rationalis, quia ipsa per generationem non datur, sed aduenit ab extrinseco secundum philosophum sexto decimo de animalibus. Ergo in homine est alia forma, que generatur, quam anima rationalis: || quare sunt due forme in homine, quarum vna datur ^{9 r II} per generationem et alia datur ab extrinseco. ⁵

Ad hoc volunt dicere illi, qui opinantur contrarium, quod in corpore ante aduentum anime rationalis prius erat forma alia, sed quia generatio vnius est corruptio alterius, ideo dicunt, quod adueniente forma vltima recedit prior, et forma ultima facit, quod faciunt omnes forme precedentes, ita quod forma ¹⁰ corporis dat esse substantiale et corporale, et adueniente anima vegetatiua deficit forma corporis, que prius erat, et tunc vegetatiua dat esse substantiale, corporale et vegetable; ita etiam ulterius sensitiuia, cum aduenit, dat esse corporale et vegetable [et sensituum]; et vltimo anima intellectiuia hec omnia esse ¹⁵ dat et cum hoc dat esse intellectuale.

Si hic dicatur: duco ad inconveniens sic, quia ante formam vltimam sunt forme medie inter primam materiam et vltimam formam, tunc arguitur: nichil naturale fit frustra seu a casu et preter intentionem, sed fit propter finem et nature inclinationem. ²⁰ Vnde philosophus dicit secundo physicorum: natura non agit propter materie necessitatem, sed propter finis intentionem. Et si aliquando deficiat, hoc est propter materie corruptionem, ut patet in monstris. Cum ergo videamus, quod natura ex semine hominis formet formam vegetabilis, sensitui et huiusmodi, con- ²⁵ cedendum est, quod hoc sit propter finem, qui est anima rationalis. Sed forma et finis idem sunt, ut scribitur eodem secundo physicorum.

1 quia] quare *Bp.* generationem] rationem *Bp.* aduenit] om. *Bp.* 1-3 sed-
animalibus] om. *A.* 5 datur] data est *Pa.* 6 opinantur] oppinantur *Bp.*
11 anima] om. *Bp.* 12 deficit—vegetatiua] om. *Bp.* 13 vegetable] vegi-
table *Pa.* 13-14 ita—vegetable] om. *APa.* 15 vltimo anima intellectiuia]
ulterius anima vegetatiua *Pa.* 16 dat] om. *ABp.* 17 hic] hoc *Bp.* sic]
om. *APa.* 18 inter] preter *Pa.* 20 propter] preter *Bp.* 23 aliquando] hoc
add. *Bp.* 24 natural] hominis add. *Bp.* 25 formam] om. *Pa.* 26 propter]
ad *Pa.* 27 sunt] om. *ABp.*

1-3 De generatione animalium II, 3. 736b (Dittmeyer p. 52). 8 cfr. De genera-
tione et corruptione I, 3. 319a. 19-20 cfr. De anima III, 9. 432b, 21-22; De caelo
et mundo I, 4. 271a, 33. 21 Physica II, 8. 199a-b. 27-28 Physica II, 7. 198b; 8. 119a.

Et tunc arguitur vterius: iste finis aut accipitur ex comparatione anime rationalis ad materiam uel ad causam efficientem; non ad materiam, quia materia corporis non est propria et determinata anime rationali absque alia forma, alioquin prima 5 materia uel lapis informari posset anima rationali, quod est inconueniens. Ergo oportet, quod illa forma sic disponens materiam simul stet cum anima rationali sicut potentia cum forma.

Idem etiam patet per comparationem ad agens, quia, cum materia de se sit indifferens ad omnem formam et actus proprius 10 non sit nisi in propria materia, quero igitur, quid est illud, quod appropriat materiam primam ad hanc formam determinatam? Non agens extrinsecum. Probatio: quia agens extrinsecum non inducit formam nisi in materia disposita. Ergo aliqua forma precedit et disponit respectu agentis et actionis ad formam 15 vltimam. Vnde nisi aliquod agens aliquid imprimeret materie prime, quod recipit ab agente, materia non esset plus determinata per agens quam per se ipsam. Illud igitur, quod ipsam appropriat, oportet esse in ea, siue influatur ab extrinseco siue educatur ab intrinseco siue partim ab intrinseco et partim ab ex- 20 trinseco. De illo quero, cum non sit aliqua materia, erat igitur aliqua natura formalis ergo substantialis aut accidentalis? Non accidentalis, quia subiecta materia cum forma est causa omnium accidentium, que sunt in ea, ut scribitur primo physicorum. Et preterea: secundum esse presupponit primum. Sed accidentia per- 25 ficiunt subiectum in esse secundo. Et item: ens in actu est subiectum accidentium, ens in potentia est subiectum forme substantialis. Ideo etc.

Si autem dicatur, quod sit forma substantialis, que appropriat, aut igitur manet adueniente vltima forma aut non. Si manet, 30 habeo propositum. Si non manet, ergo cum recedente dispositione materia redditur indisposita. Non erit plus appropriata

4 anime] anima *Bp.* 8 Idem etiam] Item *Bp.* 10 nisi] *om. Pa.* 13 inducit] habet *Pa.* materia disposita] materiam dispositam *A.* forma] materia *Pa.* 17 ipsam] ipse *Bp. om.A.* 18 educatur] inducatur *Pa.* 20 aliqua] alia *Bp.* 22 causa] *om. Bp.* 23 eaj equo *Bp.* 25 subiectum in esse secundo] quantum ad secundum esse *A.* item] iterum *Bp.* 27-28 Ideo—substantialis] *om. Bp.* 29 non] manet add. *Bp.* 31 redditur] manet *A.*

huic forme quam cuicunque alteri, quia ablata causa appropriationis debet auferri eius effectus, scilicet ipsa appropriatio.

Et item: Cum illis dispositionibus nichil sit contrarium, non potuerunt corrupti a contrario. Et hoc patet, quia ipse dispositiones fuerunt cause proportionis et assimulationis materie ad ⁵ formam. Nec per defectum subiecti corrupti, quod patet. Ergo nullo modo. Simul igitur manebit forma prior et actio, qua inducit formam ultimam, et ipsa forma || vltima in eodem ^{9 vi} instanti, quia forma substantialis vltima dat esse in instanti. Sed qua ratione materia habet simul esse sub diuersis formis ¹⁰ in illo instanti, eadem ratione et in alio.

Item: Forma prior est dispositio respectu agentis. Ergo est consona actioni agentis et non contraria. Quare magis confert ad actionem agentis et ad productionem forme vltime quam noceat, et agens producens formam ultimam actione sua tollit ¹⁵ contrarium sibi et perficit, quod inuenit sibi consonum. Ergo adueniente forma vltima prior forma non corruptitur, immo potius perficitur. Cuius etiam signum est, quod forma posterior introducitur, quando accidentia prioris forme vigent, nec uide-mus illa deficere, quando forma posterior introducitur, ergo ²⁰ nec forma substantialis, ex quibus causantur, immo quanto sunt in maiori complemento, tanto et eorum forma magis completetur; non ergo corruptitur, sed simul manent forma complens et completa.

Preterea: Est dare instans, in quo forma generatur, secun- ²⁵ dum philosophum in physicis. Accipiamus ergo instans, in quo forma prior ut forma mixti generatur, et sit instans illud a. Forma ergo ultima generatur in instanti, aut ergo in a aut in alio. Si in a, ergo simul sunt forma prior et posterior. Si in alio, aut manet forma prior, aut non. Si manet, habetur propositum. ³⁰ Si non, tunc forma prior non est dispositio respectu agentis et

⁵ proportionis] appropriationis *Pa.* et assimulationis] *om. Bp.* ⁹ quia forma —instanti] *om. Bp.* ¹² est dispositio] *om. Bp.* ¹³⁻¹⁴ et—agentis] *om. Bp.* ¹⁵ agens] et add. *Bp.* ¹⁷ forma^{2]}] *om. Pa.* ¹⁸ quod] quia *Pa.* ¹⁹ introducitur] *om. Bp.* ²⁰ illa] *om. Bp.* ²¹ sunt] fuerint *Pa.* ²³ forma] *om. Bp. Pa.* ²⁵ Preterea] Item A. ²⁷ forma^{1]} generatur add. *Bp.* illud] *om. Bp.* ²⁸ ergo^{1]} etiam *Bp.* ²⁹⁻³⁰ Si²—propositum] *om. Pa.*

respectu sue actionis, quod est contra dicta probata superius. Et sic completur ratio, que accipitur ex parte generationis.

Secunda ratio ex parte corruptionis hominis sumpta est ista: nam secundum philosophum in de celo et mundo omne generatum corruptibile est et aliquando corrumpetur. Sed homo est generatus. Ergo homo corrumpetur, quod patet ad sensum. Sed si in Socrate est tantum vna forma substantialis, nunquam corrumpetur. Cuius probatio est: nam anima rationalis est incorruptibilis, ut probat philosophus tertio de anima, et materia prima etiam est incorruptibilis et ingenita, ut probatur primo physicorum. Si ergo materia prima sine alia forma est anime rationali proportionalis, et econuerso, remanente proportione inter ipsa, forma, que est anima, non corrumpetur seu separabitur; cum igitur videamus animam a corpore separari, concedendum est, quod hoc est propter corruptionem alicuius in corpore, quo materia determinatur ad receptionem forme siue ipsius anime. Nam materia naturaliter inclinatur ad formam et forma ad materiam, et maxime incorruptibilis ad maxime incorruptibilem et nobilissimam. Sequitur ergo ex dictis, quod homo sit incorruptibilis.

Si dicatur, quod non valet, quia hec forma, que est anima, relinquit priuationem in materia, que inclinatur ad maleficium, et anima etiam rationalis appetit esse separatum et esse nobilium; contra: si immediate anima rationalis vnitur materie prime, tunc statim post suam vunionem fiet eius separatio. Non enim est maior ratio, quod separetur post centum annos quam post vnum diem.

Si autem dicis, quod inmediate vnitur anima rationalis materie, aut ergo mediante forma substantiali educta de potentia materie habente contrarium et relinquente priuationem in mate-

³ ratio] que accipitur add. Pa. sumpta] om. Pa. ⁶ quod—Sed] om. Bp.

⁷ si—corrumpetur] om. Bp. ¹⁰ etiam] om. Pa. probatur] patet A. ¹² proportionalis] proportionabilis Bp. ¹³ ipsa, formal] ipsam formam Bp. corrumpetur] corrumperetur Bp. separabitur] generaretur BpPa. ¹⁴ igitur] om. Bp. ¹⁶ forme] om. Bp. ²¹ Si] igitur add. Bp. est] animal add. Bp.

²² inclinatur] machinatur A. ²³ etiam] om. Pa. ²⁵ fiet] habetur A. ²⁶ quod] quare A. post¹] om. Bp. ²⁷ vnum] primum A. ²⁸ dicas] dicas Pa.

4-5 De caelo et mundo I, 12. 281b, 25 ss. 9 De anima III, 5. 430a; cfr.

I, 408b, 18-19. 10-11 Physica I, 9. 192a, 27-29.

ria, quod est propositum, aut mediante forma accidentalis, quod non est intelligibile; inmediatius enim vniuntur, que faciunt vnum per essentiam, quam illa, que faciunt vnum per accidens.

Item: Anima rationalis non habet contrarium in materia, quia non educitur de eius potentia. 5

Item: Anima rationalis priuationem non potest relinquere, ex quo ipsa est nobilior quam forma celi, que hoc non facit, supposito quod inmediate vniatur materie prime. Ideo etc. Ex corruptione ergo hominis patet, quod sint plures forme substantiales in eo. 10

Preterea: Hoc idem declaratur in aliis ab homine. In asino et bove in \parallel terfecto caro enim et os et omnes partes etherogenee 9vii aut differunt substantialiter aut accidentaliter. Non accidentaliter tantum ita quod in solis accidentibus; tunc enim nutrire non possent, nam materia cum solis accidentibus non nutrit. 15 Ergo differunt per alias naturas formales substantiales, aut ergo per formas substantiales per interfectionem subito introductas, aut per formas preexistentes licet paulatim ad corruptionem tendentes. Non primo modo, quia tunc esset violentia potentior quam natura in generando subito tot substantiales 20 naturas diuersas, quas natura per plures menses uel per plurimas fecit transmutationes. Si secundo modo, ergo, cum non differunt per formam anime nec sensitiae nec vegetatiue, preexisterunt alie in materia illis exeuntibus, quod est propositum.

Tertia ratio, que sumitur ex humani corporis alteratione et 25 transmutatione, est illa, quia secundum philosophum forma substantialis habet materiam actualiter et forma accidentalis habet subiectum in actu completum. Ita generatio forme substantialis habet materiam, que in potentia est, alteratio autem

² enim] *om. Bp.* vniuntur] illa *add. A.* ⁴⁻⁵ Item—potentia] *om. Bp.* ⁶ priuationem] *om. Pa.* ⁷ facit] potest facere *A.* ⁸ prime] *om. Bp.* corruptione] generatione *ABp.* ¹¹ Hoc] *om. Bp.* homine] *et add. Bp.* ¹² etherogenee] etherogenie *Bp.* ¹³ aut¹] *om. A.* ¹⁴ in solis accidentibus] in aliqua sola forma substantiali *A.* ¹⁴⁻¹⁵ tunc—nutrit] *om. A.* ¹⁷ substantiales] *om. Bp.* subito] subitam *Bp.* ²⁰ potentior] potior *Pa.* ²¹ uel] *et Bp.* per] *om. Bp.* ²⁴ in] *om. Bp.* materia] materiam *Bp.* ²⁵ sumitur] *om. Bp.* ²⁷ actualiter] *om. BpPa.* et forma accidentalis] *om. A.* ²⁸ habet] *om. Bp.*

habet substantiam in actu. Ergo si in homine est tantum anima rationalis et non alia forma substantialis in actu, sequitur, quod subiectum transmutationis non erit in homine ut calefactionis et infrigidationis, putrefactionis et huiusmodi; uel erit dare necessario, quod anima suscipiat peregrinas impressiones, que disponant ad corruptionem sui, quod falsum est. Anima enim rationalis est omnino incorporalis et incalafactibilis et omnino inalterabilis. Ergo de necessitate est in homine forma alia, ex cuius vnione cum materia fit subiectum transmutationis.

10 Quarta ratio, que sumitur ex corporis mixtione, est hec: Nam corpus mixtum est ex elementis. Mixtio autem est mixtibilem alteratorum vnio, quia in mixto non fit mixtio secundum naturam ita, quod est formarum precedentium corruptio et sequentis generatio, nam sic mixtio nichil aliud esset quam generatio, quod falsum est. Nam secundum philosophum mixtio non est mixtibilem corruptio nec ipsorum generatio. Ergo forme elementorum essentialiter sunt in mixto, quod ostendunt etiam elementorum actiones nec non et eorum passiones. Et hoc voluerunt Averroys et Avicenna, scilicet quod forme elementorum in mixto maneant. Et sic in homine est forma rationalis et elementi mixti etc.

Ad hoc volunt quidam dicere, quod forme elementorum sint in mixto virtualiter solum et non essentialiter, scilicet quoad qualitates elementorum, que sunt in mixto remisse, in quibus est virtus elementorum seu formarum elementarium. Et huiusmodi qualitas est propria dispositio ad formam substantialem corporis mixti, puta lapidis uel ligni, uel anime rationalis uel cuiuscumque alterius forme.

1 substantiam] subiectum *Pa.* 1-2 Ergo—actu] *om. Bp.* 2 sequitur] sequeretur *Bp.* 3 erit] sit *Pa* est *A.* 4 infrigidationis] frigidationis *Bp.* dare] *om. Pa.* 7 omnino] *om. Bp.* et¹] *om. Bp.* 9 transmutationis] transmutationum *Bp.* 12 naturam] materiam *Pa.* 13 sequentis] subsequentium *A* sic entis *Pa.* 15 Nam] quia *Bp.* philosophum] Aristotelem *A.* 16 est] *om. Pa.* 17 quod] quia *Bp.* 18 nec non] immo et *Pa.* 20 sic] ita *A.* 22 volunt quidam dicere] dicunt *A.* sint] sunt *APa.* 24 que] *om. Pa.* 24-25 in—elementarium] que virtualiter continent formas elementorum *A.*

19 Averroes, de celo et mundo III, com. 67. Avicenna, de animalibus XII, c. 1.

Istud non valet, quia sic sunt mixtibia in mixto, sicut mixtum est mixtum. Sed mixtum est actu mixtum. Ergo mixtibia sunt actu in mixto. Si enim mixtibia essent virtute in mixto, ergo et mixtum esset virtute mixtum, quod falsum est.

Item: Passiones proprie arguunt suum subiectum proprium.⁵ Sed in mixto sunt proprie passiones elementorum, ut qualitates prime, quamuis remissem. Ergo elementa sub formis suis erunt in mixto, quamquam remissa.

Et preterea: Illud, quod dictum est, contra intentionem philosophi est, qui uult, quod prime qualitates non sunt mixtibiles,¹⁰ ymo elementa. Quare etc.

Quinta ratio ex organizatione sumpta est illa, quia, secundum philosophum secundo de anima, anima est actus corporis organici physici etc. Sed omne || corpus physicum cum hac quantitate^{10 r1} habet formam substantiam corporalem. Ergo preter animam est in corpore animato aliqua alia forma substantialis.

Ad hoc, si dicatur, quod anima est actus corporis physici etc., sicut lux est actus lucidi, non quia lucidum sit lucidum in alio ab habente lucem, sed in eodem habente lucem, ita etiam anima est actus corporis physici organici etc., non quia corpus organizatur per aliud ab anima, immo per ipsam animam corpus humanum est organizatum vnum; contra: ad sensum videmus, quod post separationem anime corpus manet sub eadem figura, in qua prius erat, nec in alteratione seu separatione noua forma datur vnde huiusmodi, nec est ibi anima rationalis. Quia non est extra corpus, quod sibi proprium est, ergo est ibi aliqua alia forma, qua corpus prius subsistebat et qua organizatum erat, sicut manifestum est.

1 Istud] Illud *APa.* sunt] *om. Bp.* 3 virtute] in virtute *add. Bp.* 5 proprie] anime *A.* 9 Et preterea] Item *A.* 10 uult] dicit *Pa.* 11 etc.] dicta ratio nulla omnino *A.* 12 organizatione] organicatione *Bp.* illa] *om. Bp.* 14 hac quantitate] habet quantitatem *Bp.* 15-16 Ergo—corpo] *om. Bp.* 17 Ad hoc] Quid *Bp.* 19 ab] *om. APa.* sed—lucem] *om. BpPa.* 20 organici] *om. APa.* 21-22 corpus humanum] *om. Pa.* 23 figura] forma *Pa.* 24 alteratione] abscisione *Bp.* 25 huiusmodi] non *add. Pa.* ibi] ut vnde huiusmodi *add. Pa.* non] neque *Pa.* 27 subsistebat] sustentabat *Pa.* 28 manifestum est] modo *BpPa.*

Sexta ratio ex corporis dispositione accepta ut quantitate et qualitate etc. ista est: nam corpus humanum est quantum, coloratum et huiusmodi, hoc autem in subiecto. Sed materia prima non est subiectum horum accidentium, quia accidentis esse est inesse in subiecto actu. Ergo si subiectum actu est causa accidentium, et cum in corpore humano sint huiusmodi accidentia, ut qualitas, quantitas etc., et etiam in aliis ab homine, eorum subiectum est aliquid commune in actu per aliquam formam aliam ab anima, quia anima non est quanta nec alba nec nigra nec calida etc. Ergo in animata re sunt plures forme, ut anima, et forma, que est principium huiusmodi accidentium.

Septima ratio, que accipitur ex hominis inclinatione, est hec, quia experimur, quod in nobis est inclinatio quedam magis ad hominem quam ad aliud alterius speciei, et magis ad propinquos, ut ad parentes, quam ad alios remotos. Ista autem inclinatio non fundatur radicaliter supra animam rationalem, ymo supra illud, quod datur a parentibus, cuiusmodi non est ipsa forma rationalis, cum infundatur ab extrinseco sicut a datore formarum. Inclinatio enim et dilectio secundum philosophum fundantur supra conuenientiam. Item nec fundatur ipsa inclinatio supra materiam primam, quia sic affectio seu inclinatio hominis esset equalis ad ignem, lapidem et ad quocumque aliud. Ergo restat, quod hec inclinatio fundetur supra materiam et formam, quas habemus a parentibus. Et ideo bene dicit philosophus in quarto ethicorum, quod homines diligunt magis sua opera quam aliena ut parentes suos filios et poete poemata.

Octaua ratio ex corporis partium distinctione est ista: nam constat, quod in corpore animalis neruus, ossa, caro, caput, manus, pes etc. distinguuntur substantialiter, quod patet ex

1 Sexta] Item sexta *Bp.* dispositione] est *add. Bp.* 2 etc.] *om. APa.*
 3 hoc autem] hec autem sunt *Bp.* 5 esse] *om. Pa.* inesse] in alio esse,
 scilicet *Pa.* in] *om. A.* 6 sint] sunt *Bp.* 14 hominem] notum *Pa.* 15 Ista
 autem] Ergo illa *Pa.* 16 fundatur] infunditur *Bp.* 17 a] *om. Bp.* 18 forma] anima *A.* 20 fundantur] fundatur *ABp.* 22 et] vel *Pa.* 23 fundetur] fundatur *Pa.* 24 quas] quam *Bp.* dicit] dixit *Pa.* 25 in] *om. Pa.* diligunt] eligunt *Bp.* 26 suos] *om. Pa.* et poete poemata] *om. Bp Pa.*

figuris et ex operationibus et proprietatibus accidentalibus illis. Sed forma eadem numero non distinguit substantialiter hec omnia. Quare in illis sunt multe forme substantiales, a quibus procedunt operationes diuerse, ut a manu palpares, a pede ambulare etc.

Si dicatur ad hoc, ut quidam solent dicere, quod ab anima fluunt quedam forme virtuales in organa, quibus distinguuntur partes corporis; contra hoc obicitur sic: nam ille forme, que fluunt ab anima, sunt aut substantiales aut accidentales. Si substantiales, tunc ipsius anime est creare, quod falsum est,¹⁰ ymo hereticum est dicere; simplex enim creatio emanatio dicitur. Nec sunt accidentales, quia sic non possent dare esse substantiale, cum causa sit nobilior causato. Sed per huiusmodi formas habent huiusmodi partes diuersa esse substantialia in corpore. Cuius etiam signum est, quod ipse se || parate adhuc subsistunt^{10 r 11} corporee et diuerse, et remanet ibi diuersa mixtio et figuratio et complexio. Et qui hoc negat, negat sensibilia uel saltem ea, que ad sensibilia consequuntur. Ideo etc.

Nona ratio ex substantiarum intellectione sumpta est ista: Illa, que sunt diuersa obiecta intellectus, habent diuersa quod²⁰ quid est, et si sunt nature substantiales, tunc habent diuersas formas substantiales. Sed animal et homo sunt diuersa obiecta intellectus circumscripta omni natura accidentalis ab eis et sunt nature substantiales. Ergo animal et homo habent diuersas formas substantiales. Maior patet, quia diuersa obiecta intellectus quantum ad id quod sunt differunt essentialiter et substantialiter. Minor etiam propositio de se est manifesta, quia animal distincte, ut est distinctum obiectum intellectus, intelligi potest non intelligendo hominem, circumscripta natura accidentalis

¹ proprietatibus accidentalibus] propagationibus accidentium *Bp.* ³ Quare Ergo *Pa.* ^{a]} ex *Pa.* ⁶ solent] volunt *Pa.* ⁹ fluunt] fiunt *Bp.* ¹¹ ymo—dicitur] om. *A.* ¹⁴ diuersa] diuersas *Bp.* ¹⁶ remanet] remouet *Bp.* diuersa] om. *Bp.* ¹⁷ negat²] om. *Pa.* ¹⁸ Ideo etc.] om. *Pa.* ¹⁹ ratio] est add. *Bp.* ²⁰ Illa] om. *Pa.* ²¹ quid] om. *Bp.* ^{tunc]} om. *BpPa.* ²³ natura] forma *A.* sunt] om. *Pa.* ²⁴⁻²⁵ Ergo—substantiales] om. *Bp.* ²⁴⁻²⁵ animal—substantiales] om. *A.* ²⁵ diuersa] om. *BpPa.* ²⁶ substantialiter] et si sunt nature substantiales, differunt essentialiter et substantialiter add. *A.* ²⁸ est] om. *Pa.*

quacumque respectu utriusque, puta ratione significandi, esse etc. Ergo alia est forma substantialis hominis et alia animalis.

Et sic complete sunt nouem rationes, que proponebantur superius.

⁵ **A**uctoritates etiam sunt, quarum uix est numerus, ad ostendendum, quod in Socrate sunt plures forme substanciales, et ad satisfaciendum illis, qui magis auctoritatibus quam rationibus consentiunt, ostendendo, quod non solum sit intentio philosophi et commentatoris.

¹⁰ Item sunt rationes concludentes, quod, qui negat pluralitatem formarum in Socrate, destruit philosophiam. Quod ostenditur primo, quia corruptit partem adminiculatiuam philosophie, que loyca est; secundo, quia destruit partem essentialiem philosophie, que scientia naturalis est; tertio, quia destruit partem essentialiem et principalem philosophie, que methaphysica est; quarto, quod hoc est contra sensibile experimentum.

Primum sic patet: nam qui gradum formarum negat, destruit predicationem, destruit reduplicationem, implicat oppositionem, tollit indiuidui compositionem, tollit actus specifici proprietatem, tollit ordinem predicabilium, tollit etiam vniuocationem et perseitatem.

Destruit predicationem, quia hec propositio est vera: homo est animal, et hec: asinus est animal, et vtrobique predicatur genus de specie vniuoce et secundum eandem rationem diffinitiuam et secundum idem nomen. Sed certum est hominem non esse asinum. Ergo oportet preter formam generalem, in qua realiter conueniunt homo et asinus, quod homo habeat formam

2 substantialis—animalis] animalis substantialis et alia hominis *Bp.* **3** complete sunt] terminantur *A.*

5 etiam] *om. Pa.* **uix]** uis *Bp.* **5-9** Auctorates—commentatoris] Autores sunt ad hoc in numero vix finito *A.* **10** Item—concludentes] Primum etiam est *BpPa.* **12** philosophie] *om. Pa.* **13-14** quia—tertio] *om. Pa.* **13** essentialiem] naturalem *A.* **14** scientia] *om. A.* **est]** dicitur *A.* quia destruit] quod negat *Bp.* **essentialiem]** *om. Bp.* **16** est] sit *Pa.* **17** negat, destruit predicationem] *om. Bp.* **20** vniuocationem] *vniuocationem APa.* **21** et perseitatem] *om. BpPa.* **22** Destruit] Tollit *A.* **23** et hec] *om. Pa.* **24** eandem] *om. Bp.* **diffinitiuam]** distinctionem *Bp.* **26** preter] post *Bp.*

specialem contrahentem formam generis, per quam homo specificie differat ab asino. Ideo etc.

Preterea: Destruit reduplicationem, quia philosophus in fine primi priorum et in primo posteriorum dicit istam propositionem esse falsam: Ysosceles habet tres angulos equales in eo, quod 5 triangulus. Ergo per aliam formam est Ysosceles et triangulus, alioquin destrueretur reduplicatio.

Preterea: Implicat oppositionem, quia impossibile est vnum et idem per eandem formam substantialiem cum aliquibus eisdem substantialiter differre et conuenire. Cum igitur homo conueniat 10 cum corporeis substantialiter per esse corporeum et differat substantialiter ab eis per esse intelligibile, ergo oportet, quod per diuersas formas hoc fiat, alioquin esset ibi implicatio contradictionis.

Preterea: Tollit indiuidui compositionem. Non enim est in- 15 conueniens, quod in eodem indiuiduo sint multa indiuidua. Ergo non est inconueniens, quod multe forme sint in uno indiuiduo, per quas formas illa indiuidua habent esse sua. Antecedens patet, quia nerus est aliis in specie a cartagine et caro ab osse et manus ab oculo, ut prius dictum est. Ergo oportet, quod hoc 20 sit per aliam et aliam formam. Aliter enim non esset diuersorum substantialiter habentium diuersas operationes secundum spe- ciem diuersitas, quod falsum est.

Preterea: Tollit actus specifici proprietatem. Corporeum enim et incor || poreum sunt differentie prime diuidentes substantiam. 10 v 1 Impossible est ergo incorporeum dare esse corporeum substantialiter loquendo, quia oppositarum differentiarum oppositi sunt actus. Cum igitur anima intellectua sit forma incorporea, nullo modo potest dare esse corporeum. Ergo in homine oportet esse plures formas substanciales, alioquin tolletur actus specificus. 30

3 philosophus] Aristoteles A. 5 Ysosceles] Ysotheles Bp. equales] om. A Pa.

6 est] et Bp. Ysosceles] Ysotheles Bp. 7 destrueretur reduplicatio] destrueret

reduplicationem Bp. 8 Implicat oppositionem] tollit conpositionem A. 16-17

quod—inconueniens] om. Bp. 19 nerus] nullus Bp. 20 hoc] om. Bp.

24 Preterea] quod add. Bp. 27 quia] om. Pa. 29-30 esse—specificus] om. Pa.

30 substanciales—specificus] om. A.

Preterea: Hoc est necesse ponere ad saluandum ordinem predicabilium. Ordo enim predicabilium non est ordo fictus siue vanus, sed realis est et verus. Ergo oportet, quod fundetur supra aliquam rem. Cum ergo ponamus ordinem generum a primo generalissimo usque ad ultimam speciem, et cum genus secundum Boetium dicat quid compositum ex materia et forma, aliter enim non predicaretur, ergo oportet ponere veram formam, per quam reponitur in genere substantie et in genere substantie corporee et in genere substantie mixte et in genere substantie complexionate et in genere substantie viuentis, ita tamen quod sicut genus materiale est respectu differentie specificae, ita forma generis materiale est respectu forme speciei. Sunt ergo plures forme substantiales in homine, quibus est homo, animal, viuens etc., aliter enim tolleretur ordo predicationis.

Preterea: Tollit essentialem predicationem et vniocationem. Nam predicationis generis de specibus est vniuoca. Si ergo eadem est forma, per quam homo est animal, viuens etc., quando viuens et animal predicabuntur de homine, idem predicabitur de se, quod est absurdissimum dicere. Nec valet, si dicatur, quod sub alia ratione predicatur animal de homine quam homo de homine, quia diuersitas rationis non facit ad unitatem seu ad perseitatem, sed magis ad oppositum. Ergo etc.

Patet igitur, quod, qui negat pluralitatem formarum, logicam tollit et actus loycoes destruit.

Secundo patet, scilicet quod destruit naturalem philosophyam. Qui enim negat gradus formarum, destruit substantie naturalis generationem, destruit substantie decisionem, destruit eius corruptionem, destruit materie cum forma proportionem, destruit motum, destruit mixtionem, destruit contrariorum actionem, negat mortalitatem hominis.

8 genere^{1]}] predicamento Pa. 9 in genere^{1]}] om. Pa. 14 etc.] om. Bp.
 16 vniocationem] vniōem A. 18 quando] cum Bp. 20 si dicatur] dicendo A.
 22 ad unitatem] nec ad ueritatem uel ad unitatem A. 24-25 logicam—et]
 om. Bp. 24-25 logicam—destruit] logicam destruit A. 26 scilicet] om. Bp.
 27 gradus] gradum Bp. 29 destruit^{1]}] om. Pa. cum formal] ad formam Pa.
 30 mixtionem] mutationem Pa. 31 negat] om. Pa. hominis] om. Bp.

17 cfr. Boethius in categorias Arist. I (PL 64,193A); Categoriae 5.

Primum patet, quia secundum philosophum primo physicorum ex semine hominis generatur homo et ex semine oliue generatur oliua sicut ex materia non prima et sicut non ex termino. Ideo etc.

Item: Dicit commentator supra primum physicorum in principio, quod cause, que sunt preter materiam primam et ultimam formam cuiuslibet rerum naturalium, sunt materie composite et forme composite.

Item: Commentator super secundum physicorum super illud: Ergo est unus sermo vel modus illorum, secundum quem natura ¹⁰ dicitur; dicit, quod prima materia subiecta est omnibus formis, quoniam non prima composita est ex materia et forma. Et quia unumquodque entium habet principium motus proprium, necesse est ipsum habere subiectum proprium preter subiectum commune. Sed hoc non est materia pura, sed composita. Est ¹⁵ igitur naturam habens. Hoc commentator utrobique dicit de verbo ad verbum.

Item: Commentator super septimum physicorum super illud: Sicut igitur dictum est in sillogismis, dicit, quod manifestum est animam additam esse formis complexionalibus. Et ²⁰ infra parum post dicit, quod non possumus fingere, quod anime fiunt a complexione nisi secundum opinionem dicentium animam esse complexionem. Ex quo uult, quod anima aduenit corpori complexionato.

Item: Philosophus in sexto decimo de animalibus, sicut prius ²⁵ allegatum fuit in arguendo, dicit, quod prius viuit aliquid vita

3 non] om. Pa. **5** Dicit] om. ABp. supra primum] primo Pa. in principio] om. APA. **6** preter] post A. **9** super secundum] secundo Pa. illud:] Iste add. Bp. **10** sermo vel] om. Bp. illorum] om. Bp. **10-11** Ergo—dicitur] om. Pa. **11** formis] cum formis Bp. **14** ipsum] om. Pa. **15** pura] prima Bp. **16** naturam] materiam Bp. **18** physicorum] rectius metaphysice **19** sillogismis] substantiis Bp. dicit] om. Pa. **21** non] nos A. possimus] possimus Bp. **23** aduenit] aduenerit A. **25** sicut] ut Pa. prius] om. Bp.

1-3 Physica II,5. 196a. **5** Averroes, Physica I, com. 1. **9-16** Averroes, Physica II, com. 10. **18-23** Averroes, Metaphysica VII, com. 31. **25** De generatione animalium II,3. 736b (Dittmeyer p. 51).

plante, postea vita animalis, ultimo autem vita hominis seu alterius speciei. Ex hiis igitur patet, quod, qui negat gradum ^{10 v. II} formarum, tollit ordinem substantie naturalis generationis.

Item: Destruit decisionem substantie, quia philosophus dicit in sexto decimo de animalibus, quod quedam vis descenditur cum semine, que per modum seminis est in vegetationem et sensum. Et sermo eius, qui dicit vim istam corrumpi, falsus est. Ideo etc.

Item: Negat corruptionem naturalem, quia corruptio hominis non est omnimoda adnichilatio uel resolutio usque ad materiam primam, sed est ibi resolutio paulatina, ut sensus docet, primo in corpus. Et postmodum corpus paulatim corruptitur, quousque decidat in puluerem seu in athoma, quod sensibile est. Fit enim tandem corpus hominis cadauer, putrescit etc.

Item: Tollit proportionem materie cum forma, quia dicit philosophus secundo physicorum, quod sub alia et alia forma est alia et alia materia. Sed forma prima perficit materiam primam. Ergo ultima forma perficit ultimam materiam. Sed ultima forma uidetur esse anima intellectua. Ergo non potest in immediate perficere materiam primam, sed medium siue compositam. Aliter enim destrueretur proportio forme cum materia.

Item: Negat motum, quia secundum philosophum septimo physicorum: omne mouens seipsum diuiditur in duo, quorum unum est mouens et aliud est motum. Sed anima in animali est mouens et reliquum est motum. Sed impossibile est materiam primam moueri, quia omne, quod mouetur, est actu. Necesse est ergo esse in homine plures formas substantiales, alioquin non erit eius motus.

Item: Tollit mixtionem, quia mixtio est miscibilium unio. Quare forme miscibilium manent, aliter destruitur mixtio.

1-2 seu alterius speciei] *om. A.* 3 tollit—generationis] tollit naturalem (generalem *Bp.*) generationem substantie naturalis *BpPa.* 4 dicit] *om. Bp.* 5 sexto decimo] XII^o *BpPa.* descenditur] decinditur *APa.* 11 ibi] *om. Pa.* 13 Fit secundum *Bp.* 14 putrescit] putrefit, fecet *Bp.* 21 Aliter—materia] etc. *A.* 24 est?] *om. Pa.* 27 homine] animali *Bp.* 27-28 substantiales—motus] *om. A.* 29-30 Item—mixtio] *om. BpPa.*

4-5 De generatione animalium II,1. 734a (Dittmeyer p. 46). 16 Physica II,2. 194b. 22-23 Physica VIII,5. 258a.

Item: Destructit naturalem actionem contrariorum, cum enim pugna continua sit in corpore humano et contraria actio. Omnis autem actio est ab aliqua forma, et hoc vel a forma, que est ars, vel a forma naturali. Sed in homine sunt actiones calidi et frigidi etc., et non sunt ab anima rationali etc., ut constat. Ergo ⁵ in corpore humano est ponere formas, a quibus sunt huiusmodi actiones, aliter enim non essent huiusmodi contrariorum actiones.

Item: Dicta positio ponit hominem esse incorruptibilem, quod patet ex dictis supra, quia si anima rationalis inmediate vnitur materie prime, cum materia prima sit ingenerabilis et incorrup- ¹⁰ tibilis, anima etiam sit per naturam incorruptibilis et inmortalis, sequitur hominem esse inmortalem.

Patet igitur, quod negantes gradum formarum destruunt scientiam naturalem.

Tertio declaratur, quod opinio negantium gradum in formis ¹⁵ destruit metaphysicam, quod patet multis viis:

Primo sic, quia philosophus, vbi reprobavit errorem illorum, qui posuerunt tantum vnum esse, scilicet in primo methaphysice, facit istud argumentum: Si tantum vnum est et illud est diffinitum, ergo diffinitum est, ergo diffinitio est. Si diffinitio est, ²⁰ ergo multa sunt. Quare plures sunt forme substantiales respondentes pluribus formis in composito.

Item: Philosophus in septimo methaphysice, vbi inquirit rerum diffinitiones respondentes quidditatibus rerum diffinibilia, dicit, quod necesse est diffinitionem constare ex forma generis ²⁵ et forma differentie. Et in eodem probat, quod partes diffinitionis sunt forme respectu diffiniti. Si ergo vera diffinitio indicat naturam diffiniti, oportet plures esse formas in composito, quibus respondeant forma generis et differentie. Aliter enim nulla diffinitio constans est ex genere et differentia, nec realis ³⁰

³ autem] enim contraria *Pa.* ³⁻⁶ hoc—est] *om.* *Bp.* ⁷ aliter] *om.* *Bp.*
⁸ positio] ratio *Bp.* ⁸⁻¹² incorruptibilem—esse] *om.* *Bp.* ¹³ negantes—destruunt] positio negans plures formas destruit *A.* ¹⁷ Primo] Prima est *Pa.* sic] *om.* *BpPa.* errores] *Pa* opinionem *A.* ¹⁹ facit istud argumentum] sic arguit *A.* ²¹ ergo] quare *Pa.* Quare] Ergo *Pa.* ²⁸ naturam diffiniti] materiam indiffinitam *Bp.*

¹⁰⁻¹² cfr. *Physica* I,9. 192a, 27-29. ¹¹ cfr. *De anima* I,4. 480b, 18-19.
²³ *Metaphysica* VII,12. 1037b-1038a.

erit, immo omnes huiusmodi diffinitiones loyce erunt et vane,
quod est inconueniens.

Item: Commentator secundo methaphysice dicit, quod materia prima recipit formas magis vniuersales et mediantibus
5 formis magis vniuersalibus recipit formas magis particulares, et sic est generatio procedendo usque ad formas individuales.
Ergo etc.

Item: Philosophus octauo methaphysice distinguit duplucem materiam, scilicet propinquam et remotam, et dicit, quod, si
10 ex vino debeat fieri acetum, non oportet, quod resolutio fiat usque ad materiam primam. Si autem ex aceto fiat vinum, oportet, quod resolutio fiat usque ad materiam primam, et vocat materiam primam aquam, quod non esset, si non esset ibi alia forma vini et aceti, etc.

15 Item: Secundum philosophum per totam philosophyam materia potest recipere omnes formas. Certum est autem, || quod non recipit formas contrarias simul secundum eandem partem materie, et tamen potest plures recipere. Ergo plures possunt esse et sunt in composito.

20 Item: Secundum philosophum, ut dictum est, materia cum forma est causa omnium accidentium, que sunt. Sunt autem aliqua accidentia in homine, que non possunt sequi compositum totum ratione anime intellective, sicut sanitas, egritudo, albedo et nigredo. Ergo oportet, quod ista accidentia aliam formam 25 substantialem sequantur. Quare etc.

Item: Materia de se nullam habet extentionem, ut dicit philosophus. Extenditur autem materia per formam. Istius autem extensionis causa non potest esse anima intellectiva, quia si ipsa extenderet materiam, aut faceret hoc formaliter aut
30 effectivie. Non formaliter, quia omnis forma, que formaliter extendit materiam, extenderetur cum ipsa. Anima autem rationalis non extenditur. Item nec virtualiter nec effectivie, quia omnis

¹ loyce] logice A logicales Pa. ¹⁰ fieri] om. Pa. fiat] debeat fieri Pa. ¹¹⁻¹² Si—primam] om. A. ¹⁴ etc.] om. A Pa. ¹⁶ Certum est autem] et Pa. ²⁰ ut] ubi Bp. ²³⁻²⁴ albedo et nigredo] om. Bp. ²⁵ Quare] Ergo Pa. ²⁹ si ipsa] ipsum Bp. ³⁰ formaliter] substantialiter BpPa. ³¹ Anima autem] om. Pa.

3-5 Averroes, Metaphysica I, com. 17. ⁸ Metaphysica VIII,5. 1045a, 3.
²⁰ Physica I,7. 190a, 9 ss.

forma, que virtualiter extendit materiam, presupponit scilicet aliam formam, que extendit materiam et extenditur cum ea. Quocumque igitur modo dicatur, necesse est ponere in homine et in quocumque composito plures formas substantiales. Qui hoc negat, methaphysicam negat.⁵

Quarto patet, quod negare pluralitatem formarum substantialium in Socrate est contra sensibile experimentum. Nam vides oculata fide, quod anima recedente a corpore remanet corpus sub eadem forma corporis. Ergo corpus non habuit illud esse per animam intellectuum.¹⁰

Item: Si anima rationalis est inmediata perfectio materie prime, tunc cessabit studium medicine, quia in homine non erit forma mixti nec complexionis nec elementi.

Item: Sequitur aliud inconueniens manifeste, quod scilicet corpus ipsum habeat esse graue uel leue a materia prima uel ab anima rationali et non ab elemento predominante, quod est contra intentionem philosophi in de celo et mundo.¹⁵

Manifestum est igitur ex dictis, quod non solum est intentio philosophi ponere gradus formarum substantialium in individuo substantie, cuiusmodi est Socrates uel quocumque aliud, ymo qui hoc negat, destruit loycam, physicam, methaphysicam, nec non et sensibile experimentum. Propter quod huiusmodi opinio ponenda est inter extraneas opiniones philosophie: philosophyam enim et partes philosophiae destruit. Vnde in veritate credo, quod, qui ponunt in Socrate esse vnam formam substantialem tantum, uel proteruiunt uel insaniunt uel de philosophia parum sciunt uel nichil penitus intelligunt.²⁵

Rationes superius adducte verum probantes, scilicet quod sint multe forme substantiales in Socrate, concedende sunt.

1 extendit] in add. Bp. scilicet] om. A Pa. 3 Quocumque igitur modo] Item quecumque igitur materie Bp. 4 substantiales] et add. Bp. 4-5 Qui—negat²] om. A. 8 oculata] occultata Pa. recedente] reddente Bp. anima—corpore] post animam A. a corpore remanet] om. Bp. 9 eadem] om. A. Ergo—habuit] Sed tunc non habet A. 14 manifeste] manifestum Pa. 17 de] om. Bp. 19 substantialium] om. Pa. 21-22 nec non] immo et Pa. 22 huiusmodi] ista A. 24 in veritate] om. Pa. 24-26 in veritate—uel²] om. A. 26 parum] nichil A. 27 uel—intelligunt] om. A. 28 scilicet] videlicet Pa. 29 in Socrate] om. Bp.

17 De caelo et mundo I,2. 269a, 2.

Ad rationes in contrarium secundum ordinem dicendum est: Ad primam: Cum dicitur: cuius esse consistit in indiuisibili, ipsum est ens per vnam formam, verum est, si est omnimode indiuisibile et quantum ad acquisitionem sui esse, quod ipsa transmutatio est, et quantum ad terminum mutationis. Ad minorem: Cum dicitur: esse substantie consistit etc.; verum est quantum ad terminum mutationis, quia esse quietum per se, quod debetur substantie, est in vltimo indiuisibili motus seu in termino acquisito per mutationem. Si autem intelligatur minor quantum ad omnimodam indiuisibilitatem, dicatur per interemptionem, quia substantia gradatim acquiritur semper procedendo ab imperfecto ad perfectum. Ex quo etiam sequitur, quod substantia diuisibilis est diuisione, que est per gradus formarum, et sic non est omnino indiuisibilis. Ad probationem: Cum dicitur: substantia comparatur numeris etc., dico, quod substantia comparatur numeris propter diuersos gradus formarum. Vnde philosophus in octauo metaphysice, vbi hoc dixit, dicit, quod partes diffinitionis sunt forme, et ideo sicut vnitates in numero alie sunt in potentia respectu vltime, que dat numero speciem, ita omnes gradus in formis respectu vltime forme sunt in potentia. In hoc tamen differentia est, quod in numeris sunt vnitates discrete, quarum quelibet posteriore ablata potest facere speciem numeri in actu. Non tamen sic est in gradibus formarum respectu eiusdem indiuidui, quia ablata forma completiva non possunt alie dare esse in actu, || sed in motu generationis vel corruptionis.

Ad secundam rationem: Cum dicitur, quod habet multas formas substantiales, non est vnum substantialiter; verum est,

1 Ad rationes] rationibus *Pa.* contrarium] oppositum *Pa.* secundum—est] responsio *A.* 2 indiuisibili] indiuisibile *Pa.* 3 est²] om. *Bp.* omnimode] omnimodo *A.* 5-7 Ad minorem—mutationis] om. *Bp.* 7 esse] omne *Bp.* 8 substantie] per se add. *A.* 12 etiam] om. *A.* 13 est²] fit *Pa.* 15-16 etc.—numeris] om. *Bp.* 17 in] om. *Pa.* octauo] quarto *A.* dixit] om. *Bp.* 19-20 que—vltime] om. *Bp.* 20 in formis] formarum *A.* 22 discrete] distinete *Bp.* 23 numeri] om. *ABp.* tamen] dum *Bp.* 24 forma] om. *ABp.* 25 dare esse] durantie *Bp.* 25-26 sed—corruptionis] generationem et corruptionem *Bp.* 27 rationem] om. *Pa.* multas] plures *APa.* 28 substantiales] om. *A.* vnum] ens add. *Bp.*

nisi vna habeat ordinem ad aliam sicut potentia ad actum uel sicut motus ad terminum. Ad minorem: Cum dicitur: Socrates habet multas formas substantiales; verum est, quarum vna habet rationem potentie et alia rationem actus respectu eiusdem, et ideo, cum motus sit actus entis in potentia, non est 5 Socrates substantia in actu usque ad terminum motus, qui est per vltimam formam uel per vltimum gradum.

Ad tertiam: Cum dicitur: si alia est forma generis et alia est forma differentie, tunc diffinitio non est vna; falsum est, quia ex forma generis et differentie fit aliquod vnum sicut ex actu 10 et potentia. Gradus enim formarum primo intellectarum in materia sunt in potentia uel faciunt subiectum esse in potentia respectu aliarum formarum completiuarum, per quas composita tota substantialiter habent esse in actu; ideo faciunt vnum diffinitum et vnam diffinitionem ex actuali et potentiali. Vnde 15 vvl philosophus in septimo methaphysice, quod sicut in re diffinita est pars habens rationem potentie et alia rationem actualitatis, ita in diffinitione genus tenet locum potentie et differentia locum forme uel actus, non tamen potentie pure, sed cum primo actu quantum ad genus primum uel cum aliis 20 ante ultimum actum specificum sicut in generibus subalternis. Vnde dicit commentator secundo methaphysice, quod differentia est inter genus et materiam, quia materia dicit puram potentiam, genus autem dicit formam medium inter potentiam et actum.

25

Ad quartam: Cum dicitur: differentia significat totum; verum est ratione concretionis ad subiectum, sic tamen, quod specialior seu completior cadit in significato differentie formaliter alie, vero potentialiter magis, non tamen sicut potentia pura, sed sicut dictum est.

30

1 uel] aut Pa. 3 substantiales] om. A. 4 potentie] om. Pa. rationem—eiusdem] ordinem ad aliam sicut potentia ad actum A. 7 uel] et Pa. 8 tertiam] aliam Pa. 9 vna] quod add. Bp. 10 forma—differentie] illis formis A. 13 aliarum] secundarum Bp secundariarum] Pa. 15 Vnde] ut add. Bp. 16 in¹] om. Pa. 17 et] om. Bp. 20 genus] om. Bp. 21 ante] quantum ad A. 23 et] formam add. Bp. dicit] om. Bp. 26 quartam] quartum A. aliam Pa. 27 concretionis] conterminationis A.

Ad quintam: Cum dicitur: quod generatio esset alteratio, si essent gradus in formis, dicendum, quod non sequitur, quia adhuc erit differentia inter generationem et alterationem et ex parte terminorum et ex parte subiectorum utriusque: ex parte ter-⁵ minorum, quia terminus generationis substantia est, alterationis vero terminus qualitas est.

Item: Subiectum generationis est ens in potentia, subiectum alterationis est ens in actu. Sed subiectum esse ens in potentia intelligi potest duplice: uel in potentia pura uel in potentia ¹⁰ permixta actui. Primo modo diceret aliquis, quod ens in potentia esset subiectum generationis simplicium, secundo autem modo mixtorum.

Ad sextam: Cum dicitur: omne, quod aduenit enti in actu, est accidens; verum est, si aduenit enti terminato et completo ¹⁵ substantialiter. Si autem aduenit enti in actu substantiali permixto potentie, non oportet. Sic autem est in formis, quod completiuia aduenit incomplete habenti ordinem ad completiuam sicut potentia ad actum. Ideo etc.

Ad septimam: Cum dicitur: transmutatio fecit scire materiam; ²⁰ verum est, uel simpliciter primam, uel medium, quam commentator vocat compositam. Et cum dicitur, quod, si sint plures forme substanciales in eodem, non contingit arguere materiam primam esse, dicendum ad hoc per interemptionem, quia materia prima probatur per reductionem ad principia primi com-²⁵ positi, cuius pars est ipsa materia prima sicut materia prima physica per transmutationem elementorum. Ideo etc.

Ad octauam: Cum dicitur: si essent plures forme substanciales in eodem, tunc partes diffinitionis non possent predicari de diffinito, dicendum est ad hoc per interemptionem. Et ad ³⁰ probationem: Cum dicitur: pars non predicatur de toto etc., dicendum est, quod genus et differentia non dicunt partem, sed totum ratione concretionis.

⁶ qualitas] quantitas *Pa.* ⁷ ens] *om. Pa.* ⁸ esse] est *Bp.* ¹⁰ permixta actui] admixta cum actu *A.* ¹¹ simplicium] corporum *add. A.* ¹⁴ est^{1]} erit *A.* enti] *om. Bp.* ¹⁶ quod] *om. Pa.* ¹⁹ Cum dicitur] dico *A.* ²⁰ uel^{1]} non *Pa.* uel^{2]} sed *Pa.* ²¹ medium] Sic intelligitur propositio *add. A.* ²² quod] *om. Pa.* ²⁴ probatur] scitur *A.* ²⁵ ipsa] *om. Pa.* ^{prima^{1]}} *om. A.* ^{prima^{2]}} *om. Pa.* ²⁸ tunc] *om. Pa.* ²⁹ Et] *om. A Pa.* ³¹ est, quod] *om. Pa.*

Iuxta quod est intelligendum, quod in omni propositione affirmativa uel realiter uel secundum rationem saltem differunt illud, quod predicatur et quod subicitur, et illud, pro quo aliquid subicitur, quia illud, pro quo subicitur, est habens quidditatem. Et sic est de predicamento, quod causaliter prouenit ex ratione ⁵ concretionis. Vnde dicendo: hoc est hoc, sensus est: habens hoc est habens || illud. Ex quo sequitur, quod homo importat ^{11 vi} habens humanitatem et animal habens animalitatem, ita tunc, quod sicut hec est vera: habens humanitatem est habens animalitatem, ita hec est vera: homo est animal, quia idem significant. ¹⁰ Ideo etc.

Ad nonam: Cum dicitur, quod generatio est in instanti, dicendum est, quod generatio potest considerari uel pro tota transmutatione continua, que per omnes formas est vsque ad vltimam, et sic generatio est motus et est in tempore; alio modo ¹⁵ pro inductione ultime forme, et sic est in instanti. Ideo etc.

Ad decimam: Cum dicitur: quando due differentie conduiunt aliquod genus, si vna illarum inest vni, altera inerit suo opposito; verum est, sicut vna alteri inest, ita opposita inest alteri opposito. Et cum dicitur, quod potentia et actus diuidunt ²⁰ genus substantie; verum est: potentia sub diuersis gradibus potentie et actus eodem modo. Et cum dicitur, quod actus purus inest forme, dicendum est ad hoc per interemptionem, quia forma, sicut dictum est, uel quedam dat actuale esse et compleatum, puta vltima, que specifica dicitur, alia vero dat esse in ²⁵ actu permixto potentie. Sic potentia inest materie; verum est: uel potentia pura, que inest materie prime, uel potentia permixta actui, que inest materie mixtorum et aliorum talium.

Ad vndecimam: Cum dicitur: quod est vltimum in generati-

¹ omni] *om. Bp.* ² affirmativa] *om. Pa.* ³ quod¹—illud²] *om. Bp.* aliquid] *om. BpPa.* ⁴ quia—subicitur] *om. Bp.* ⁷ importat] est add. *Bp.* ⁸ et animal est *Bp.* ⁸⁻⁹ tunc—animalitatem] *om. Bp.* ¹² nonam] rationem A. Cum dicitur, quod] *om. Pa.* ¹³ est] *om. Bp.* ¹⁶ Ideo etc.] *om. Pa.* ¹⁷ decimam] nonam A. ¹⁸ due] *om. Bp.* ¹⁹ illarum] substantialiter *Pa.* ²⁰ inerit] inest *BpPa.* ²¹ alterij] alicui *Bp.* ²² Et] vt *Bp.* ²³ dicendum—interemptionem] dico, quod falsum est A. ²⁴ quedam] *om. BpPa.* ²⁶ Sic] sicut etiam *Bp.* ²⁷ permixta] admixta A. ²⁸ materie] *om. Bp.* ²⁹ vndecimam] decimam A dicendum add. *Bp.* ³⁰ dicitur] illud add. *Bp.*

one, est primum in resolutione, et quod primum in generatione, est ultimum in resolutione, hoc potest concedi ordine naturali, quamquam forte non in tempore. Ergo dicas tu: corrupto homine potest remanere animal, et sic de aliis; dicendum est, quod hoc est possibile via nature, quod corrupto homine remaneat animal et corrupto animali remaneat corpus, quamquam in tempore uel sit uel uideatur corruptio istorum simul. Vel dicitur, quod non est simile de via generationis et corruptionis, quia in via corruptionis propter colligentiam formarum et dispositionum corrupta vna corrumpitur alia, sed in via generationis paulatim eundo perficitur ens naturale per formas seu dispositiones usque ad ultimam formam, que omnes forme ante completum esse, quod terminus generationis est, non habent omnimodam colligentiam, sed postmodum habent. Ideo etc.

15 Ad duodecimam: Cum dicitur, quod, si essent plures forme substantiales in eodem, iam accidentia precederent formam substantialem in materia; si intelligatur, quod precedent formam substantialem simpliciter et universaliter, dicitur ad hoc per interemptionem, quia quantitas consequitur corporeitatem, 20 qualitates prime formas elementorum, et sic de aliis. Si autem intelligatur, quod accidentia precedent formam ultimam, que completiva et terminativa est, hoc debet concedi. Et ad hanc intentionem loquens commentator in de substantia orbis dicit, quod dimensiones interminate precedent formam in materia. 25 De hoc tamen sermonem faciemus in predicamento quantitatis.

1-2 et—resolutione] *om. Pa.* 3 *tu*] in *add. Pa.* 6 *animal*] *om. Bp.* 8 *non*] *om. Bp.* 9 *colligentiam*] *colligantiam BpPa.* 10 *in via*] *secundum viam Bp.* 11 *eundo*] *ostendendo Bp.* *perficitur*] *proficiscitur A.* *ens naturale*] *per processum naturalem A.* *formas*] *naturales add. A.* *seu dispositiones*] *om. A.* 14 *colligentiam*] *colligantiam BpPa.* *postmodum habent*] *post BpPa.* 15 *duodecimam*] *vnde此um argumentum A.* *quod*] *om. Pa.* 16 *precederent*] *precederunt Bp.* 18 *substantialem*] *om. Pa.* 24 *interminate*] *indeterminate Bp.* *formam*] *substantiam Bp.* *materia*] *Johannes Dacus add. A,* *reliquum deest in A.* 25 *quantitatis reliquum deest in Pa.*

23-24 Auerrois libellus de substantia orbis..per Joannem Baptistam confalonierum Veronensem, Veneti 1525,f.12v: quod prima materia nunquam denudatur a dimensionibus non terminatis.

II.

Consequenter queritur et prosequitur de secundo, scilicet an materia sit substantia, et videtur quod non, quia illud est substantia, quod aliquem habet actum substantialem. Sed materia nullum habet actum substantialem. Ergo materia non est ⁵ substantia. Maior patet, quia forma seu actus substantialis est illud, quo substantia est substantia. Minor est manifesta, quia materia de se nullum habet actum nec substantialem nec accidentalem; si enim aliquem actum de se haberet, omnes alii actus sibi repugnarent, quare etc. ¹⁰

Aliquis forte diceret, quod materia non est substantia in actu, quia de se non habet aliquam formam substantialem, est tamen substantia in potentia ad formam substantialem, propter quod materia dicitur substantia.

Contra: Sicut materia est in potentia ad formam substantialem, ita est in potentia ad formam accidentalem. Si igitur materia est substantia, quia ipsa est in potentia ad formam substantialem, ergo et pari ratione dicetur materia esse || acci- ¹⁵ dens ex eo, quod est in potentia ad formam accidentalem. ^{11 v II}

Et preterea: Si aliquod dictum secundum quid siue [cum] ²⁰ condicione diminuente conueniat alicui nature, ipsum absoluto vocabulo et simpliciter non verificatur de ipso. Sed [quod] esse substantiam in potentia dicatur de materia, non propter hoc oportet substantiam verificari de materia simpliciter et absolute. Maior patet, quia dictum secundum quid non infert dictum sim- ²⁵ pliciter, quia fallacia est secundum quid et simpliciter. Minor etiam patet, quia esse in potentia est esse secundum quid et diminute de natura substantie, quare etc.

Item: Quod materia non sit substantia, adhuc arguitur sic, quia quicquid est substantia, ipsum est per se ens siue per se ³⁰ existens. Per hoc enim differt substantia ab accidente, quia accidentis habet [esse], cum aliiquid aliud est, quod est substantia, nam accidentis est inesse substantie. Substantia autem non habet tale esse, sed esse per se. Materia autem non habet esse per se, ut patet. Ergo materia non est substantia. ³⁵

2 substantia] quod habet aliquem actum substantialem *add. ms.* **19** accidentalem] substantialem *ms.* **20** siue] sine *ms.*

Oppositum arguitur:

Hoc primo auctoritate Boetii supra librum predicamentorum, qui distinguit triplicem substantiam, scilicet ypostasim, vsyosim et vsyam, hoc est materiam, formam et compositum, et dicit⁵ idem, quod relictis extremis, que sunt materia et forma, agendum est de medio, scilicet de substantia composita.

Idem etiam patet ex intentione omnium philosophorum, scilicet quod materia sit substantia, et hoc [idem] est, quod arguitur ratione, quia, quicquid habet aliquam entitatem, uel est substantia uel accidens. Sed materia habet aliquam entitatem.¹⁰ Ergo materia est substantia uel accidens. Sed non est accidens. Ergo est substantia. Maior patet per diuisionem entis; nichil enim est, quod effugit istam diuisionem. Minor patet, quia materia aliquam entitatem habet; est enim subiectum transmutationis et principium substantie. Et quod non sit accidens, hoc patet, quia accidens vniuersaliter in alio est. Sed materia in nullo alio est. Ergo materia est substantia.¹⁵

Ad istam questionem dicendum est: Cum queritur, vtrum materia sit substantia, dicendum, quod potest questio²⁰ querere, uel scilicet vtrum sit substantia realiter seu metaphysice loquendo, uel loyce loquendo considerando proprietates substantiales, que sunt per se esse et substare alteri.

Si questio querat primum, utrum scilicet materia sit substantia realiter loquendo, distinguendum est, quia materia aut est²⁵ prima aut non prima. Si queratur de materia prima, utrum scilicet ipsa sit substantia, adhuc distinguendum est, quia substantia et vnumquodque genus distinguitur per actum et potentiam. Si igitur querat questio, vtrum prima materia sit substantia in actu, dicendum quod non. Si igitur querat, utrum³⁰ sit ens in potentia, dicendum quod sic.

Primum patet ex nouem rationibus, quarum prima sumitur ex priuatione, secunda ex transmutatione, tertia ex termini transmutationis fictione, quarta ex materie diuisione, quinta ex

3 vsyosim] vsyasim ms. 4 est] in add. ms. 6 medio] media ms.

2-6 Boethius in categorias Arist. I (PL 64,184A); cfr. Thomas Aqu., de potentia q. 9, a. 1 et Boethius, liber contra Eutychen et Nestorium, III.

eius locatione, sexta ex diuersarum materiarum distinctione, septima ex substantie actuali diuisione, octaua ex materie prime cognitione, nona ex contradictionis implicatione.

Prima ratio ex priuatione sumpta est ista: Illud, quod quantum de se est priuatum omni forma tam substantiali quam ⁵ accidentalis, non est substantia in actu. Sed materia prima secundum se considerata priuata est omni forma tam substantiali quam accidentalis. Ergo materia prima non est substantia in actu. Maior patet, quia per formam substantialiem est aliquod ens substantialia in actu. Minor est euidens, quia priuatio tria ¹⁰ exigit, scilicet parentiam alicuius, quod priuat, et esse in subiecto et aptitudinem subiecti. Per primum differt priuatio ab habitu, per secundum differt a negatione, per tertium differt aliquod priuatum ab eo, quod non est aptum natum priuari; propter quod in celo non est priuatio, || quia quamquam in celo sit parentia ^{12.11} formarum multarum, tamen celum, quia non est transmutable a forma in formam, non est aptum natum ad alias formas; sicut lapis, quamquam careat visu, tamen non dicitur cecus, quia non est aptus ad uidendum. Vnde predicta tria requiruntur ad diffinitionem cuiuslibet priuati; quod patet dicendo, quod cecus est ²⁰ aptus natus uidere non uidens. Sed constat, quod materia prima, vnde materia omnium est, caret omni forma, et hec parentia est in materia ipsa prima, que apta est ad receptionem omnium formarum tam substantialium quam accidentalium. Materia igitur prima non est substantialia in actu. 25

Secunda ratio a transmutatione accepta est hec: Subiectum transmutationis substantialis saltem in primis corporibus seu substantiis transmutabilibus vnum est manens idem sub utroque termino secundum philosophum primo physicorum. Sed istud non est subiectum in actu, sed materia prima, que saluatur sub ³⁰ utroque terminorum transmutationis, cuius natura fuit in potentia ad utrumque, nullum istorum in se includens actu. Ergo materia prima secundum se non est substantialia in actu.

Tertia ratio, que sumitur ex termini transmutationis fixione

² substantiali] substantia ms. ²⁰ priuati] priuarii ms. ²⁶ hec] hoc ms.
33 est] seu add. ms.

est ista, quia illud, quod est substantia in actu, est fixum per se existens et terminus transmutationis. Sed prima materia non est terminus transmutationis nec ens fixum per se subsistens. Ergo materia prima non est substantia in actu. Maior patet in telligendo ipsam de substantia in actu, que est substantia generabilis. Minor etiam est manifesta, quia materia prima non est hoc aliquid nec habet esse fixum, sed ordinatur ad actum, et subicitur termino transmutationis; quare, cum subiectum differt a termino, ideo etc.

¹⁰ Quarta ratio sumpta a materie diuisione ad probandum, quod materia prima nullo modo est actu separata ab omni forma substantiali, nam a forma corporeitatis, que est continuitas, que est apta penetrare tribus dyametris, nunquam separari potest, ita quod actualiter remaneat sine ipsa. Probatio: nam ¹⁵ materia prima sic separabilis ab actu aut est diuisibilis aut non. Si est diuisibilis, cum diuisibilitas sit propria passio continui, ipsa materia est continua, et cum non possit habere nisi continuatatem corporis, sequitur ipsam esse corpus. Sed suppositum est ipsam non esse corpus. Ergo materia prima secundum se ²⁰ non est diuisibilis. Si autem est indiuisibilis, aut indiuisibilitas illa est sibi essentialis aut accidentalis. Si essentialis, ita quod naturalis sit sibi ista indiuisio, tunc nunquam poterit reperire contrarium, scilicet ipsam diuisibilitatem, quod falsum est, quia materia susceptibilis est forme diuisionis. Si illa diuisibilitas ²⁵ non est ei naturalis, sed accidentalis, tunc esse actuale erit aliquod esse, quod non constituitur per subiectum secundum se perfectum, quod falsum est. Materia igitur prima non est substantia in actu, que separari potest a forma corporeitatis nec per consequens a forma substantiali.

³⁰ Quinta ratio, que accipitur a materie locatione, est ista: Si enim materia prima sit substantia actu subsistens separabilis ab omni forma substantiali, aut est designabilis [in loco aut non. Si est designabilis in] loco, cum illud, quod realiter distinguetur in loco, sit diuisibile, sequitur materiam diuisibilem esse

8 termino] terminus ms. 32 designabilis] disaggregabilis ms.

16 cfr. Physica VI,2. 232b, 24 s. 30-27 (p. 548) cfr. Avicenna, de philosophia prima, tract. 2, cap. 3, fol. 76r II—76v II. (Venetiis 1508)

et per consequens esse continuam et esse corpus, quod falsum est. Si autem non est designabilis in loco, aut habet situm aut non. Si habet situm, tunc est punctus, et cum ad omnem punctum posset duci linea,* quod cum falsum sit, ideo etc. Si autem || non habet situm, videamus, quomodo accipit formam corporis. Aut enim acquirit eam subito aut successiue. Si successiue, tunc erit diuisibilis, quia omne, quod mouetur, est diuisibile, et sic materia adhuc erit continua et per consequens erit corpus sicut prius; quod cum falsum sit, ideo etc. Item nec accipit eam subito, quia tunc aut acciperet eam in omni loco,* cum non sit 10 causa, quare accipiat eam in omni loco. Quod autem est in omni loco, est diuisibile et quantum, ergo et corporis forma prius inest materie, antequam corpus habet, quod est impossibile. Non autem potest dici, quod forma corporis nusquam inueniat materiam in suo esse, quia hoc est impossibile apud quemlibet. 15 Si autem dicatur, quod in vno loco et non in alio inueniat forma corporis materiam, hoc est irrationabile fingere. Si autem dicat aliquis, quod corporis forma dat ei locum, quando accipitur a materia, hoc est inconueniens, quia nec omne corpus est in loco nec forma corporis dat vnum locum potius quam alium, 20 cum nos videamus ex materia in vno loco fieri terram et in alio ignem, et huius causa nulla esse potest, nisi quia forma ignis partem materie inuenit et forma terre uel generans terram intuenit aliam partem materie in loco centri seu iuxta centrum. Circumferentia autem ad centrum non conuenit materie sine corporeitate. Ergo materia a corporeitate secundum esse in actu nunquam est separabilis. 25

Sexta ratio, que sumitur ex diuersarum materiarum distinctione, est ista, quia si separatur materia a corporeitate secundum esse, et similiter [separatur] a forma substantiali secundum se 30 existens actu. Ponamus igitur, quod a corporeitate aliqua separatur aliquid materie prime et postea quod ab alia corporeitate separetur aliud. Iste igitur materie aut sunt per omnia idem aut diuerse. Si autem per omnia idem [sunt], vniuntur. Quando igi-

⁴ linea,*] *Haud dubie addendum: materia esset continua; 10 loco,*]* Videntur excidisse huiusmodi quaedam: aut nusquam, aut in vno loco et non in alio.
³⁴ diuerse] diuersa ms. vniuntur vniuantur ms.

tur vnite, aut totum, quod prouenit ex eis, est equale parti, quod est inconueniens in materialibus, aut altera pars destruitur et non erit assignare, quid destruat eam, quod est irrationalib[us], aut vtraque destruitur, et iterum illius nulla ratio est; aut oportet dicere, quod vna habundet super alteram, et huius etiam nulla ratio est, cum in nullo differant. Si autem dicatur, quod ille materie sint diuerse ad illud, per quod sunt diuerse, constat, quod hic non potes dicere, quod materie ille separate sint a formis. Omnis autem diuersitas a forma est. Quare manifestum est, quod non sunt diuerse. Non igitur est ponere materiam esse substantiam aliquam in actu per se subsistentem. Vnde si sit materia uel maioris uel minoris spatii, uel rara uel densa, uel huius figure uel illius, hoc autem a forma physica, ideo etc.

Septima ratio, que sumitur a substantie actuali diuisione, hec est, quia omnis substantia in actu est actus aut actum habens.

Sed materia prima non est actus nec actum habens. Ergo materia prima non est substantia in actu. Maior patet, quia omnis substantia in actu uel est simplex uel composita. Si est simplex, sic est actus; si composita, sic est actum habens. Minor est etiam manifesta, quia materia non est actus, quia omnis substantia, que est actus, ipsa est actu intelligens et actu intellecta secundum intentionem philosophi. Sed constat, quod materia non est actu intelligens, ymo penitus omni cognitione caret; nec est habens actum, quia habens actum est substantia composta ex materia et forma. Sed materia non est substantia ex materia et forma composita, quia forma omnis aut est substantialis aut accidentalis. || Materia autem vnde huiusmodi nichil horum in se habet. Ergo materia prima non est substantia in actu.

Octaua ratio a materie cognitione sumpta hec est, quia materia habet cognitionem uel per priuationem uel per transmutationem uel per formam uel per effectus uel in simili. Sed nullus istorum intellectu[m] materie est essentialis, quia priuatio non est de essentia materie; tunc enim presente habitu non remaneret natura materie, quod falsum est. Nec transmu-

¹ vnite] vnit[us] ms. ⁵ vna] altera ms. ³⁰ sumpta] est add. ms.

tatio materie essentialis est materie, quia tunc sub terminis transmutationis non esset materia. Et iterum cum transmutatio sit de genere termini, ad quem est, qui quatuor sunt, sicut substantia, qualitas, quantitas et locus, et nichil horum sit de essentia materie, manifestum est, quod materia secundum se ⁵ non existit in actu.* Ergo materia secundum se et erit in actu et non erit in actu, et cum ipsa de se sit in potentia ad esse, et si secundum se ponatur esse substantia in actu, ipsa erit et in potentia et in actu et secundum se et respectu eius. Et etiam, cum ipsa secundum se sit substantia in actu, tunc forme substantiales accidentales erunt, quare forma substantialis est nondum substantialis et accidentalis. Item que omnia sunt impossibilia. [Ergo] manifestum est, quod materia non est substantia in actu secundum se et secundum naturam suam, sed fit in actu per formam, que dat esse in actu, non tamen per hanc uel ¹⁵ per illam, sed per formam simpliciter, et eius esse in actu saluatur per successionem formarum in ea. Patet igitur, quod materia non est substantia in actu.

Et sic patet primum.

Secundum etiam patet, quod materia prima sit substantia in ²⁰ potentia. Quod patet ex quatuor rationibus, quarum prima sumitur ex entis et non entis distinctione, secunda ex rerum transmutatione, tertia ex modo transmutandi, quarta ex modo cognoscendi ipsam materiam.

Prima est ista, quia materia prima aut est ens in potentia ²⁵ pura aut est ens in actu puro aut in actu permixto potentie aut erit purum nichil. Sed ipsa non est purum nichil nec in puro actu [nec in actu] permixto potentie. Ergo relinquitur, quod materia prima est in pura potentia. Et patet maior ex sufficiente distinctione entis in potentia et entis in actu et ex distinctione ³⁰ entis et non entis. Minor est euidens, nam prima materia non est purum nichil, quia ex nichilo nichil fit secundum intentionem et communem conceptionem omnium philosophorum, cum materia prima primo est illud, ex quo omnia primo fiunt. Ergo non est purum nichil. Non est ens in puro actu nec sub- ³⁵

6 actu.*] *Deest declaratio, cur forma uel effectus non sint de essentia materie.*

6-12 Ergo—accidentalis] *videtur pertinere ad nonam rationem ex contradictionis implicacione.* **14** naturam] *materiam ms.* **16** actu] *actum ms.* **31** non entis] *vouentis ms.*

stantiali nec accidentalii, ut probatum est prius. Nec etiam est ens in actu permixto potentie, quia solum tale erit forma imperfecta uel habens formam imperfectam. Sed materia nec [est] forma neque est formam habens nec perfecte nec imperfecte, ut
⁵ liquet ex dictis. Relinquitur igitur, quod materia prima sit in pura potentia, nec intelligendo, quod ipsa sit suum esse in potentia, siue ipsa sit in potentia siue principium istius potentie, quia ipsa potentia est ad actum.

Secunda ratio accepta a rerum transmutatione est ista, quia
¹⁰ fieri seu transmutari, quod importat initium essendi, dicitur multiplex: Quoddam enim est fieri simpliciter, et hoc solum est substantiarum. Aliud est fieri secundum quid, et hoc est accidentium. Sed ad hoc, quod aliquid fiat simpliciter, requiritur, quod non fuerit simpliciter prius; quod accidit in hiis, que fiunt
¹⁵ substantialiter, ita intelligendo, quod sicut cum fit homo non prius fuit homo, ita quod fit substantialiter quantum ad primum actum substantie, non prius habuit aliquem actum substantie. Sed substantia non fit ex nichilo nec ex ente in actu, quia canis fit ex non cane, equus ex non equo, et sic de singulis. Ergo substantia primo non omnino fit ex ente in actu, prout dictum est.
²⁰
^{12vii} Relin || quitur [igitur] ex dictis, quod materia prima sit ens in potentia.

Tertia ratio, que accipitur a modo fiendi seu transmutandi ipsorum entium, est ista, quam ponit philosophus primo physi-
²⁵ sicorum. Nam eorum, que fiunt, quedam fiunt a transfiguratione, sicut statua ex ere; quedam vero ex appositione, ut patet in omnibus, que augmentantur, sicut fluuius fit ex multis riuis; alia autem fiunt alteratione, ut illa, quorum materia alteratur siue per naturam siue per artem. Sed in omnibus istis modis
³⁰ fiendi apparent, quod illa, que fiunt, ex aliquo subiecto fiunt. Ergo etiam substantie generabiles, que fiunt, ex aliquo subiecto fiunt. Sed illud subiectum, ex quo primo fiunt, est materia prima. Que cum non sit ens in actu, ut probatum est, relinquitur, quod sit ens in potentia.

³⁵ Quarta ratio, que sumitur ex materie cognitione, est ista:

¹⁶ quod] prius add. ms.

Nam secundum philosophum secundo physicorum materia prima scibilis seu cognoscibilis est per analogyam, id est per proportionem ad formas artificiales. Sed subiectum siue materia omnium formarum artificialium est in potentia ad omnes formas accidentales et nullam illarum actu includit, ut lignum⁵ est in potentia ad omnes formas artificiales puta lecti, scampni, pulpiti, et modo est sub forma scampni, modo sub forma lecti, et nullam istarum in se includit. Ergo eodem modo materia omnium formarum naturalium, que subiectum primum est respectu omnium illarum, est in potentia ad omnes illas formas¹⁰ naturales, nullam formam naturalem in se includendo. Ipsa igitur materia prima est substantia in potentia.

Iuxta quod est intelligendum, quod quamquam materia prima sit in potentia ad substantiam et in potentia ad accidens, tamen magis dicitur substantia quam accidens propter hoc, quia est¹⁵ inmediatum principium substantie in actu, quia essentia substantie in actu, que composita est, integratur ex materia et forma; non autem est principium accidentium nisi mediante forma substantiali, quia materia cum forma est causa omnium accidentium, ut scribitur [primo] physicorum. Item essentialiorem comparationem habet materia ad formam substantialem quam ad formam accidentalem, quia per formam substantialem fit ens primo et simpliciter in genere substantie; per formam autem accidentalem fit ens secundario et ens tale et secundum quid. Et ideo realiter loquendo potius materia dicitur substantia quam accidens, et propter etiam alias proprietates substantiales, que debentur materie, ut iam patebit. Materia igitur prima est substantia in potentia.²⁵

Si autem querat questio, vtrum materia non prima, ut specialium substantialium, ut est semen oliue, semen hominis, sperma equi,³⁰ sperma leonis, et sic de aliis, utrum sit substantia, distingendum est, quod substantiarum alia est in potentia pura, alia in actu puro, alia in actu permixto potentie.

Si queratur, utrum materia non prima sit substantia in pura potentia, dicendum quod non. Cuius ratio patet ex dictis, quia³⁵

18 est] ex ms. 22 formam^{1]} substantialem add. ms.

1 Physica II,1. 193a, 10 ss. 20 Physica I,7. 190a, 9 ss.

illud, quod [est] ens in pura potentia, nullum actum in se includit nec substantiale nec accidentale. Sed materia non prima, cuiusmodi est semen uel quocumque tale, aliquem habet actum, quia forma aliquod est seminis. Verum enim est dicere,
⁵ quod semen seu sperma non [sit] illud, ad quod est in potentia. Vnde semen hominis non est homo. Nec sperma hominis est materia prima; sic enim ex spermate indifferenter fieret quodcumque ens naturale, quod falsum est. Materia igitur non prima omnino non est in [pura] potentia.

¹⁰ Si autem queratur, vtrum materia huiusmodi non prima sit in puro actu, ita quod in actu completo, dicendum quod non, quia illud, quod habet ordinem ad aliud sicut potentia ad actum, non est ens in actu completo. Sed materia non prima, ut est semen hominis, habet ordinem ad formam substantialem
¹⁵ hominis sicut potentia ad actum, quia semen hominis est illud, quod in potentia est. Hinc ergo talis materia non prima non est in puro actu ita quod in actu completo.

^{13 r. 1} Si autem || queratur, vtrum materia non prima sit substantia in actu permixto potentie, dicendum quod sic, quia, quod est
²⁰ informans aliquid existens in potentia ad ulteriorem perfectiōnem, hoc est in actu permixto potentie. Sed materia non prima aliquid informat substantialiter et actualiter, ut corpus uel materiam puram uel consimilem. Item est in potentia ad formam substantialem. Ergo materia non prima est substantia in
²⁵ actu permixto potentie.

Et sic patet, quid sit dicendum ad questionem realiter loquendo.

Si autem queratur, loye loquendo, vtrum materia sit substantia videlicet quantum ad proprietates, dicendum, quod proprietates substantiales sunt tres, quarum una est esse per se;
³⁰ secunda non esse in alio et tamen habere essentiam; tertia est substare alteri. Hiis enim modis dicitur substantia uel a per se essendo uel ab essentia non ente in alio uel a substando.

Si questio querat primum, vtrum scilicet materia vnde materia sit substantia a per se essendo, dicendum quod non, quia
³⁵ omne, quod per se est, uel est actus uel actum habens. Sed materia saltem prima non est actus nec actum habens. Ergo ma-

⁴ Verum] vtrum ms. ⁶ Vnde] vtrum ms. ¹⁰ prima] omnino non est in potentia add. ms.

teria non potest dici substantia a per se essendo. Materia tamen non prima dici potest aliquo modo substantia a per se essendo, vt semen aliquod ens per se est, licet ordinetur ad actum vltiorrem. Maior patet, quia omnis substantia uel est actus, et sic est simplex substantia, uel substantia composita, que est ⁵ actum habens. Minor patet ex dictis, ideo etc.

Si questio querat secundum, utrum scilicet materia prima sit substantia ex eo, quod est essentia non in alio, dicendum quod sic, quia quicquid est ens non in alio, ipsum est ens nature substantialis. Sed materia prima est ens non in alio, immo ¹⁰ omnia alia sunt in ipsa. Ergo materia prima est aliqua natura substantialis. Maior patet, quia ex hoc distinguitur substantiale ab accidentalis, quod substantiale vnde huiusmodi non est in alio, accidentale autem est ens in alio. Propter quod etiam dicuntur termini substantiales non solum illi, qui significant ¹⁵ substantias, sed vniuersaliter termini significantes per modum entis in se et non in alio, ut albedo et nigredo etc. Minor etiam patet, quia materia ut sic significat [illud, quod] habet modum essentie non entis in alio, quia illud, quod est materia, non est forma, quia forma differt a materia essentialiter; nec est substantia ²⁰ composita; nec etiam materia prima in alio est. Per hoc enim est prima, quia omnibus subiecta est et sibi nichil subicitur, quia in nullo alio est. Materia igitur prima dici potest substantialis natura, quia non est in alio. Dico autem substantialis natura et non substantia, quia substantia significat rem de ²⁵ genere substantie, substantiale autem significat per modum substantie. Et propter hoc ab hac proprietate materia prima non dicitur substantia proprie, sed aliiquid substantiale; secundum istum etiam modum substantie et similiter aggregatum ex forma substantiali et ex materia [dicitur substantiale], quia ³⁰ huiusmodi non sunt in alio.

Si autem querat questio, vtrum materia sit in substando, distinguendum [est], quod substare est dupliciter, nam uno modo aliiquid substans forme substantiali, alio modo forme accidentalis. Primo modo materia prima dicitur substantia, quia ³⁵ primum substans est materia prima; nam quicquid substans,

¹³ accidentalis] actu tali ms. ²⁴ naturalis] naturalis ms. ²⁵ significat] signat ms. ³³ distinguendum] distinguendo ms.

per naturam eius subststat. Superficies enim, si subststat colori, per naturam corporis subststat, que est aggregatum ex forma, cui subststat materia, et ex materia, que subststat forme, ita quod si est materia prima, primo subststat, si autem est materia non prima, primo non subststat; si naturam substantis habet, hoc est per attributionem ad materiam primam. Materia igitur prima dicitur substantia, quia subststat forme substantiali.

Si queratur, vtrum materia prima dicatur substantia a substando forme accidentalis, hoc potest intelligi dupliciter: uel primo et non inmediate, [uel inmediate]. Primo modo materia prima adhuc subststat, quia primum substans est, per cuius naturam et materia non prima et substantia composita in actu substans formis accidentalibus, sicut patet || ex dictis. Secundo autem modo substantia composita subststat, quia materia denudata a formis non subststat accidentibus, sicut de se patet, ideo etc.

Et sic patet solutio ad questionem et ad rationes:

Cum arguitur primo: omne, quod est substantia, aliquem habet actum substantiale, verum est de substantia in actu, sed de substantia in potentia non est verum. Et tunc argumentum bene probat, quod materia prima non est substantia in actu, et hoc est concedendum. Uel dicatur: omne, quod est substantia, habet actum substantiale, verum est de substantia dicta a per se essendo, sed de substantia dicta a substando uel a non essendo in alio non habet ueritatem. Sed materia [prima] est substantia a substando dicta et a non esse in alio, ideo etc.

Ad aliud: Cum arguitur, quod materia non est substantia in potentia, quia sicut materia est in potentia ad formam substantiale, ita est in potentia ad formam accidentalem; dicendum ex predictis, quod non [est] simile, quia essentialiorem compositionem habet materia ad formam substantiale quam ad formam accidentalem, quia primo et inmediate fit ens simpliciter per formam substantiale, in actu essentialiter fit ens tale,* ita quod ens tale, secundum quid et accidentaliter.

Item: Materia saltem prima dicitur substantia, quia subststat forme substantiali; forme autem accidentalis materia per se non

¹¹ cuius] eius ms. ¹² substant] subststat ms. ²⁴ prima] non add. ms. ²⁷ quia] quod ms. ³³ tale,*] Fortasse addendum: secundario per formam accidentalem cfr. p. 552,23-25.

substat, sed aggregatum ex materia et forma, et ideo materia adhuc magis dicitur substantia quam accidens.

Ad tertium: Cum dicitur, quod quicquid dictum est de aliquo cum condicione diminuente seu secundum quid, non debet de eo predicari simpliciter, conceditur. Et ad minorem: Cum dicitur,⁵ quod esse substantiam in potentia predicatur cum condicione diminuente de materia, sic dicendo, quod materia est substantia in potentia; dicendum, quod, si intelligatur, quod materia dicitur substantia in potentia quantum ad actum substandi, vide- licet quantum ad non esse in alio, dicitur ad hoc per interemp-¹⁰ tionem, quia materia per se substat forme, et materia vnde huiusmodi in nullo alio est. Si autem intelligatur, quod materia sit in potentia ad per se esse seu ad per se substare per formam substantialem, sic debet concedi etiam, quod materia per se non est substantia simpliciter et in actu, sed hoc sibi contingit¹⁵ per formam substantialem, ideo etc.

Ad quartum: Cum dicitur: quidquid est substantia, ipsum est per se substans in actu, verum est, quicquid est substantia in actu, ipsum per se subsistit; sed de illo, quod est substantia in potentia solum, [id est] de illo, quod est substantia in substando²⁰ uel a non essendo in alio, non oportet, quod illud sit ens per se habens esse. Et ad probationem: Cum dicitur, quod per hoc differt substantia ab accidente, quod substantia [est ens per se, accidens autem] est ens in alio, dicendum est, quod illa differentia intelligitur inter substantiam in actu et accidens, sed de substantia²⁵ in potentia ad essendum et de substantia dicta a substando et de substantia dicta a non esse in alio non habet ueritatem. Sed materia non est substantia in actu, sed est substantia in potentia et substantia, que substata. Et quia non est in alio, ideo etc.

III.

30

Consequenter queritur de tertio, quid scilicet sit illud, quod sit primum et minimum, quod est causa et mensura omniū, que sunt in predicamento substantie. Et specificando questionem queritur, vtrum hoc sit materia uel forma uel aliqua substantia composita uel deus.³⁵

Et uidetur, quod non sit materia, quia, quod est primum,

sicut mensura in aliquo genere, ipsum debet esse principium essendi et cognoscendi omnium respectu illius generis. Sed materia non est principium essendi et cognoscendi respectu omnium illorum, que sunt in predicamento substantie. Ergo materia⁵ non est primum et minimum, mensura existens, respectu omnium, que sunt in predicamento substantie. Maior patet, quia omne, quod mensurat, uel mensuratur in essendo uel in cognoscendo. Minor verificatur, quia materia non est principium essendi, nisi^{13 v 1} in potentia, sed magis est principium || deficiendi; nam principium corruptionis est, quam enim habens corruptibile est. Nec etiam materia est principium cognitionis, quia principium cognitionis actus est; materia autem de se non est ens in actu, ut ostensum est, ideo etc.

Contra: Illud est minimum et mensura omnium illius generis,¹⁵ quod est primum in illo genere. Sed materia est primum in genere substantie. Ergo materia est illud minimum et mensura omnium, que sunt in genere substantie. Maior patet, quia mensura prior et simpliciter est illis, que mensurat, ergo etc. Minor declaratur, quia potentia prior est actu, saltem in eodem, ut²⁰ patet ex nono metaphysice. Potentia autem debetur materie. Ergo etc.

Sed uidetur, quod illud primum in predicamento substantie, quod est mensura substantiarum, sit forma, quia de ratione mensure est, quod simpliciter sit et principium et mensura²⁵ in essendo uel [in] cognoscendo. Sed forma est simplex et principium cognoscendi respectu omnium, que sunt in predicamento substantie. Forma enim in simplici consistit, et forma est illud, quo vnumquodque est et cognoscitur. Ergo forma substantialis est primum et mensura omnium, que sunt in genere substantie.

³⁰ Contra: Primum non suscipit predicationem generis sui. Sed forma substantialis recipit predicationem substantie. Ergo forma substantialis non est mensura. [Maior patet, quia] vnitas, que est mensura numerorum, non recipit predicationem numeri, et sic de aliis. Minor etiam patet, quod forma substantialis

18 illis] illius ms. etc.] et prior ms. 24 mensura] mensuratum ms.

20 Metaphysica IX,7. 1049b, 20 ss.

[recipit predicationem substantie]; dicitur enim substantia de materia et forma et de composito, quare etc.

Item: Aliorum distinctorum per essentiam, quorum vnum non reducitur ad alterum, [vnum non est mensura alterius. Sed materia et forma sunt huiusmodi.] Ergo forma non est mensura respectu materie, nec econuerso, sed utrumque illorum est in predicamento substantie. Ergo forma non [est] mensura omnium, que sunt in predicamento substantie. Maior patet, quia mensurata omnia debent reduci ad mensuram sicut principiata ad principium. Minor declaratur, quia materia non est causa forme quantum ad essentiam suam, nec e conuerso, ideo etc.

Sed tunc arguitur, quod nec deus sit mensura respectu omnium, que sunt in predicamento substantie, quia mensura debet esse nature vniuersae cum mensurato et debet esse principium intrinsecum respectu generis, cuius est illa mensura. Sed deus non est nature vniuersae cum substantiis, que sunt in predicamento substantie. Ergo deus non est minimum seu mensura respectu omnium, que sunt in genere substantie. Maior patet, quia mensura est proportionalis mensurato et eiusdem generis, nam punctus et linea, pondus et vncia, vnitatis et numerus, et sic de aliis, nature vniuersae sunt. Minor etiam patet, quia deus extra omne genus est, et sic omne ens nec est proportionabile alicui enti causato, quare etc.

Item: Non est vna mensura respectu omnium accidentium. Ergo nec est vna mensura respectu omnium substantiarum. Si sic, ergo deus non est mensura omnium substantiarum. Antecedens patet, quia non est vna mensura ponderum [etc.], sed alia et alia. Vnde philosophus decimo metaphysice: si omnia essent colores, albedo esset eorum mensura. Consequentia patet per simile, quod videtur esse de substantiis et accidentibus; quod confirma-

¹ recipit—substantie] non est mensura. Vnitatis, que est mensura numerorum, non recipit predicationem numeri, et sic de aliis. Minor etiam patet, est substantia ms. 4-5 vnum—huiusmodi] cfr. p. 569,34-36. ⁹ mensurata] mensura ms. 15-22 vniuersae] vniuersa ms. ³¹ quod¹] quia ms.

tur per hoc, quia omnia accidentia non sunt eiusdem, sicut etiam omnes substantie non sunt vnius rationis, quare etc.

Contrarium patet ex intentione philosophi decimo methaphysice et commentatoris ibidem. Dicit enim philosophus ibidem,
5 quod oportet querere vnam mensuram omnium substantiarum. Sed ista est deus, ut dicit commentator ibidem. Ergo deus est mensura omnium substantiarum.

Item: Dicit philosophus quarto physicorum, quod vnitates
13 v. II mensurantur vnitate et tempus tempore || et equus equo; ergo
10 etiam substantia substantia et accidens accidente. Sed de omnibus substantiis prima substantia est deus, que principium est omnium substantiarum simplicium, quare etc.

Ad istam questionem dicenda sunt tria: Primum est, quid sit principium siue mensura omnium in quolibet genere et
15 quot requiruntur ad rationem principii seu mensure. Secundum est, quomodo aliquid sit principium seu mensura et quid sit mensura et minimum in substantiis. Tertium est, quomodo per comparationem ad primum substantiarum et uniuersaliter ad [primam mensuram] omnia entia diuersimode principiantur
20 et componuntur, et hoc est scire ordinem entium ad primum, quod est causa et mensura omnium entium.

Circa primum est intelligendum, quod ad rationem principii, quod est mensura et minimum, requiruntur sex condiciones:

Prima est ratio determinationis seu certificationis respectu
25 mensuratorum. Et quicquid est mensura alterius, cum mensura sit notior mensurato et certior, illud est principium certificationis respectu eius. Sed primum seu minimum, quod est mensura, est mensura respectu mensuratorum et non respectu alicuius alterius. Ergo mensura vnde mensura est principium respectu
30 illorum, que mensurantur per ipsam. Et eadem sunt principia essendi et cognoscendi, ut subicitur primo methaphysice, intelligendo hoc essentialiter; nam per eadem est essentialiter aliquid et per eadem cognoscitur.

19 omnia entia] omnium entium ms. cfr. p. 565,29-30. 24 determinationis] determinationem ms.

3-5 Metaphysica X,2. 1054a, 10 ss. 4 Averroes, Metaphysica X, com. 7.
8-9 Physica IV,11. 220a, 20 ss. 31 Metaphysica II,1. 993b, 30-31.

Item ad rationem mensure secundo exigitur ratio causalitatis. Cuius ratio est, quia illud, per quod aliquid certificatur certificazione a priori, illud habet rationem causalitatis respectu eius. Sed mensura est principium certificationis respectu principiotorum seu mensuratorum, ut ostensum est. Ergo secundo ad 5 rationem mensure ratio causalitatis requiritur.

Tertio ad rationem principii seu mensure requiritur ratio actualitatis; nam principium cognitionis causarum rationem actualitatis respectu eorum, quorum est principium, habet. Sed mensura est principium cognitionis et causalitatis respectu mensu- 10 ratorum, ut iam probatum est, ergo etc.

Quarto ad rationem mensure requiritur ratio simplici[tati]s. Sed quicquid est actuale et causale respectu alicuius, simplicius est respectu illius, nam causa est simplicior effectu, et quanto aliquid est causalius et actualius, tanto est simplicius. Sed men- 15 sura est causalis et actualis respectu mensuratorum. Ergo quarto requiritur ad rationem mensure ratio simplicitatis.

Quinto ad rationem mensure exigitur ratio conformitatis, quia effectus debent conformari suis causis et composita simplicibus et maxime, cum vnitur simile simili uel secundum virtutem uel 20 secundum actum. Sed mensurata sunt effectus respectu mensurantium et compositioris nature sunt quam mensura, quia mensura, ut inmediate probatum est, simplicior est quam mensuratum et mensura est causa respectu mensuratorum. Ergo quinto ad rationem mensure requiritur ratio conformitatis. 25

Sexto ad rationem mensure requiritur ratio imitabilitatis inter mensuram et mensuratum.

Mensura igitur est principium certitudinis causale actuale, simplex, principium conformitatis et imitabilitatis existens. Et sic patet primum, quid scilicet sit mensura, et quot ad rationem 30 [principii seu mensure] requiruntur.

Circa secundum, scilicet quomodo aliquid est mensura, dicitur duplamente: communis et propria. Communis mensura est illa, que se extendit per rationes mensure, que dicte sunt, similiter ad [omnia] entia. Propria mensura est illa, que appropria- 35 tur vni generi entis, uel entium alicui speciali enti.

11 etc.] tertio ad rationem mensure requiritur ratio actualitatis iter. ms.

17 requiritur] relinquitur ms. 22 compositioris] competentioris ms.

14 r.1 Si igitur queratur, quid sit communis || mensura substantiarum et vniuersaliter omnium entium, dicendum est igitur, quod hoc est deus. Ad cuius intellectum sunt quatuor notanda: Primum est, quod omnium entium est vna mensura. Secundum est, quod illa mensura primo conuenit substantie. Tertium est, quod illa sit deus. Quartum [est], qualiter deus mensuret.

Circa primum notandum, quod, cum omnia entia communicant in ratione entis, non communicant in ente sicut in genere, quia secundum intentionem philosophi et Auicenne differentia est extra rationem generis. Sed nichil potest addi, quod sit extra rationem entis. Et ideo commentator [dicit], quod ens prima significatione et sine medio significat substantiam, qualitatem et quantitatem etc. Ens igitur non dicitur vnuoce de omnibus entibus, sed secundum analogiam.

15 Ex hoc sic: In omnibus dictis secundum analogiam est dare aliquid, ad quod tamquam ad primum et mensuram dicuntur omnia alia. Sed ens de omnibus entibus dicitur secundum analogiam. Ergo entibus est dare aliquam mensuram vnam. Et sic patet primum.

20 Quod autem hec mensura prius sit in substantiis quam in accidentibus, sic patet, quia sic entia mensuram participant, que est mensura entis secundum quod ens, secundum quod attingunt ad rationem entis. Sed substantie prius sunt entia quam accidentia, propter quod substantie dicuntur entia absolu-
25to vocabulo, accidentia autem dicuntur entia propter entitatem, que [non] in eis est, sed in substantia. Mensura igitur in entibus prius conuenit substantiis quam accidentibus. Et sic patet secundum.

Quod autem deus sit hec mensura, sic patet, quia illud est
30 mensura communis respectu omnium entium, quod est certum, actuale et causale et simpliciter respectu omnium entium et cui conformantur omnia entia [et quod imitantur]. Sed deus est ens certissimum, quia principium est omnis certitudinis, in quo est ens causale, quia causa omnium est, actuale, quia actus

12 significat] signat ms. 14 analogiam] anoloycam ms. 16 mensuram] mensura ms. 29 quia] quod ms. 32 et quod imitantur] promittantur ms.

purus est, ens simplicissimum, quia sibi non contingit additio nec diminutio. Vnde ex hoc dicitur vetus et primus. Hinc deus est etiam illud ens, cui omnia conformantur, quia omnia sunt effectus eius siue mediate siue immediate. Ipse enim [est] ens, quod omnia imitantur, quia ipse est mensura omnium per rationes ydeales siue imitator[ia]s. Ergo deus est mensura communis omnium entium, primo tamen substantiarum, et postmodum aliorum. Vnde commentator dicit decimo metaphysice, quod sicut in coloribus est vetus color mensura omnium colorum, ita in substantiis est vna substantia mensura substantiarum omnium. Et ista est motor primus, eternus, absolutus ab omni materia, actus purus, cui nichil est permixtum de potentia. Et sic deus est mensura omnium entium, quia se extendit ad omne ens. Item hoc sic confirmatur, quia secundum philosophum in ethicis priuationes mensurantur per habitum. Vnde virtuosus est mensura omnium. Cum igitur per comparationem ad deum omnia entia mensurantur, [ipse est mensura communis omnium entium.] Et sic patet tertium.

Circa quartum, scilicet quomodo sit mensura entium, est notandum, quod, cum deus omnia producit in rationem entis artis, mensura est entium per cognitionem omnium. Per rationes [ydeales] seu imitator[ia]s mensura enim est rerum ordinatarum secundum participationem aliquam maiorem uel minorem aliquius participati; sicut colores, qui diuersimode participant naturam hanc, que est ypostasis eorum, habent vnam mensuram, quam participant colores secundum plus et minus, que est albedo, uel forte lux, que est dispositio aliqua saltem || ab extra; que si cognosceret omnes modos participandi, quibus participari potest, superiori modo mensuraret albedinem et alios colores quam albedo. Sed deus existens quasi exemplar omnium entium cognoscit omnes gradus, quibus participari potest. Et quia cognoscit gradus et modos, quibus participatur, per ydeas, que sunt ipse deus, ideo deus mensurat entia dupliciter: Vno quidem

1 simplicissimum, quia] supremum, quod ms. 5 imitantur] innituntur ms.
20-21 rationem entis artis] fortasse: ratione mensurantis. 22 imitator[ia]s
ymatoris enim ms. 28 participari] participare ms.

modo, in quantum representant ydeam sui esse et ei conformantur; [alio modo], in quantum attingunt ad quidditates sue essentie per participationem. Et quia illa, que sunt simpliciora et notiora, per appropinquationem ad primum habent rationem prioris et 5 simplicioris, ut patet ex secundo de generatione, ideo intra quodlibet genus, cum communicatur ratio mensure ad primam mensuram, est aliqua mensura prima illius generis, ut intelligentia prima in substantiis est incorporeis, et homo in substantiis corporeis, ut patebit. Et adhuc inter homines sapientior, qui 10 plus viget intellectu, mensura est aliorum. Et hoc secundum quod in eis est ponere gradus essentiales. Hoc enim est de dispositione mensuratorum, quod sint in eis gradus. Deus ergo est mensura communis respectu substantiarum et vniuersaliter respectu omnium entium.

15 Si autem queratur, vtrum deus sit mensura propria respectu illorum et aliorum entium, distinguendum est, quia proprium est dupliciter: vno quidem modo est proprium, ut distinguitur contra transsumptum, alio modo est proprium, quod accipitur contra commune. Primo modo deus est mensura propria omnium substantiarum et vniuersaliter omnium entium, quia propria mensura entium, ut proprium distinguitur contra transsumptum, est illud, quod proprie habet illas sex conditiones mensure, de quibus dictum est. Sed deus est huiusmodi, quia ipse existens artifex omnium omnia producit et cognoscit secundum propriam rationem. Est enim deus causa productiva omnium in eterna veritate, per quam cognoscuntur entia secundum exemplar proprie rationis, propter quod deus proprie est principium certitudinis, et est simplicissimus, cuius exemplaribus omnia conformantur per causas ydeales [et] ipsum imitantur; 20 ideo est propria mensura omnium. Que proprie sibi debentur rationes mensure, secundum autem quod hec rationes mensure communicantur diuersis a prima mensura, que est ipse deus. Sed hec ratio mensure eis potest conuenire, nam secundum rationem manifestationis speciei impresse menti intelligentiarum sunt mensure conformium illis, quibus si addatur ratio causalitatis per modum intelligentie, motrices orbium sunt men-

¹ conformantur] conformatur ms. ⁷ prima] primi ms. ¹⁶ illorum et aliorum] illarum et aliarum ms. ²⁹ ydeales] ydeas ms.

sure per suum intellectum practicum generabilium et corruptibilium. Hoc enim est mediante causalitate celi. Nam sicut dicitur duodecimo methaphysice: generata hic inferius recipiunt mensuram ex quantitatibus motuum stellarum, que reducuntur in intellectum mouentium secundum impressionem similitudinis ⁵ seu ydee exemplariter eterne, qua mouet ea in ratione amati et desiderati, ut dicit philosophus ibidem. Et secundum hanc participationem diuini exemplar[is] proprie dicuntur dii. Ideo bene dicit Proclus quarta decima propositione, quod omnis deus est mensura omnium. Et quantum est hic de ratione ¹⁰ causalitatis, tantum est hic de ratione imitationis. Et intellige, quod intellectus noster quantum ad intelligibilia et sensus quantum ad sen || sibilia per similem modum sunt mensure rerum ^{14v1} quantum ad conformitatem et representationem, ut patet ex decimo methaphysice, quamuis res sint mensure quantum ad ¹⁵ rationem causalitatis, secundum quod sensatio et scientia ex rebus sunt accepte. Practicus enim intellectus noster est mensura artificialium quantum ad conformitatem, determinationem et imitationem. Et tandem mensura communicatur substantiis et accidentibus quantum ad simplicitatem eorum: Substantiis, ²⁰ quippe quia quanto substantie mensure sunt conformiores, tanto sunt simpliciores et actualiores ex consequenti mensura aliorum, ut dictum est supra de prima intelligentia et de homine vigente intellectu, qui deus est aliorum et mensura. Item accidentibus etiam communicatur ratio mensure, quia accidentium quedam ²⁵ sunt permanentia et quedam sunt successiva. In permanentibus autem requiritur simplicitas et per consequens ratio mensure ratione participationis totius sicut in quantitatibus, uel ratione maioris actualitatis ex influentia cause ut in qualitatibus. Primo modo et quantitas discreta habet minimum simpliciter, continua ³⁰ autem non, quia est diuisibilis in infinitum. Ideo discreta quantitas habet principium, scilicet vnitatem, que est mensura simpliciter quantitatis. [Quantitas] autem continua habet men-

⁶ eterne] eterni ms. ⁹ Proclus] practus ms. quarta decima] rectius CXVII (PIZ).

²⁻⁷ Metaphysica XII,7. 1072b, 3. ⁹⁻¹⁰ Procli institutio theologica CXVII (ed. Dubner, Paris 1855, p. 88). ¹⁵ Metaphysica X,1. 1053a, 31 s.

suram seu minimum ex positis vnitatibus, ut patet ex decimo methaphysice. In successiuis autem est minimum per vnitatem et formam, ut motus primi mobilis est mensura aliorum motuum difformium, et tempus mensurans istum motum est mensura omnium aliorum temporum. Et ad has mensuras reducuntur omnes mensure aliorum.

Si autem queratur, quid sit mensura propria substantiarum in genere substantie, ut proprium distinguitur contra commune, dicendum, quod [hoc] est homo, et hoc per principium, quod intellectus est, quia principium debet esse certum, actuale causale, simplex, principium conformitatis et ymitationis. Tale autem est homo, ut patet ex dictis, per principium, quod intellectus est, respectu omnium, que sunt in predicamento substantie. Est enim mensura rerum sapiens. Vnde qui seipsum cognoscit, [cognoscit] omnia. Propter quod homo est principium certitudinis respectu aliorum. Et etiam homo est aliquid actuallius et perfectius aliis. Et homo est quid tale respectu aliarum substantiarum, secundum illud philosophi secundo physicorum, dicentis, quod nos sumus quodam modo causa omnium, propter quod etiam philosophi ponunt hominem medium naturam inter intelligentias et ista alia inferiora. Item homo est illud, cui alie substantie conformabiles et ymitabiles sunt quantum ad intellectum speculatiuum et practicum. Item intelligendum, quod, sicut in specie humana homo prudens et sapiens est mensura aliorum hominum, ita etiam posset dici in aliis speciebus suo modo.

Patet igitur secundum, scilicet quomodo aliquid est mensura et quid sit mensura eorum, que sunt in predicamento substantie.

Sed restat tertium, scilicet quomodo omnia entia per comparationem ad mensuram primam comparantur et ordinem habent. Circa quod est notandum, quod, cum mensura prima sit simplissima et actus purus et causa prima, tunc omne, quod desinit ab actualitate sue cause, intelligitur ut [actus] non purus, et sic habet aliquid de potentia. Ideo prima diuisio essentialis entis est per actum et potentiam et prima compositio est ex actu et potentia.

11 Ymitationis] ymitatis *ms.* 23 intelligendum] intelligentie *ms.*

Et quia, quod intelligitur ut compositum, intelligitur, ut deficit ab vnitate cause simplicis, licet eam participet, ideo ens diuiditur in vnum et multa: vnde primo participans vni || tatem est ^{14vii} vnum, in quantum ipsam participat, et multa, in quantum deficit ab vnitate. Propter quod deus, cum sit actus purus, non est ⁵ compositus isto modo, quia sicut patet ex secundo de anima: non oportet querere, si vnum sit ex anima et corpore, quia ut dicitur octauo methaphysice: vnum potentia et actu non habet causam preter motorem. Ex quo patet, quod, si diuina essentia esset composita ex potentia et actu, haberet causam et non ¹⁰ esset causa prima. Ex quo necessario deus probatur esse actus purus: si enim haberet actualitatem participatam, esset ante eam vnitatis secundum Proclum, quod falsum est, ideo etc.

Item quia essentia participata non est suum esse, quod subponatur ad presens, ideo recipit esse ab alio. Vnde Algaçel ¹⁵ secundo methaphysice sue dicit, quod omnis eius, quod est possibile, suum esse est aliis ab eo, quod ipsum est; et Auicenna: est sicut a deo. Ideo secunda compositio entis est ex essentia et esse.

Et quia, quod non habet esse ex se, esse accipit per actionem ²⁰ cause producentis, et cum actio terminatur ad suppositum, ideo essentia non accipit esse nisi in subposito. Sed quia in causatis suppositum differt ab essentia sicut habens ab eo, quod habetur, — suppositum enim participat essentiam sicut [homo] humanitatem, — ideo est tertia compositio ex subposito et ²⁵ essentia siue ex quidditate et ente.

Et quia subpositum acquirit esse a producente et ipsum non est suum esse, secundum etiam quod Auicenna dicit, quod possum intelligere rosam uel Antichristum preter hoc, quod intelligitur ipsum esse, ideo quarta compositio est ex supposito ³⁰ et esse.

Quia autem res non habet esse a se et esse est actus entis, ideo consequitur principium actuale, quo fiunt et sunt entia in

3 est] et ms. 15 recipit] respicit ms.

6 De anima II,1. 412b,6-7. 8-9 Metaphysica VIII,6. 1045b. 15-17 Algazel, liber philosophie I, tract. I, cap. 2: omne vero possibile habet esse ab alio, quod est eius causa.

actu. Nam creature siue causata sunt, in quantum participant esse primi per suum esse actuale, quod dicitur forma. Et quia de se nichil sunt, [sed] priuationem habent, perfectionem forme per naturam proprietans [est aliquid], quod habet principium possibile seu materiale, quod formam recipiendo stabilitur et limitatur, quod est principium recipiendi perfectiones. Et tale principium dicitur materia, et maxime in illis, in quibus precedit esse substantiale in potentia ipsum esse in actu. Et ideo est quinta compositio ex materia et forma. Vnde Avicenna in sua methaphysica dicit, quod quicquid est in effectu existens, in quo aliquid est, in quo existit, et aliud, in quo est preparatio ad recipientum, est compositum ex materia et forma.

Item quia omne ens causatum seu creatum se habet ad causam efficientem ut egrediens et distans et oportet primum motorem esse ultimum finem, ideo rei ipsi data est virtus ad propriam operationem propter assecutionem finis. Hec autem uirtutaliter differt ab essentia sicut esse ab operari. Nam sicut esse [est] actus entis, ita operari est actus virtutis seu per uirtutem. Ergo sicut se habet esse ad ens, ita operari ad virtutem. Ergo permixtum sicut se habet operari ad esse, ita virtus ad ens, et econuerso. Ergo si ens esset sua virtus, esse suum esset sua operatio. Creatura igitur seu causatum participat virtutem. Ergo ipsum ens causatum non est sua virtus. Et sicut in ente causato aliud est virtus et essentia, sic et esse et operari seu operatio. Et hec est sexta compositio, scilicet ex virtute et essentia siue ex esse et operari.

Et quia materia seu principium potentiale invenitur diuersis gradibus informatum propter appropinquationem maiorem uel minorem ad primum actum et purum, quorum quidam graduum sunt imperfectiores, qui sunt potentiales respectu superiorum, licet in se sint formales, ideo sequitur, quod est compositio ex diuersis formis secundum gradum formarum, quod iam sub-ponitur ad presens. Vnde bene philosophus septimo et octauo

15 finem] esse add. ms. 24 sic et] siue ms. 25 essentia] substantia ms.

9-12 Avicenna, de philosophia prima, tract. II, cap. 3, (Venetiis 1508), fol. 76r II: quicquid est in quo iam est aliquid existens acquisitum in effectu, et est etiam in eo preparatio ad recipientum aliud, illud est compositum ex materia et forma. 33 Metaphysica VII,12. 1038a; VIII,2. 1043a.

methaphysice [dicit], quod partes diffinitionis sunt forme; quia tamen prime sunt in potentia respectu secundarum et per eas reducuntur ad actum, ideo faciunt vnum diffinitum et vnam diffinitionem ex actuali et potentiali. Vnde etiam philosophus vvl^t, quod in re diffinibili [est] aliquid habens rationem poten- 5 tie et aliud actus, ita quod in diffinitione genus tenet locum potentie et differentia locum actus, non tamen pure potentie, sed cum primo actu aliquo ut in primo genere uel cum alio ante ultimum sicut in subalternis; propter quod commentator signanter dicit supra secundum methaphysice, quod differentia 10 est inter genus et materiam, quia materia dicit potentiam [puram], genus vero medium inter potentiam et actum. Et quia materia sub actu formaliter precedentium reducitur ad actum forme completum, ideo genus predicatur de specie et proprie non habet rationem partis, ut dicitur in quarto topicorum.¹⁵ Septimus igitur modus compositionis est ex diuersis formis in rebus naturalibus.

Et quia actio nature, cum sit finita, et particulariter operatur supra subiectum quantum, ut patet ex sexto physicorum, ideo huiusmodi substantia habet partem et partem per extensionem 20 quantitatis. Et sic est octaua compositio ex partibus quantitatum.

Et quia quodlibet causatum per vnitatem, quam habet per compositionem ex eius principiis, est altera in rebus sui generis, ideo nascitur compositio numeralis sicut aggregationis indiuiduorum quantitatem habentium, et hec est nona compositio, que reperitur in natura substantiali causata, que quidem natura remouetur a deo.²⁵

Et nota, quod non possit esse prima compositio in deo, que est potentie et actus, nec aliqua sequentium potest esse in eo,³⁰ cum posteriores compositiones ad materiam primam habeant ordinem naturalem. Vnde philosophus secundo metaphysice: cui non est prius seu primum, nec posterius.

Sequuntur alii modi compositionis, qui sunt magis acciden-

⁵ diffinibili] diffinibilem ms. ²⁴ altera] *scilicet* compositio.

⁴ Metaphysica VII,12. ⁹⁻¹² Averroes, Metaphysica I, com. 17. ¹⁵ Topica IV,1. 120b. ¹⁹ Physica VI,4. ³² Metaphysica II,2. 994b, 19.

tiuum seu accidentales, quorum vnum modus est, quo accidens componitur [cum] subiecto, in quo stabilitur, ut Coriscus musicus. Alius modus est, quo componitur subiectum accidentis cum accidente, ut album musicum. — Et sic generaliter lo-
5 quendo sunt vndeclim compositiones. Ex quibus patet diuersitas entium et ordinis entium respectu prime mensure, que simplex est per priuationem omnis compositionis, ideo etc.

Ad argumenta, que in contrarium sunt, secundum ordinem dicendum est, quod concedantur argumenta probantia, quod 10 materia non sit mensura substantiarum, et quod substantia composita et communior possit esse mensura propria respectu subpositorum de predicamento substantie, quod forma maxime perfecte substantie possit dici illa mensura et quod deus etiam possit dici illa mensura communis, uel propria, ut distinguitur 15 proprium contra transumptum.

Ad primum: Cum dicitur, quod illud est mensura eorum, que sunt de genere substantie, quod est primum in illo genere, dicendum, quod hoc est verum, si habeat illas condiciones, que requiruntur ad rationem mensure, sicut est principium no-
20 tificationis actuale, causale etc. Et tunc dicendum ad minorem per interemptionem, quia materia non habet illas condiciones, ideo etc.

Ad aliud: Cum dicitur, quod nullum principium seu mensura recipit predicationem sui generis, ad hoc potest dici, quod 25 verum est vniuoce intelligendo, equiuoce autem nichil prohibet. Et cum dicitur, quod forma est substantia, dicendum, quod, sicut patet ex dictis, forma, materia et substantia composita non dicuntur substantie per vnam rationem vniuocam, sed diuersimode, ideo etc.; uel potest dici, quod principium non 30 recipit predicationem sui generis, hoc est verum in quantitatibus, quia principium est indiuisibile et quantitas diuisibilis est, 15 r II sed in aliis forte nichil prohibet, ut patet ex || dictis.

Ad aliud: Cum dicitur, quod distinctorum per essentiam, quorum vnum non reducitur ad alterum, vnum non est mensura 35 alterius, concedatur, si nullo modo educatur vnum ad alterum.

Et cum dicitur, quod materia et forma sunt huiusmodi, dicen-

14 uel] ut ms. 19 rationem] condicione ms.

2-4 cfr. Metaphysica V,6. 1015b, 1 ss; V,13. 1020a, 28.

dum ad hoc per interemptionem, quia materia et est actu et cognitionem habet a forma seu per formam. Et ad probationem: Cum dicitur, quod materia non est causa forme quantum ad essentiam suam, concedatur, quia materia esse recipit a forma. Et cum dicis: nec econuerso, scilicet quod forma sit causa materie quantum ad essentiam suam, concedatur, quia, [quod] est prius altero, non est causatum ab ipso, sed materia precedit formam, quare etc. Nichilominus tamen forma est causa materie quantum ad esse, quia dat esse materie et realiter [et] secundum cognitionem, ideo etc.

10

Ad aliud: Cum dicitur, quod [mensura] debet esse nature vniogenee cum mensurato, verum est de natura propria intrinseca generi, sed [de] mensura communi falsum est, propter quod ratio bene probat, quod deus non [sit] mensura in genere substantie sicut aliquid extrinsecum, sed aliquid commune et supra omne 15 genus, ideo etc.

Ad aliud: Cum dicitur, quod non est mensura vna omnium accidentium,* et hoc est deus, quare etc.

Ad aliud: Cum dicitur, quod vnitates mensurantur vnitate, equus equo etc., verum est de mensura propria; quod tamen sit 20 vna mensura communis omnibus, non prohibet. Talis autem est deus, ut concessum est, propter quod argumentum procedit nisi de mensura propria, de communi autem non..

3-4 quantum ad essentiam suam] per essentiam ms. cfr. p. 558,13. 18 accidentium,*] *Deest distinctio obiectionis.* 23 non] *desunt reliqua.*

TABLES

INDEX AUCTORUM ET OPERUM

- Albertus:** 442,31,35; (481,16–17); 518,1–4; 520, 23–26; 526,26; 536,23; 537,8; 539,17; 540,16; (545,3–4); 549,22; 557,20; 558, 29; 559,3–5,31; 564,2–7,15; 565,1–2; 566,8–9; 567,33; 568,4,32–33; (569, 2–4)
- Albinus [= Alcuinus]:** *Physica*: 30,16; 31,5–14; 124,19; 137, 11–12,25; 138,10, (18–19,21–22); 146, 10,14–15; 163,9; (202,27; 232,18); 255,23; 465,19; 521,26–27; 522,21,27– 28; 523,22–23; 525,10–11; 534,1–3; 535,16,22–23; (536,10–12); 537,20; 546,29; (547,16; 551,18–19); 551,24– 25; 552,1,20; 559,8–9; 565,18; 568,19
- (De dialectica):** 7,20 *De caelo et mundo*: 30,29; 31,26; (522, 19–20); 525,4–5; 538,17
- Alfarabius:** *De generatione et corruptione*: 32,5; 33,8; (522,8)
- De ortu scientiarum:** 41,14 *Meteora*: 32,8,14
- Algazel:** *De animalibus*: 32,24; 499,25
- Liber de praedicamentis (Liber elen- chorum):** 374,17; 377,20 *De generatione animalium*: 289,11; (499,15); 520,16–18; 522,1–3; 534,25; 535,4–5; 563,5
- Albinus [= Alcuinus]:** *De motu animalium*: 34,4
- (De dialectica):** 7,20 *De anima*: 3,21; 13,25; 14,9; 16,25–26; 32,21; (98,17); 99,27–28; 104,32; (178, 29–31); 180,4–8; 325,11; (522,19–20); 525,9; 528,13; (536,11); 566,6
- Alfarabius:** *De sensu et sensato*: 33,20; (412,19–20)
- De ortu scientiarum:** 41,14 *De memoria et reminiscencia*: 33,22
- Algazel:** *De somno et vigilia*: 16,16; 33,21
- Liber de praedicamentis (Liber elen- chorum):** 374,17; 377,20 *De longitudine et brevitate vitae*: 33,1
- Albinus [= Alcuinus]:** *De respiratione*: 33,29; (99,21–23; 100, 15–16)
- (De dialectica):** 7,20 *Ethica Nicomachea*: 9,20; 22,22; 23,8; (64,24,32; 519,26–27); 529,25–26; 562,14–16
- Alfarabius:** *Magna Moralia*: 62,15
- De ortu scientiarum:** 41,14 *Politica*: 3,4; 23,3–7
- Algazel:** **Aristoteles pseudepigraphus**:
- Liber de praedicamentis (Liber elen- chorum):** 374,17; 377,20 *Libellus de nutrimento et nutritibili*: 33,6
- Albinus [= Alcuinus]:**
- (De dialectica):** 7,20
- Alfarabius:**
- De ortu scientiarum:** 41,14
- Algazel:**
- Liber philosophiae:** (8,1–4); 48,13–16; (548,1–27); 566,15–17
- Aristoteles:** 67,3; 92,10; 121,15; 139,6; 152,29; 528,9; 529,19; 531,8; 536,17; 537,26
- Praedicamenta [secundum translationem Boethii]:** 89,23; 139,6; 214,17–18; (264,31–32); 442,30; (465,30–31; 533, 17)
- Perihermeneias [secundum translatio- nem Boethii]:** 40,1; 105,8–10; 106,23; (115,31–32); 178,3–4; 179,20–21; 200, 29; (201,26; 204,8–9); 367,12; 465,25; 468,22; 480,2–3; 501,19–20
- Analytica priora:** 40,12; 51,5; 532,3–4
- Analytica posteriora:** 13,21; 15,13; 40, 27; 41,3; 61,6–7; 67,1–2; 206,21; 222,20; 501,12; 532,4
- De sophisticis elenchis:** 41,7; 365,12; 370,34; 389,15
- Topica:** 40,16,23; 97,24; 101,18,(26); 400,25; 561,8–9
- Metaphysica:** 3,2,16; 8,29; (13,15); 14,12; 15,13,17; 16,1–2; 17,10; (20, 8–9); 24,18–26,6; (47,28–29); 48,18; 49,24; 50,13–14; (56,23–24; 61,30–31); 62,30–31; (69,28–30); 80,27–28; 81,22; (109,13–14); 111,3; (121,15; 152,29; 175,31–32; 181,25); 189,15–16; 199, 6–7; (201,9–10); 207,35; 214,4; (232, 2–3); 242,4; (248,7; 259,14–15; 260, 8–10); 268,26; (276,30–31); 288,28; 289,28; 316,1; 365,17; (404,23–25);

- Liber de mineralibus*: 32,13
Liber de causis proprietatum elementorum et planetarum: 32,1–2
Liber de longitudine et latitudine terrarum et regionum: 32,2–3
Liber de vegetabilibus siue de plantis: 12,1–4; 32,15
- Auctor sex principiorum v. Liber sex principiorum**
- Augustinus**: 8,4; (374,36)
- Averroes [Commentator]**: 24,19; 92,8–9; 95,4; 519,5–6; 531,9; 540,22; 541,20; 561,11; 562,8–12; 568,9–12
- Perihermeneias*: 106,21–22
- Metaphysica*: (14,17–23; 17,24–26); 275,1; (520,23–26); 534,18–23; 537,3–5; 540,22–25; 559,4,6; 562,8–12; 568,9–12
- Physica*: 10,20–11,5; 15,13; 64,17–18; (202,27); 534,1–3,5,9–16
- De caelo et mundo*: 527,19
- De anima*: 4,20; (85,19–20); 152,23; 203,2; 205,3–4
- De substantia orbis*: 543,23–24
- Avicenna**: 561,9; 566,17,28
- Metaphysica*: 11,11; 21,23; 34,15; (547,30–549,6); 567,9–12
- De animalibus*: 527,19
- Boethius**: 30,5; 41,20; 205,3,9
- De arithmeticā*: 8,23; 26,14–15; 28,6,33–36; 48,22
- De consolatione philosophiae*: 7,2–3; 23,36–37
- De divisionibus*: 39,3–4
- De duabus naturis*: 7,22–23
- De musica*: 28,20; 30,7–8
- In Isagogen Porphyrii*: (102,5–27; 202,27; 368,3–5; 373,23–24)
- Liber contra Eutychen et Nestorium*: (545,3–4)
- Liber topicorum*: 40,21
- Super praedicamentis (in categorias Arist.)*: 118,19; (515,1–3; 517,16–18); 545,2–3
- Chalcidius (supra Timaeum Platonis)**: 179,2
- Cicero [Tullius]**:
- De arte rhetorica*: (35,22–23); 36,3–37,4
- De officiis*: 22,20–21
- Pro L. Murena*: 12,7–8
- Tusculanae disputationes*: 8,6
- Commentator v. Averroes**
- Constabulus [Costa ben Luca]**:
- De differentia spiritus et animae*: 33,30
- Dionysius Areopagita**:
- Liber de divinis nominibus*: 203,15
- Donatus**: 306,11
- Ars grammatica*: 174,1,23; 175,11; 254,8; 257,33; 265,24; 267,10; 268,27; 270,29; 302,26; 306,7–8; 319,18; 322,26; 456,22; 460,20,25; 509,12
- Barbarismus*: 44,7–11
- Euclides**:
- Libri geometriae*: 26,24–25
- Genesis**: (6,27)
- Heliae v. Petrus**
- Isaac Israeli**:
- Liber de diffinitionibus*: (5,28–29); 6,25; (7,5–6); 9,2
- Isidorus**: 107,32
- Etymologiae*: (5,28–29); 6,16–18,20; 7,18; 41,17; 42,5
- Liber de Causis**:
- 26,8; 203,8–13; 222,13–15; 275,1–2; 289,11; 299,1; (426,31; 497,19–20)
- Liber de Plantis v. Aristoteles pseudepigraphus**
- Liber sex principiorum**: 39,24–26; (84,23–24); 434,5
- Macrobius [in somnium Scipionis]**: 23,31–33
- Marcus**: (466,20)
- Petrus Heliae**:
- 84,28–29; 86,5; 120,9; 122,10,18; 123,12–13; 141,26; 183,13; 184,34; 321,3–4; 442,31; 443,2; 453,25; 484,19; 491,6; 496,35; 502,34
- Philosophus v. Aristoteles**
- Plato**: 7,18; 179,2
- Porphyrius [Isagoge, secundum translationem Boethii]**: 38,11–25

- Priscianus:** 48,26; 66,4; 67,15,17; 77,25; 161,19; 163,30; 195,2; 210,8; 353,11; 357,33; 484,19; 505,5
Maior: 43,3–21; 79,29; (86,19–20; 87,11); 97,10–12; (103,6–7; 104,7–8; 109,7–8; 111,26; 114,24–25); 129,7; (132,21–22); 135,7; 143,26; 144,20; 148,28; 149,9–10,28; 151,34; (156,6–7); 158,26; 159,28; 165,15,21; 170,5,13; 174,3,26; 175,16; 176,3; 187,9; 225,8; 228,17–26; (253,15,23–24); 254,5–6; (256,33; 257,12,28–29); 265,24; 267,9–10; 268,27; 270,29; 303,14; 319,13; 322,16; 333,6; 344,10–12; 346,12–13,20; 356,11; 357,20–21; 363,6,9; 378,27; (394,18–22); 395,16; 400,19; 414,20; 417,20–21; 425,8; 426,32; 430,35; 435,26; 436,20–21; 442,8,32; 449,30,33; 452,32; 453,24; 457,10; 458,16; (465,34; 466,19); 467,17,23–24; 470,9; 472,35; 478,35; 479,21; 483,30; 484,16; 487,4; 490,26; 491,3–4; (494,7); 495,5; 497,6; 500,35; 509,26
Minor: 44,2–5; 55,35; 105,18; 206,16–18; 209,24–26; 381,29; 417,20,22; 419,13; 446,21; (470,23); 508,1
De accentibus: 43,23
Proclus: 566,13
Institutio theologica: 564,9–10
Ptolemaeus in Almagestum: 12,11
Seneca: 12,8
Themistius: 192,1
Tullius v. Cicero
Vita Aristotelis: 228,27

INDEX RERUM

- A.**
- A littera:** 131,26–28; 136,10; 155,18,34; 156,3,6
accentus: 43,3,23–27; 170,1–172,25; 467,19–24; 505,23 **actus:** 171,8–9 **circumflexus:** 171,8,12–17 **gravis:** 171,8–12
actus: **completus:** 520,27; 533,11,13,17 **corporis:** 522,11–12 **primus:** 567,29 **proprium:** 523,9 **purus (actus):** 519,25; 542,23; 550,26–28,35; 552,33; 553,11,17; 567,29 (**actus**) **purus:** 562,1,12; 565,32; 566,5,12 **substantialis:** 555,18,22
adverbium: 253,31; 258,3 **comparativum:** 509,15–17 **locale:** 492,4–14
numerale: 486,20–25; 489,7–21 **ordinale:** 485,1 **tempore:** 414,14–19; 415,6–11; 416,26–35
ae diphthongus: 156,19
aereomantia: 18,16–19
agricultura: 20,23–24
altimetria: 26,21
arismetica: 27,20; 28,6–18
armatura: 20,20–23
ars: 5,13,22,24; 9,12–21; 64,5; 353,7–8; 536,4 **communis:** 59,13–60,7,61,22
articulatio v. vox
articulus: 53,24–25; 55,21–56,5
aspiratio v. littera
astrologia: 27,8–12,28
astronomia: 27,8–16; 28,3
aruspicium v. haruspicium
au diphthongus: 156,20
aucupium: 21,6
augurium: 19,12–13
auspicium: 19,13–15
- B.**
- B littera:** 136,16; 147,28
barbarismus: 44,7–11; 98,13–14; 146,19
- C.**
- C littera:** 136,11; 143,28; 145,18
carmen: 29,15–30,2 **bucolicum:** 29,20 **commidatuum:** 29,25 **didasalicum:** 29,18 **eligiacum:** 29,21 **heroicum:** 30,1

lyricum: 29,18 **satyricum:** 29,29 **tragicum:** 29,22
complexio: 515,1,8,10,13,15
compositio v. ens
coniunctio: 219,6; 228,5; 256,21; 423,10,18; 510,20,24–26
consonans v. littera
constructio: mentalis: 248,25–249,7 principium: 222–224; 298–302; 307–310; 335–337; 359–364; 381–386; 390–394; 397–399; 403–407; 407–410; 436–440; 445–449; 461–464; 473–478; 478–482 realis: 248,26–249,5 rerum: 193,29; 195,9 vocalis: 248,26–249,8 vocis cum voce: 193–195

D.

D littera: 136,14
derivatio: 310–319
diasynthetica: 44,3; 76,35
dictio: 43,4 s.; 71,35–72,20; 74,17–75,5; 78,6–23; 83,14–19; 123,22–124,4; 168,21–169,23; 170,10–13; 172,1; 177–220; 183,12–14; 184,29–37; 188,4–6; 192,11–14; 206,9–10; 209,1–12; 212,26–29; 213,12–14; 226,33–35; 373,15–19; 374,15–26; 387,3–9; 398,20; 414,28–415,12; 471,4 aequivoca: 364–372 passio: 78,17–23 significatum: 198–220 syncategorica: 213,10; 214,24
diphthongus: 152,15–157,23
disciplina: 5,13,19; 7,1; 10,1–3; 12,12
doctrina: 5,13,19; 9,22–24; 146,12; 180,35; 189,10; 193,12; 353,7–15; 412,17–20; 431,31 principium: 120,29; 189,10; 193,12

E.

E littera: 131,29–33; 136,10; 155,19; 156,1,4,11
ens: adminiculativum: 50,11 commune: 60,26 compositio: 565,35–569,7 differentiae: 25,26–29 divinum: 24,4 mathematicum: 24,4 mensura: 556,32–570,21 (communis) 560,33–563,14;

569,14; 570,13,21,23 (condicio) 559,23–560,27 (propria) 563,15–565,26; 569,11,14; 570,20,23 naturale: 24,5 per accidens: 49,24–27 per aliud: 130,26 per se: 130,26 principale: 50,10 proprietates: 25,26–29 rationis: 70,2–3; 515,21 reale: 249,17
etymologia: 43,6,16–21; 76,34; (177–511)
eu diphthongus: 156,21
euphonía v. littera

F.

F littera: 159,28
facultas: 5,14,22,24–25; 10,5
ferina: 21,6
forma: accidentalis: 526,27; 530,12; 544,19; 546,6,8,24; 549,27; 552,24 actualis: 521,17 animalis: 531,2 artificalis: 552,3–6 caeli: 526,7 colligentia: 543,9 complens: 524,23 completa: 524,24 completiva: 521,15; 539,24; 540,13; 541,16; 543,22 complexionalis: 534,20 composita: 534,8 corporalis: 528,15 corporea: 530,16 corporeitatis: 547,12,28 corporis: 522,12; 548,12,14,16,18 differentia: 536,26,29; 540,9 dispositiva: 521,16 divisionis: 549,24 elementorum: 527,16–17,19,22 generalis: 531,26 generis: 518,13; 532,1; 533,12; 536,25,29; 540,8 gradus: 329,2,16; 331,3,33; 332,1–4; 515–570 incompleta: 541,17 incorporeal: 532,28 individualis: 537,6 logicalis: 327,24 media: 519,25; 521,3; 522,18; 540,24 mixti: 524,27; 538,13 naturalis: 536,4; 552,9,11 particularis: 537,5 physica: 549,13 pluralitas: 531,10–11 posterior: 519,2; 524,18,20 potentialis: 521,16 praecedens: 522,10 prima: 519,19; 535,17 prior: 519,3,8; 522,9; 524,12,17,19,27,29,31 rationalis: 527,20; 529,16,18 specialis: 532,1 speciei: 518,19,27 specifica: 521,15; 542,25 substantialis: 516–558 syllogistica: 40,4 ss; tractandi: 49,11 terminativa: 543,22

ultima: 519,20; 522,9,18; 523,14–15, 19; 524,14–17; 535,19; 539,19–20; 540,7; 542,15–16,25; 543,12,21 **universalis:** 537,4–5 **virtualis:** 530,7

G.

G littera: 136,14

geomantia: 18,22–24

geometria: 26,18–27,6; 27,27; 28,3

gradus v. forma

grammatica: 35,4; 41,12–44,11

causa efficiens: 68–71; 81,33 **causa finalis:** 82,3,28–34 **causa formalis:** 81,34; 82,14–27 **causa materialis:** 81, 31 **divisio:** 41,12–44,11 **elementum:** 84,1 **finis:** 61–67; 81,29 **forma:** 48–61 **logica:** 82,1 **materia:** 71–79; 81,26 **principia in communi:** 48–79 **principia in speciali:** 79–83 **principium materiale:** 81,27; 84,2 **subiectum:** 49,8; 71–79; 81,26

H.

H nota aspirationis: 143,14; 173,7
harmonica v. scientia
haruspicium: 19,9–12
hiatus: 143,18; 167,2,7
horoscopium: 19,6–9
hydromantia: 18,19–22

I.

I littera: 131,19,28–29; 132,17–22; 153,25; 158,25–159,28; 168,25; 169, 8,17
intellectus: possibilis: 3,17,19; 4, 23; 178,29 **practicus:** 564,1,17
intelligentia: 60,31; 203,4; 204,21; 205,19–20; 563,34–36; 564,23; 565,21
interiectio: 219,9; 228,5; 253,31– 258,3; 510,30

K.

K littera: 136,11

L.

L littera: 135,17

lanificium: 20,18–20

littera: 109–160 **accidentia:** (in generali) 118–122 (in speciali) 122–160 **aspiratio:** 141–145 **cognatio:** 146–149 **consonans:** 130; 134–136 (ordo) 157–158 (formatio) 161,8–15 **diffinitio:** 109–113 **divisio:** 113–118 **euphonia:** 149,28; 150,18; 152,1; 155,26–156,28; 165,28; 166,7,15,36; 167,1,24; 194,14 **figura:** 124–126 **muta:** 134–136 **mutatio:** 146–149 **nomen:** 122–124 **ordo:** 149–158 **passio:** 173,5 **potestas:** (essentialis) 126–136 (accidentalis) 136–160 **semivocalis:** 134–136 **spiritus v. aspiratio;** **tempus:** 137–141 **transitus:** 158–160 **vocalis:** 130–134 (ordo) 152–157 (formatio) 161,8–15
logica: 34,16–19; 35,4–5; 54,4–8; 67,28; 531,13 **divisio:** 37,11–41,11

M.

M littera: 135,28; 147,28–29

magica v. scientia

maleficium: 19,22–20,2

mantica: 18,8–20,2

materia: **causa:** 570,8 **composita:** 534,15; 535,20; 541,21 **corporis:** 523,3 **disposita:** 523,13 **generabilis:** 547,6 **media:** 535,20; 541,20 **physica:** 541, 26 **prima:** 3,17,21; 519,24; 523,4–5,11; 525,10–11; 526,8; 529,4; 535,11,18,26; 536,10; 537,11–13; 538,15; 541,20,23– 25; 542,27; 545,25,28; 546–547; 548, 32; 549,16,28; 550–555 (non prima) 545,25 **propinquia:** 537,9 **propria:** 523, 10 **pura:** 534,15; 553,23 **remota:** 537,9 **ultima:** 535,18

mathematica: **divisio:** 26,13–30,13

mathēsis: 19,5–15

medicina: 21,6–10; 538,12

melos: 170,27; 171,3–4

mensura: **entium** 556,31–570,23

metaphysica: 60,26–36; 531,15; 536,16; 538,5 **divisio:** 24,6–26,12 **nova:** 25,12 **vetus:** 3,15–16; 13,7; 17, 10; 26,10
methodus: 5,13; 10,4–5

modus: absoluti: 515,9 abstrahendi: 325,7; 327,2 ss; accipiendi: 479,20 arguendi: 67,30; 325,22 ss; articulandi: 76,33 cantandi: 76,6–7 colligendi: 39,2 considerandi: 52,20; 54,22; 245,13; 397,6 construendi: 34,23; 35,2,7,14 ss; 55,2; 76,14–77,15 (pars effectiva) 49,9 (pars materialis) 49,9 (passiones) 52,1 (principia) 52,2 conversandi: 22,8–11 demonstrandi: 66,17; 67,26–30 diffiniendi: 38,13,17; 39,2,5; 398,29 dividendi: 38,12 s.; 398,28; 479,29 essendi: 55,1; 230–235; 246,29–253,10; 327,25–331,27; 315,7–316,32; 431,15–22 (subiectum) 236,20 exprimendi: 73,5–16; 75,6–76,10; 79,3–7; 188,9–11; 192,15–19 habitus: 272–284; intelligendi: 55,1; 211,33–34; 213,3; 231,31–235,21; 249,35–253,9 (subiectum) 236,21–22 loquendi: 35,18; 292,21–24; 295,12–25 ordinandi: 165,9; 167,18 persuadendi: 34,23; 35,6,11,15 praedicandi: 87,30–88,1 pronuntiandi: 128,5,27–35; 457,4–7; 461,7–14 qualitatis v. nomen; querendi: 459,12–14 relati: 515,9 sciendi: 34,23; 38,7 ss; 69,27; 396,32; 398,28 significandi: 211–511 (accidentalis, essentialis generalis, essentialis specialis) v. nomen; (active) 382,20–384,21 (genus) 305,30–306,6 (passive) 382,20–384,20; 390,1 (subiectum) 235–237 sonandi: 76,10; 142,8 ss; 194,12,16,24; 195,1,3 substundi: 347,24–351,5 substantiae: 554,26–27 syllogizandi: 38,13 s.; 398,29 tractandi: 82,15,27 vivendi: 26,22 vivendi: 22,6–17 vocandi: 194,16 vociferandi: 76,9

musica: 27,21,24; 28,19–30,13 humana: 28,20; 29,8–12 instrumentalis: 29,13–16,20; 30,4 mundana: 28,20; 29,1–8

N.

N littera: 135,19; 147,28–29

natura: formalis: 523,21 media: 565,20 substantialis causata: 568,27

navigatio: 21,1–4
neuma: 170,27; 171,4
nigromantia: 18,23–19,4
nomen: 253,20–257,18; 258–511 absolutum: 424–429 accidentia: 319,13–14 ad aliquid dictum: 440,31; 441–449 adiectivum: 344–346; 351–355; 429–441 adverbiale: 417,26; 441,4; 510,30 aequivocum: 364–386 appellativum: 323–337 casus: 292,16–19; 361,8 collectivum: 407–410; comparativum: 440,1; 508–511 coniunctionale: 420,29,32; 423,3–11 corporale: 355–364 demonstrativum: 469,23–27; 472,33–473,7 denominativum: 441,3 distributivum: 478–482 dividuum: 440,35; 478–482 ficticum: 410–414 figura: 321,10 generale: 394–407 generalissimum: 457,30 generis: 517,5 gentile: 440,32; 449–452 genus: 321,9,15; 361,7; 404,31–405,30 incorporeale: 355–364 individui: 517,12 infinitum: 440,34; 465–469 interrogativum: 440,33; 456–465 locale: 440,37; 490–493 modi posteriores: 321,9 modi priores: 321,2–10 modus habitus: 272–284 modus qualitatis: 284–288 modus significandi: 271–511 (accidentalis) 302–511 (essentialis generalis) 271–302 (essentialis specialis) 321,3,25 modus substantiae: 272–284 nominale: 417,14–19; 418,12–22 numerale: 440,36; 486–490 numerus: 292,11; 361,7,18 ordinale: 440,36; 482–486 ordo ad alias partes orationis: 258–264 participiale: 417,27–28; 420–423 patrium: 440,33; 452–456 patronomicum: 440,37; 493–499 persona: 292,20–23; 361,7,18 possessivum: 441,1; 500–508 praepositionale: 420,29,32; 423,4–14 principia: 283,6 pronominales: 420,28 proprium: 338–347 relativum: 440,34; 469–478 significatum: 264–271 speciale: 394–407 speciei: 517,8 species: 302–323 substantivum: 347–429 superlativum: 441,2 synoni-

mum: 386–394 **temporale:** 414–416
verbale: 417–420

O.

O littera: 131,33–132,1; 155,18,34; 156,3,6
œ diphthongus: 156,22
oratio: 72,21–73,4; 78,9–11; 89,9–24; 119,16–17; 122,30; 123,23–124,1; 139,6–26; 188,4–5; 192,10; 475,23–24; 515,4 partes in generali: 221–258 (finis) 259,30 (numerus) 253–258 (sufficiencia) 253–258 partes: (in speciali) 258–511 (principales) 256,30; 257,7, 11; 259,25–33 (syncategoricae) 256,33 (declinabiles) 258–511 (declinabiles principales) 258–511 (declinabiles minus principales) 258,12–13 polydictionalis: 162,7

orthographia: 43,5–14; 76,32; 177, 1; 195,3

P.

P littera: 136,17; 143,28; 145,18
participium: 253,29–257,22; 415, 1–4; 421,12–13; 422,4–19; 510,27 nominale: 421,1,5; 423,22–25

perspectiva: 26,22

philosophia: 5,13,17–19,28,8–8,8; 208,1–3 naturalis: 24,17; 30,14–34,9; 533,26 pars adminiculativa: 531,12; 533,25 pars essentialis: 531,13–15 pars principalis: 531,15 prima: 24,18

physica v. **philosophia naturalis**

piscatura: 21,6

planimetria: 26,21

potentia: activa: 188,34–189,3; 193,5,8 auditiva: 193,10 permixta actui: 521,2; 541,9–10; 542,27 passiva: 188,35; 193,5,9–10 pura: 519, 24; 520,26–27; 521,2–4; 540,19,23,29; 541,9; 542,27; 550,25–26,29; 551,6; 552,32,34; (568,12)

praepositio: 219,7; 228,5; 256,25; 423,12,18,20; 510,20,25–26

praestigium: 19,19–22

primitivatio: 310–319

privatio: 546,4–20

pronomen: 219,10–11,23; 220,3,5; 253,27–257,21; 280,15–282,6; 510,20–24 demonstrativum: 342,34 gentile: 449,15–21; 450,7–451,7,31,33 possessivum: 507,4–8 relativum: 470,4–473, 30

prosodia: 43,24–27

pyromantia: 18,11–16

Q.

Q littera: 136,11

quadruvium: 6,26; 27,24; 42,10

R.

R littera: 135,20; 143,28; 145,18
ratio significandi: 195,14–198,10
rhetorica: 35,4,6,15–37,10; 41,18; 42,9

S.

S littera: 135,29

sapientia: 5,13,16–17; 8,9–9,11
scientia: 1–44; 59,12–19; 189,12–15; 191,10–192,7; 193,14; 564,16 adminiculativa: 24,2 communis: 58–61 demonstrativa: 65,31–67,34 de speculis: 26,22 diffinitio: 4,25–10,15; 5,15; 10,7–13 divina: 17,24–25; 26,13 divinativa: 18,10–19,4 divisio: 17,22–44, 11 harmonica: 27,21 humana: 17,24–27 impedimenta: 13,22–17,21 introductoria: 50,16 inutilis: 17,27–20,4 liberalis: 21,14 ss; magica: 18,8–20,2 mathematica: 24,6 mechanica: 20,6–21,13 metaphysica: 24,6–26,12 monastica: 22,17; 23,8 moralis: 22,3–16 naturalis: 24,7; 30,14–34,9; 531,14; 536, 14 navalis: 27,15 necessaria: 17,27; 63,30–64,8 oeconomica: 22,13; 23,7, 11,14 perspectiva: 26,22 politica: 22,9; 23,7,12,15 practica: 21,20–23,16; 48, 10–17 prima: 41,14 primitiva: 62,27 principalis: 24,1; 50,12 prohibita: 17, 27–20,4 propter quid appetenda: 10, 16–13,2 quomodo introducta: 13,3–21 rationalis: 24,2; 34,10–44,11 realis:

57,8–10; 58,13–19 *sermocinalis*: 56–
 58 *specialis*: 58,24–30 *speculativa*: 21,
 20–25; 23,17–44,11; 48,10–19 *thea-
 trica*: 21,11–13 *utilis*: 20,5–21,13; 63,
 27–29 *yconomica* v. *oeconomica*
soloecismus: 44,9
sophisma: 516,8–9,14
sortilegium: 19,16–18
spiritus: *asper*: 143,22 ss; *lenis*:
 143,22 ss
steriometria: 26,21
substantia: *aeterna*: 26,1 *comple-
 xionata*: 533,10 *composita*: 545,6; 549,
 18–19; 554,5,21; 555,12 *immobilis*:
 26,1 *increata*: 25,29 *media*: 545,6 *mod-
 us*: 273,21–33 *motrix*: 25,7 *prima*:
 25,8 *principia*: 516,21 *sensibilis*: 24,21;
 25,24 *separata*: 24,24; 26,11; 50,25;
 204,22 *simplex*: 549,18; 554,5; 559,12
syllaba: 160–176 *accentus*: 170–
 172 *accidentia*: 169–177 *diffinitio*:
 160–163 *divisio*: 163–165 *forma*: 161,
 35 *in comparatione ad dictionem*:
 168–169 *litteratio*: 165–168 *materia*:
 161,34 *modus ordinandi litteras in
 syllaba*: 167–168 *monolitteralis*: 161,
 21 ss; 163,21 ss; 176,2,22,30–33 *poly-
 litteralis*: 161,23 ss; 163,21 ss; 176,
 19,22,30,34 *numerus litterarum in syl-
 laba*: 175,22–177,2 *passio*: 157,9–16;
 173,4–5 *spiritus*: 172,26–173,19 *tem-
 pus*: 173,21–175,20

T.

T littera: 136,14; 145,18
tenor: 170,32

theatrica v. *scientia*

trivium: 5,26

U.

U littera: 132,1–3; 136,11; 153,25;
 158,26–159,28

V.

venatio: 21,5–6

verbum: 253,20–257,23; 299,23–

25; 300,8; 415,1–4; 422,9–20; 510,26

infinitum: 468,35–469,14

vocalis v. *littera*

vox: 83–108 *articulata*: 103,6,9;

104,27 *articulatio*: 105,13–19; 213,11–

14 *constructio*: 193,22–195,9 *diffini-
 tio*: 97–103 *divisio*: 103–108 *elemen-
 tum*: 112,21; 119,1 *figura*: 95–97 *for-
 maliter*: 83–90 *generatio*: 92–97 *hu-
 mana*: 111,34; 112,15; 121,7; 182,22
illitterata: 103,7 *impositio*: 177–193
(finis) 178,24–27 *inarticulata*: 103,7
litterata: 103–104; 182,4 *materia*: 96,
 4–5 *mensura*: 88,13 *mentalis*: 179,28
 ss; *nominalis*: 283,12; 303,22 *pars*:
 122,22 *passio*: 185,20; 187,16–17; 193,
 4–10 *potentia*: 188,34–189,6; 193,4–11
principium *materiale*: 119,1 *sensi-
 bilis*: 179,29 ss; *significativa*: 104–108,
 177–198 *significatum*: 198–220 *subiec-
 tum*: 90–91

X.

X littera: 135,33

Y.

Y littera: 131,19; 132,18–21

ydromantia v. *hydromantia*